CATALOGVS NVMORVM HVNGARIAE AC TRANSILVANIAE INSTITVTI NATIONALIS SZÉCHÉNYIANI.

PARS II.

NVMI TRANSILVANIAE

cum Tabb. aeneis 20.



PESTINI,

TYPIS MATTHIAE TRATTNER 1807.

CONSPECTVS PARTIS II.

NVMOS

TRANSILVANIAE

COMPLECTENTIS.

SERIES I.

Nami Saeculi XVI, et incipientis XVII.

I. Joannis Zapolya. II. Ferdinandi I. III. Castaldi, ad recipiendam pro Ferdinando I. Transilvaniam Ducis Exercitus Caesarei. IV. Joannis Sigismvndi cum Isabella matre, et sine hac. V. Stephani Bathori. VI. Maximiliani II. VII. Christophori Bathori. VIII. Sigismvndi Bathori. VIII. Rvdolphi II.

SERIES II.

Numi Saeculi XVII.

X. MOYSIS Siculi, Transilv. Tyranni. XI. GEORGII BASTA Capitanei Generalis in Transilv. XII. STEPHANI BOTSKAY. XIII. SIGISMVNDI RAKOCZI. XIV. GABRIELIS BATHORI. XV. GABRIELIS BETHLEN. XVI. CATHARINAE *Brandenburgicae*. XVII. STEPHANI XVIII. GEORGII RAKOCI *Senioris*. XIX. GEORGII RAKOCI *Junioris*. XX. ACHATII BARCSAI. XXI. JOANNIS KEMÉNY. XXII. MICHAELIS APAFI. XXIII. EMERICI TÖKÖLI *Seditiosorum in Hung. ac Transilv. Tyranni.* XXIV. LEOPOLDI M. *post receptam Transilvaniam.*

SERIES III.

XXV. JOSEPHI I. XXVI. FRANCISCI RAKOCZI *male contentorum in Hung. ac Transilv. Ducis.* XXVII. CAROLI VI. XXVIII. M. THERESIAE. XXIX. JOSEPHI II. XXX. LEOPOLDI II.



PARS II.

NVMI TRANSILVANIAE

Regum Principum, Vajvodarum, Belli Ducum, Tyrannorum, Urbium, Aurei, Argentei, Aerei: Mnemonici, et usuales.

SERIES I.

Numi Saeculi XVI.

I.

JOANNIS I. *de Zapolya.*

Ab Anno Chr. 1526. *ad* 1540.

Ex Numis hujus Regis, qui jam Parte I. hujus Catalogi post Numos *Ludovici II. p.* 115. *seq.* sunt descripti, pro inchoanda serie *Transil-*

vaniocorum sumi possunt *Aurei*, a N. 3. usque 10. *ibidem* recensiti, utpote qui ex officina Claudiopolitana, et Cibiniensi prodierunt.

II.

Ferdinandi I.

qui Transilvaniam anno 1551. *per* Castaldum *recepit, retinuitque usque ad annum* 1556.

a) *Numisma praestiti* Ferdinando I. *a Transilvanis homagii.*

1. SVB VMBRA ALARVM TVARVM PROTEGE NOS. Caput Regis barbatum coronatum inter duos flosculos.

PATERNA REGIS FERDINANDI PII VISITATIO TRANSILVANIAE REGNI. SVB ANNO MDLI. Supra, et infra epigraphen flosculus. *Arg. Tetragonum pond.* ½ *Semunc. Tab.* 1. *Trans. N.* 9.

b) Inter monetas usuales *Ferdinandi I.* descriptas *P. I. Class. III. Serie IX.* B) sub N. 10. est *Aureus* descriptus anni 1552. cum siglis Officinae Nagybanyiensis, in qua monetae pro Ferdinando I. non antea, quam post receptam Transilvaniam signari coepere. Alium ejusdem Aureum Cibinii in Transilvania signatum anno 1555. vide in *Notit. Rei Num. Hung. p.* 359. *N.* 6.

III.

Castaldi

Ducis Exercitus Caesarei anno 1551. *ad recipiendam pro* Ferdinando I. *Transilvaniam, Numismata mnemonica.*

IOAN. BAPT. CASTALDVS DVX BELLI MAX. Hujus protome capite nudo, prolixe barbato, ad pectus cum paludamento.

SVBACTAE DACIÆ RESTITVTORI OPTIMO. Dux laureatus, habitu romano, stans dextera manu Daciam galeatam, armis insidentem, apprehendit, sinistra scipionem, in cujus apiee est anguis, tenet. *Numisma ex aere magni moduli.*

Videatur *Pars III.* hujus Catalogi, ubi et hoc, et alia tria *Castaldi* Numismata describuntur, depicta in *Tab.* 3. *Miscellaneorum.*

IV.

Joannis II. al. Joannis Sigismvndi

cum matre Isabella usque 1560. *dein solius usque* 1571.

a) *Aurei simplices, Johannis et Isabellae nominibus insignes.*

1. IOHAN † SIGISM † R † VNG † S † F † V † *sic fata volunt.* Deipara coronata, palliata, se-

dens in culcitra cum Jesulo a dextris. Sub pedibus luna: infra hanc duo malleoli decussati.

† YSABE † D † G † REG † VNGA † 1557. Scutum coronatum quadripartitum in 1-mo quadrante Lupus, fasciae, Crux patriarchalis, et Monoceros: in 2-do Aquila Polonica: in 3-tio Boa Mediolanensis: in 4-to: tria capita coronata Dalmatiae. *Tab.* 1. *Transil. N.* 1.

2. Alius similis, ejusdem anni, sed sic exarati: 1†5†5†7. *Ibidem N.* 2.

3. IOHAN. SIGISM. R. VNG * 1.5.57. Effigies Deiparae cum Jesulo uti N. 1. sed infra sunt duo enses Cibinienses decussati infra coronam.

YSABE * D: G * REG * VNGA * S * F * V * Scutum coronatum quadripartitum eadem, quae N. 1. exhibens Insignia.

4. IOHAN * SIGISM. R * VNG: S: F. V. Deipara cum Jesulo, uti N. 1. Infra sunt duo malleoli decussati.

YSABE. D. G. REG. VNGA. 1558. *punctorum loco ubique rosulae.* Scutum coronatum eadem exhibens Insignia, quae N. 1. *Ibidem N.* 3.

5. IOHAN. SIGISM. R. VNG. S. F. V. *punctorum loco rosulae.* Deipara, ut in praecedentibus, et duo malleoli decussati.

YSABE. D. G. REG. VNGA. 1.5.6.0. Scutum coronatum, diversae formae a prioribus, eadem tamen insignia Regis, et Reginae exhibens, quae sunt N. 1. descripta. *Ibidem N.* 4.

b) *Aurei Joannis secundi sine Isabella.*

6. PATRONA. VNGARIE. Deipara coronata, palliata sedens cum Jesulo a dextris. Sub pedibus luna; infra hanc duo malleoli decussati.

IO. SEC. D. G. ELE. R. VN. 1560. Scutum coronatum exhibens eadem Insignia, quae supra. *Ibidem N.* 5.

7. Alius similis, sed anni 1565. differt praeterea sigla monetaria, quam in hoc constituunt duo enses Cibinienses decussati sub corona, infra iconem Marianam.

c) *Argentea ejusdem Numismata.*

1. I. E. R. V. (*Joannes Electus Rex Vng.*) Scutum exhibens Insigne Zapolyianum, videlicet dimidium Lupum anteriore sui parte erectum lingua exerta, super Tricolle, inter lunam et stellam. In area annus 1562.

Pars aversa est vacua, et glabra; adeoque Numisma est heterotypum, seu altera tantum parte signatum. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 6.

2. IO. SE. REX. VN. *Joan. secund.* Insigne Zapolyianum, ut in praecedente: Annus in Scuto sculptus 1565. *Numisma heterotypum arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 8.

3—7. Alii quinque ejusdem anni, typi, et inscriptionis, ejusdemque ponderis argenti.

8. Alius, in quo: 10. SE. R. V. Reliqua vero omnia ut in praecedentibus, idem quoque pondus argenti.

V.

STEPHANI BATHORI

Ab A. C. 1571. ad 1576. Vajvodae Transilv. postea Regis Poloniae, adsumpto simul titulo Principis Transilvaniae usque 1586.

a) *Aureus.*

1. PATRONA VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum, sub pedibus luna; infra hanc enses Cibinienses sub corona.

MON. TRANSIL. S. B. D. S. (*Moneta Transilvanica Stephani Bathori de Somlyo*) 1574. S. Ladislaus coronatus, loricatus, stans d. bipennem oblongam, s. globum crucigerum. *Aur. simpl. Ibidem N.* 1.

b) *Argentei.*

2. STEPHAN. D. G. REX. POLON. MAG. DVX. L. Protome Regis coronati, loricati, sinistrorsum conversi d. Sceptrum tenentis humero admotum, s. capulum gladii.

RVS. PRVS. MAS. SAM. LIVO. PRIN. TRAN. 1585. Scutum coronatum quadripartitum, in quo Aquila Poloniae, et Eques Lithvaniae alternant: medium obtinente locum parmula

Bathoriana, in qua tres dentes. In area: N.B. *Arg. Thal. pond.* 1¾ *Semunc. Ibidem N.* 2.

3. Alius similis, sed annus 1586. in area partis aversae, cum N. B. *Arg. Thal. pond.* 1½ *Semunc.*

c) *Numus mnemonicus ob receptam Livoniam, Polotiamque.*

4. † STEPHANVS. D. G. REX. POLONIÆ. Protome Stephani Bathori capite pileato, et cristato, amictu Polonico.

LIVON. POLOT. Q. RECEP. Arbor palma, sub qua hinc Russus captivus sedet abjectis armis; inde Mulier captiva stat, et puerulus plorans utraque manu supra caput elevata. *Arg. pond.* 1¾ *Semunc.*

MAXIMILIANI II.

Ab. A. C. 1564. *ad* 1576.

Ex Monetis hujus Imperatoris, descriptis *Parte I. Catalogi Classe III. sub N. XL.* B) huc transferendus est imprimis *Aureus* simplex cum siglis H. S. nec non *Argenteus Thalerus* iisdem siglis notatus, annum habens 1575. Uterque enim hic Numus *Hermanstadii* in Transilvania, sub Judice Regio Saxonum *Süveg*, al. *Huet* dicto, fuit procusus.

VII.

Christophori Bathori.

Ab. A. C. 1576. ad 1581. Vajvoda Transilv.

a) *Numismata aurea.*

1. CHR. BATH. DE. SOM. VAIVODA. TRANSILVA. ET SIC. COMES. *Christoph. Bathori de Somlyo Vaivoda Transilvaniae, et Siculorum Comes.* Scutum coronatum exhibens tres dentes lupinos, et pro telamonibus habens duos genios alatos vestitos.
   In peripheria partis aversae legitur: ANNO. DOMINI. MILLESIMO. QVINGENTESIMO. SEPTVAG. SEPTIMO. In area vero circuli: VIRTVS. VNITA. VALET. punctorum loco ubique occurrunt asterisci. Spatia vacua ornantur corymbis supra, et infra epigraphen. *Aureus decuplus diametro Thaleri. Ibidem N. 13.*
2. Alius similis. *Aur. quintuplus.*
3. CHR. BATH. DE. SOM. VAIVODA. TRANSILVA. ET SIC. COMES. Scutum coronatum, in quo Insigne Bathorianum, tres dentes. Pro telamonibus duo genii alati, vestiti.
   † ANNO: D: MILLESI: QVINGEN: OCT: TERTIO. In area circuli: VIRTVS VNITA VALET inter quatuor lineas rectas horizontales. Ornatus causa supra, et infra epigraphen jacentia duo S. intermediis duabus stellulis. *Aur. decuplus. Ibidem N. 14.*

Hoc Numisma post obitum Principis Christophori signatum fuit ab ejusdem filio Sigismundo Bathori, occasione exequiarum anno 1583. celebratarum.

b) *Monetae aureae.*

4. PATRONA VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum. Sub pedibus luna, infra hanc duo enses decussati Cibinienses sub corona.

MON. TRANSIL. C. B. D. S. *Moneta Transilvanica Christophori Bathori de Somlyo.* Effigies Sancti Ladislai coronati, loricati, stantis cum hasta securiformi in manu dextra, et globo crucigero in sinistra lateri admota. In area annus 1579. *Aureus simplex solito Ducati hungarici pondere. Ibidem N.* 12.

5. Alius praecedenti similis, sed annum habens 1580. *Aur. simpl.*

c) *Moneta argentea Castrensis.*

6. C: B: D: S: 1580. Scutum continens tres dentes lupinos: supra quod prominent Capita duorum geniorum alatorum. Pars aversa est vacua. *Argent. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 2. *N.* 1.

VIII.

Sigismvndi Bathori.

Ab. A. C. 1581. ad 1601.

a) *Numism. Aur.*

1. SIGIS: BATORI: DE: S: VAIVO: TRAN: ET: S: C* Scutum coronatum, in quo tres dentes gentilitii, Telamonum vicem agentibus duobus geniis alatis, quorum capita crucula, pectora vero duabus fasciis decussatis, ornantur. ANNO: D: MILLESI: QVINGEN: OCT: TERTIO. In area circuli: VIRTVS. VNITA VALET. inter quatuor lineas horizontales cum nonnullis ornamentis initio, et in fine epigraphes positis. *Aur. decuplus. Tab. 2. N. 2.*

b) *Monetae aureae simplices.*

1. PATRONA. VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum, s. pomum. Sub pedibus luna; infra hanc duo enses Cibinienses sub corona. MONE. TRA. IL. SIGI. B. D. S. Effigies S. Ladislai coronati, loricati, d. bipennem oblongam, s. globum crucigerum tenentis, in area est annus 1586. *Aur. simplex. Ibidem N. 3.*
2. Alius similis, anni 1587. *Aur. simpl. ex officina Cibiniensi.*
3. Alius similis, anni 1588. *Ibidem N. 4. ex ead. officina.*

4. Alius anni 1594. *ex ead. officina.*

5. Alius ejusdem anni sed notis numericis nonnihil disjectis. Ex officina Cibiniensi, cujus duo enses in Tabula non rite sunt depicti malleolorum instar. *Ibidem N.* 5.

6. et 7. Alii duo aurei ejusdem anni 1594. ex eadem officina Cibiniensi.

8. Alius ejusdem anni, sed ex officina Claudiopolitana, quippe infra effigiem Deiparae occurrit Castellum. *Ibidem N.* 6.

9. SIGISMVNDVS BATHORI. Effigies Deiparae coronatae sedentis, ac Jesulum dextera tenentis, sub pedibus luna; infra hanc est parmula Bathoriana.

S. LADISLAVS REX 1595. Stans hic sanctus coronatus, loricatus, dextera extenta gerit globum crucigerum, sinistra lateri admota bipennem longam. In area: N. B. *Aureus simplex Nagybanyiensis. Ibid. N.* 7.

10. Alius ejusdem anni, ex eadem officina Nagybanyiensi.

11. Alius similis, sed sine siglis N. B. quarum locum occupat annus 1595. vel 96.; nam postrema nota ob attritum non satis distinguitur. *Ibidem N.* 8.

12. S. LADISLAVS REX. 1.5.9.8. Effigies hujus Sancti coronati, loricati; dextera lateri admota bipennem longam retro tenentis, sinistra extenta globum crucigerum. In area: N. B.

SIGIS. D. G. TRA. MOL. WA. T. S. R. I. P. *Sigismundus Dei gratia Transilvaniae, Moldaviae, Walachiae Transalpinae, sacri Rom. Imp. Princeps.* Aquila biceps nimbata, coronata, et aureo vellere circumdata, alis expansis, habens in pectore parmulam coronatam, in qua sunt tres dentes gentilitii. *Aur. simpl. Ibidem N. 9.*

c) *Argentea ejusdem Numismata.*

1. SIGISMVNDVS BATHORI. Protome ejusdem sinistrorsum spectantis, capite nudo, capillo brevi, a fronte reflexo, corpore loricato, dextera sceptrum humero admotum, sinistra capulum gladii, quo praecinctus est, tenentis. PRINCEPS TRANSSYLVANIÆ. 1590. Scutum Bathoreanum, tres dentes exhibens, ornatum pileo Principatus proprio, habensque pro telamonibus duos genios stolatos. *Arg. Thal. pond. 1¾ Semunc.*
2. Aliud simile anni 1591. *Arg. pond. 1¾ Semunc. prox. Ibidem N. 11.*
3. Aliud simile anni 1592. sed capulo gladii ornatiore, et infra Scutum partis aversae exsculpto botro. *Arg. pond. 1¾ Semunc. Habuit ansulam pro gestamine. Ibidem N. 10.*
4. Aliud ejusdem anni 1592. in quo omnia, uti N. 1. *Arg. pond. 1¾ Semunc.*
5. Aliud anni 1593. differt a praecedentibus per cruculam in area conspicuam ante pectus Principis,

Principis, et addito alio quoddam ornamento infra scutum gentilitium. *Arg. pond.* 1⅓ *Semunc. prox. Ibid. N.* 12.

6. Aliud simile Numisma, sed in quo erronee sculptum est PRINCHRS pro PRINCEPS. *Arg. ejusd. pond. cum praeced.*

7. et 8. Alia duo ejusdem anni 1593. in quibus omnia, uti N. 5. idem quoque pondus argenti.

9. Aliud anni 1595. praecedentibus simile cum crucula in area ante pectus Principis. *Arg. Thal. pond.* 1⅓ *Semunc.*

10. Aliud ejusdem anni 1595. sed ornatiore peripheria, et aliquanto gravius, ponderat enim *fere* 2. *Semunc. argenti. Ibidem N.* 13.

11. et 12. Alia duo anni 1596. cum crucula ante pectus Principis. Inscriptiones, ac figurae eaedem, quae in praecedentibus; idem quoque argenti pondus, cum exiguo discrimine.

13. SIGISMVNDVS BATHORI. Protome Principis, ut supra, et crucula in area.

PRINCEPS. TRANSILVANIÆ 1.5.9.7. Scutum Bathorianum coronatum, cruci ex duabus trabibus factae adpensum, nullos habens telamones. In area: N. B. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 3. *N.* 1.

14. Aliud simile ejusdem anni 1597. eodem argenti pondere.

15. et 16. Alia duo ejusdem anni a prioribus differunt inscriptione Partis aversae, quae sic habet: MOLDAVI: WALA: TRAN: S: R: I: P: 1597.

Reliqua uti sub N. 13. *Arg. pond.* 1⅛ *Semunc.* *Ibidem N.* 2.

d) *Moneta Civit. Coronensis pro Sigismundo Bathori signata.* 1601.

17. SIGIS. TRANS. ET SAC. ROM. IMP. PRIN. Aquila biceps nimbata, coronata, ac torque aurei velleris circumdata, alis expansis, habens in pectore parmulam coronatam, et in eadem tres dentes lupinos Domus Bathoreae.

DEO VINDICI PATRIAE 1601. MONETA CIVITATIS CORONENSIS. Insigne hujus civitatis, radix arboris coronata. *Numisma Tetragonum argenteum pond.* 1⅔ *Semunc. Ibidem N.* 3.

IX.

RVDOLPHI II.

Ab A. C. 1576. *ad* 1612.

a) *Numi, post abdicationem Sigismundi Bathori, ab anno* 1598. *ad* 1605. *pro Imp. Rudolpho II. Nagybaniae, et Cibinii signati.*

1. RVDOL. II. D. G. ROM. IMP. S. AVG. GER. H. B. R. ARC. AV. Protome Rudolphi sinistrorsum conversi, paludati, loricati, capite nudo. Ante illum effigies Deiparae coronatae sedentis in luna bicorni, ac dextra Jesulum, sinistra Sceptrum tenentis; a tergo autem est

Scutum exhibens Insignia Hungariae, Dalmatiae, Bohemiae, et in medio parmulam Austriacam. Icon Mariana cum scuto jungitur ducta post Imaginem Rudolphi linea recta.

DVX. BVR. MARCH. MORA. 1598. (*Inter* MARCH *et* MORA. *in eadem serie occurrit* NAGI. BANIA. *sic pro Nagybanya*) Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore pomum Imperii fascia Austriaca signatum, juxta vero, hinc ensem, inde sceptrum erectum. Per medium Aquilae transit linea horizontalis. *Arg. Thal. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 3. *N.* 4.

2. RVDOL: II: D: G: RO: IM: S: AVG: GER: HVN: B. REX. Protome, Scutum, et Icon Mariana, ut in praecedente, sed sine linea horizontali per medium ducta.

ARCHIDVX AVSTRIÆ. DVX BVRG. MAR. MOR. ETC. 1599. Aquila biceps cum iisdem attributis, quae supra memorantur, nulla tamen linea per medium transeunte. In area: N. B. *Arg. Thal. ejusd. pond. Ibidem N.* 5.

3. RVDOL. II. D. G. RO. IM. S. AVG. GER. HVN. BOHEMIÆ REX. *in fine rosula.* Protome Imperatoris coronati, loricati, dextrorsum conversi, d. sceptrum humero admotum, s. capulum gladii tenentis.

ARCHIDVX. AVSDTRIÆ. (*sic*) DVX. BVRG. MAR. MOR. ETC. 1600. Aquila biceps cum attributis supra descriptis. In area: N. B. *Arg. Thal. ejusd. pond. Ibidem N.* 6.

4. RVDOL. II. D. G. RO. IMP. S. AVG. G. H. B. REX. Aquila biceps coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum Austriaco-Burgundicum coronatum, ac torque aurei velleris circumdatum.

SOLI DEO GLORIA. CIVIT. CIBIN. ANO 1605. Duo enses decussati sub corona, infra quam et triangulum foliatum, et infra enses Monoceros: in lateribus autem, hinc H. inde coronatum Monogramma, constans literis A H I R. Id est Hermanstadii sub *Alberto Huet Judice Regio. Arg. Thal. pond. 1¼ Semunc. Tab. 4. N. 2.*

b) *Huc etiam pertinent Numi jam ante abdicationem Sigismundi Bathori pro Imperatore Rudolpho II. Nagybanyae, et Cibinii signati, quos vide P. I. Catalogi Classe II. Inter monetas Rudolphi II. descriptos, videlicet inter Thaleros ejusdem sub N. 3. 4. et 5.*

SERIES II.

Numi Saeculi XVII.

X.

Moysis *Siculi, Transilvaniae Tyranni*.

A. C. 1602. *et seq.*

a) *Numisma aureum, et arg.*

1. MOSES ZEKEL DE SEMENFALVA VAIVODA TRANSILVANIÆ ET SICVL: COMES. Duo Leones erecti stantes, ac pedibus anterioribus una tenentes gladium erectum coronatum inter duas lunas, ac totidem stellas cuspide prominente. Infra est ornamentum quodpiam arbitrarium. ANNO DOMINI MILLESIMO SEXCENTESIMO TERTIO · CLAVDIOPOLI. Haec est peripheriae inscriptio. In area vero legitur: DOMINVS PROTECTOR MEVS. *Aureus decuplus. Rarissimus. Tab. 4. N. 4*,

2. Aliud simile, vilioris metalli, modico argento admixto, nigri coloris, verisimiliter non originale, sed ectypum tantum.

b) *Ad hujus Tyranni aetatem spectat sequens Numus, utpote anno 1603. signatus memoriae causa, incerto Auctore.*

3. TERRENA CONSIDERES VT CAELICA POSSIDES, *sic*. Caput vultu triplicato, uno imberbi, ante

quod legitur; OCCIDENS: altero barbato, cui additum; ORIENS: tertio supra verticem posito, aeque barbato, cum inscriptione: DEVS.

Aversam efficit haec epigraphe: A TERGO ET FRONTE MALVM TANDEM DEVS PROPITIARE. AN. MDCII. FATALI TRANSSYLVANIAE. *Aur. dupl. et Arg. pond. drachm. fuit leviter deauratus. Ibidem N. 3.*

XI.

GEORGII BASTA

Capitanei Generalis in Transilvania 1603.

a) *Numismata mnemonica Aur. et Arg.*

1. GEORG. BASTA. DNS. IN SVLT. EQV. AVR. Caput nudum curtis capillis, barba acuminata, collo et parte humeri, loricatis.

S. C. M. AC: CATH. REG. HISP. CONSIL. BEL. ET IN TRANS. CAPIT. GENERAL. Laurea cum tribus palmae ramis, infra quam legitur: VALL. PROF. SIC: DEV: DAC: REC. 1603. *Aureus octuplus, figurae ovalis Perforatus. Tab. 5. N. 7.*

Id est: *Georgius Basta Dominus in Sult Eques Auratus Sacrae Caesareae Majestatis, ac Catholici Regis Hispaniarum Consiliarius bellicus et in Transilvania Capitaneus Generalis, Vallacho profligato, Siculo devicto, Dacia recepta 1603.*

2. Aliud simile *arg. leviter deauratum: pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 3! *N.* 8.

3. Aliud ejusdem formae, typi, et inscriptionis: sed praeterea Monetarii nomen, annusque in brachio abscisso notatus his characteribus: N. W. 1603. *Arg. pond.* 1¼ *Sem. Tab.* 4. *N.* 1.

XII.

Stephani Botskay

Ab A. C. 1604. *ad* 1607.

a) *Monetae aureae sine Principis nomine, et sine anno cusionis.*

1. PATRONA VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum tenet. Sub pedibus luna; infra hanc duo malleoli decussati.

MON. OR. TRANISLVA (*sic.*) VNG. Effigies S. Ladislai coronati, loricati, stantis, ac dextera lateri admota bipennem longam, sinistra aeque lateri admota pomum crucigerum tenentis. Inferius intra pedes, parmula Bockaiana leonem exhibens. *Aur. simplex. Tab.* 4. *N.* 5.

2. Alius similis, cum hoc discrimine, quod in hoc vocabulum *Transilvania* interpunctum sit hoc modo: TRANISSL. VA. VNG. *Aur. simpl.*

3. Alius similis, in quo legitur: MON OR TRANISLVA VNG. sine interpunctionibus. *Aur. simpl. Ibidem N.* 6.

In area: N. B. *Arg. Thal. pond.* 1¼ *prox.* *Tab.* 4. *N.* 8.

2. Alius similis, ejusdem anni. *Arg. Thal. ejusd. pond.*

3. et 4. Alii duo Thaleri praecedentibus similes, idemque pondus argenti habentes cum exiguo discrimine.

5. STEPHANVS. BOCH: D: G: HV: TRANQ: PRINCEPS. Hujus Protome capite nudo, pectore, et brachiis loricatis, sinistrorsum conversi, ac dextera sceptrum humero admotum tenentis.

SICVLORVM COMES. ET: 1606. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Hungariae juncta Transilvanicis nunc primum in moneta conspicuis, et in medio scuti Circulus ex dracone in gyrum acto factus, includens Leonem cum sagitta sedentem. Infra scutum est parmula exhibens duos enses Cibinienses. In area siglae: H. S. *Thal. pond.* 1½ *Semunc. argenti minus probi, quam sit in praecedentibus: uti color ipse prodit. Ibidem N.* 10.

Sequuntur grossi ejusdem.

6. STEPH. D. G. HVN. TRAN. P. ET. SIC. CO. Caput ejusdem nudum capillis curtis, coma a fronte reflexa, mento barbato, collo loricato.

GROS-ARG. TRIP. REGNI. HVNGAR. 1605. Ex postrema nota numerica pars tantum superior conspicua. Supra hanc epigraphen sunt tria scutula heraldica, Hungariae, Transilvaniae,

et medium inter ista est scutulum familiae Botskaianae proprium. In area superiore occurrit numerus romanus III. valorem nempe trium grossorum minorum indicans. *Arg. pond. drachm. Ibidem N.* 11.

7. Alius similis, grossus triplex anni 1606. *arg. pond. drachm.*

8. Alius similis anni 1607. qui ab obitu hujus Principis fuit proximus. *Arg. eod. pond. Ibidem N.* 12.

XIII.

SIGISMVNDVS RAKOCZY.

A. C. 1607.

a) *Numisma aureum Symbolicum.*

1. SIGISMVNDVS RAKOCII. D: G: PR: TR. PAR. RE: H: D. ET SIC: CO: *characteribus monasticis, vulgò neo-gothicis.* Ejus Protome, capite nudo, capillo brevi, cum mystacibus, et barba acuminata, corpore loricato, dextrorsum converso, dextera manu sceptrum, clavae instar nodosum humero admotum, sinistra capulum gladii, quo praecingitur, tenentis.

In peripheria Aversae legitur: SOLI. DEO. GLORIA. ANNO. DO: MDCVII. In area vero Circuli granulati: NON EST CVRRENTIS NEQVE VOLENTIS SED: MISERENTIS. DEI. Peripheriam



Numismatis utrobique ornat laurea. *Aureus decuplus*. *Tab.* 5. *N.* 1. R.

b) *Monetae aureae ejusdem, pondere simplicium ducatorum.*

2. SIG: KAKO: D: G: PR: TR: PAR: REG: HV: DO: Protome ejusdem, uti supra. In area: C. V. *Colosvar.*

ET SICVLORVM COMES. M:DC:VII. Circulus granulatus, in quo Avis coronata, alis expansis uni pedi insistens, dextrorsum conversa, pede altero gladium erectum tenet. In basi legitur: AQVILA. Infra quam occurrunt septem castella, et infra haec Castellum Claudiopolitanum. *Aur. simplex. Ibidem N.* 2.

3. Alius similis, forma tamen sceptri, quod Princeps humero admotum tenet, nonnihil diversa. *Aur. simpl. Ibid. N.* 3.

XIV.

Gabrielis Bathori.

Ab A. C. 1608. *ad* 1613.

a) *Numismata aurea-symbolica.*

1. GABRIEL. D. G. PRIN. TRAN: PAR: REG: HVN: D. ET. S: COMES. Tria scuta sub una corona, quibus continentur Insignia Principatus Transilvaniae, et gentis Bathoreae propria in

Circulo, quem Draco in gyrum actus efficit. A dextris est Aquila dimidia, a sinistris septem castella, et in medio tres dentes. Infra legitur: 1611. CIBIN.

In parte Aversa est haec sola epigraphe: PRO PATRIA ARIS ET FOCIS. 1611. *Aureus decuplus*, *Tab*. 5. *N*. 4. R.

2. Alius similis, cum hoc tamen discrimine, quod in parte antica non infra scutum, ut in praecedente, sed in superiore area occurrat cusionis locus CIBI sine anno; in aversa autem, ubi eadem est inscriptio *Pro Patria Aris et Focis* legitur annus 1613. *Aureus decuplus*. *Tab*. 5. *N*. 9. R.

b) *Monetae aureae*; *pondere ducatorum simplicium*.

3. GAB: BATHORI: D: G: TRAN: PRI: Protome Principis loricati, capite nudo, d. sceptrum humero admotum tenentis, sinistrorsum conversi. In area: C. V.

PAR: RE: HVN: DO: ET SIC: COM. 1611. Scutum coronatum gentis Bathoreae cum tribus dentibus, inclusum Circulo per Draconem caudam suam mordentem formato. Infra est Castellum Claudiopolitanum. *Aur*. *simpl*.

4. GABRIEL D: G: PRIN. TRANSIL. Protome Principis, ut supra, et C. V.

PAR: REG: HV: DO: ET SICV: CO: 1611. Scutum Bathoreanum, ut in praecedente, et

castellum Claudiopolitanum infra positum. *Aur. simpl. Tab. 5. N. 5.*

5. GABRIEL. D. G. PRIN. TRANSYLVA. Caput nudum Principis mystacati, barbati, collo loricato.

PAR: RE: HVN: DO: ET SIC: CO: 1611. Aquila monocephala, expansis alis, habens in pectore parmulam Bathoreanam tribus dentibus insignitam. In area: N. B. *Aureus simpl. Nagybanyensis Ibidem N. 8.*

6. GAB: BATHORI. et reliqua omnia, uti sub N. 1. excepto cusionis anno, qui in hoc est 1612. *Aur. simplex Claudiopolitanus. Tab. 5. N. 6.*

7. GABRIEL: D. G. &c. uti N. 5. cum Aquila partis aversae, sed cum anno cusionis 1612. *Aur. simpl. Nagybanyiensis.*

8. Alius huic similis, et ejusdem anni, sed abscissa in margine auri particula, paullo levior.

9. GAB: D: G: P: TR: VAL: TRAN. Caput pileatum, cristatum, et pretiosa gemma ornatum, collo et humero loricato.

PAR: RE: HV: D: ET SIC. CO: 1613. Circulus serpentinus, seu a Dracone formatus, in quo est Scutum coronatum gentis Bathoreae, et siglae: K. O. id est: Kolosvár. Infra occurrit Castellum Claudiopolitanum. *Aur. simpl. Ibidem N. 7.*

10. GABRIEL &c. uti N. 5. cum Aquila partis aversae, sed annum habens 1613. *Aur. simpl. Nagybanyiensis.*

c) *Argentea Moneta major: Thaleri communes, et Castrenses.*

1. GABRIEL: BATHORY: D: G: PRINCEPS: TRANSYLVANIÆ. Protome Principis capite nudo, sinistrorsum conversi, loricati, d. sceptrum humero admotum, s. capulum gladii, quo praecingitur, tenentis.

* PARTIVM: REGNI: HVNG: DOMINVS: ET SICVL: COMOS (*sic*) 1608. Tria Scuta sub una corona in circulo per draconem in gyrum actum formato; in medio scilicet Bathoreanum exhibens tres dentes; alterum a dextris continet septem castella, tertium a sinistris Aquilam dimidiam Principatus Transilvaniae. Sol et luna supra aquilam nondum sunt conspicua. *Arg. Thal. pond.* 1 ⅛ *Semunc. Tab.* 5, *N.* 12.

2. Alius huic similis, sed annum habens 1609. cum errore Monetarii in COMOS pro COMES. *Arg. Thal. ejusd. pond.*

3. GABRIEL: BATHORY: D: G: PRINCEPS. TRANSYLVANIÆ. Protome Principis, ut supra.

PARTIVM: REGNI: HVNG: DOMINVS: ET SICVL: COMES: 1609. Scutum exuviis draconis circumdatum sub corona, bipertitum, continens in superiore area dimidiam aquilam alis expansis, et in inferiore septem Castella, medium in eodem Scuto locum occupante parmula dentata gentis Bathoreae. Extra Scutum

siglae: N. B. *Arg. Thal. Nagybanyiensis*, *ejusd. pond. Ibidem N.* 13.

4. GABRIEL. (*deest consuetum D. G. hujusque loco mera puncta occurrunt.*) PRIN: TRAN. PAR: REG: HVN: D. ET SIC. COMES. Tria Scuta sub una corona, circumdata dracone in gyrum acto; dextrum continet aquilam dimidiam, sinistrum septem Castella: medium vero locum obtinet solita parmula Bathoreana: infra hanc legitur: 1611. CIBIN.

In medio partis aversae est haec epigraphe: PRO PATRIA ARIS ET FOCIS 1611. *Arg. Thal. pond.* 1½ *Semunc. cum modico excessu.*

5. GABRIEL. D: G: PRIN: TRAN: PAR: REG: HVN: D. ET SIC. COMES. Tria Scuta sub una corona &c. uti in Antica praecedentis, una cum anno 1611. CIBIN.

Pars aversa est glabra, et vacua. *Arg. Thal. Castrensis pond.* 1½ *Semunc. Tab. 5. N.* 10.

6. Alius praecedenti similis, ejusdemque anni. *Arg. Thal. ejusd. pond.*

7. Alius aeque Castrensis, heterotypus, ejusdem anni. *Arg. Thal.*

8. PRO. PATRIA. ARIS. ET. FOCIS. 1611. Circulus a dracone in gyrum acto formatus, in quo est scutum gentis Bathoreae, et circa id: G. B. P. T. (Gabriel Bathori Princeps Transilvaniae) CIBIN. *Numisma argenteum, heterotypum, Castrense, pond.* 1⅔ *Semunc. Ibidem N.* 11. *R.*

9. Aliud

9. Aliud huic simile, ejusdem anni, et ponderis argenti.

d) *Minor moneta argentea ejusdem.*

1. GABRIEL. D. G. PRIN. TRANSYLVANI. Deipara velata sedens cum Jesulo a dextris. Siglae: N. B.

PAR. REG. HVN. DOMINVS ET SI. CO. 1610. Scutum quadripartitum, in quo primum locum obtinent quatuor fasciae, alterum Crux hungarica non integre expressa, tertium Gryphus ruditer factus, quartum tria signa occupant, quorum duo superiora securiculas inter duo puncta positas, tertium vero cruculam exhibere videtur, non vero tria capita Dalmatiae uti est in Ectypo. *Arg. grossus, perforatus, pond.* 40. *gran. Tab.* 5. *N.* 14.

2. GAARIEL. D. G. PRI. TR. E. S. C. Caput nudum Principis ad humerum, et pectus cum lorica.

GROS. ARG. TRIP. REG. TRANSYLVANIÆ. Supra hanc epigraphen est Draco in gyrum actus, formansque circulum, in quo sunt tres dentes: Item in suprema area Numerus III. et in lateribus annus 1609. *Grossus perforatus pond.* 38. *gran. argenti sat probi. Ibidem N.* 15.

3. Corona Principalis, infra quam legitur: 1610. GAB. BATHO. D. G. PRIN. TRAN.

GROSSVS. REGNI. TRANSIL. Aquila simplex, alis expansis, habens in pectore tres dentes parmulae inscriptos. Siglae: N. B. *Gross. perforatus pond.* 20. *gran. vilioris argenti.*

4. Alius huic similis, anni 1611. *Gross. arg. ejusd. pond. Ibidem N.* 16.

5. Alius similis, anni 1612. aeque Nagybanyensis. *Gross. arg. ejusdem pond.*

6. GABRIEL. D. G. PRIN. TRAN. ET. Caput nudum Principis barbati, loricati, pectore tenus.

III. 1613. GROS. ARG. TRIP. REG. TRANSYLVANI. Supra est parmula coronata continens tres dentes. *Grossus triplex pond.* 42. *gran. argenti probi.*

7. Corona, et epigraphe: 1613. GAB. BATHO. D: G. PRIN. TRAN.

GROSSUS REGNI TRANSIL. Aquila simplex alis expansis, habens in pectore Insigne Bathorianum. Siglae: N. B. *Gross. arg. pond.* 20. *gran.*

XV.

Gabriel Bethlen.

Ab A. C. 1613. *ad* 1629.

a) *Numismata aurea magni moduli, quorum unum Symbolicum.*

1. GAB: BETLEN D: G: P: TRAN: PART: REG: HVN. DO. ET S: CO. Caput Principis pileo hungarico,

pluma, et gemma pretiosa ornato tectum, barbatum, dextrorsum conversum ad humerum, et pectus cum lorica.

DNS: ILLVM: MEA ET SALVS MEA QVEM TIMEBO: 1616. Brachium loricatum ex nube protensum tenens in acinace erecto coronam. Juxta pendet fascia spiralis cum inscriptione: CONSILIO FIRMATA DEI. *Aureus decuplus. Tab.* 6. *N.* 1.

2. GABRIEL. D. G. REGNORVM HVNGARIÆ. Protome Principis sinistrorsum conversi, pileo acuminato, zibelino, cristato, gemmisque ornato tecti, vestemque hungaricam induti.

TRANSYL: PRINCEPS. AC. SICVLORVM. COM. Scutum ovale coronatum, cujus latus dextrum occupant Insignia Hungariae, nempe Crux patriarchalis in Tricolle coronato, et infra hanc quatuor fasciae horizontales, sinistrum vero habet Insignia Transilvaniae, scilicet Aquilam dimidiam inter solem, et lunam; septemque castella. In medio totius scuti est Insigne familiae Bethlen de Iktar duo Anseres una sagitta confixi, qui includuntur circulo per draconem facto. *Aureus decuplus, sine cusionis anno. Ibidem N.* 2.

3. GABRIEL. D: G: SA: RO: IM. ET TRANSSYL: PRINCEPS. *in fine rosula.* Protome Principis, sinistrorsum, capite nudo, barbati, paludati, loricati, pectore tenus. In area est annus 1622.

PAR. RE. HVN. DO: SIC. CO: AC. OPOL. RATIB. DVX. Scutum corona Ducali tectum, in quo sunt Insignia, a dextris Ducatuum Opuliae, ac Ratiboriae, a sinistris Principatus Transilvaniae. In area: N. B. *Aureus decuplus.*

4. GAB. D. G. SA. RO. IM. ET TRAN. PRIN. Protome Principis barbati, pileati, cristati, loricati, dextera sceptrum humero admotum tenentis.

PAR. REG: HVN. DOM. SI. CO: OP. RAT. DVX. 1628. Scutum ovale coronatum, exhibens Insignia Opuliae, Ratiboriae, Transilvaniae, et Bethlenianum. In area: N. B. *Aureus decuplus.*

5. GAB. D. G. SA. RO. I. ET TRAN. PRIN. Caput nudum barbatum, sinistrorsum, ad pectus cum lorica, et paludamento.

PAR. R. HVN. DO. SI. CO. OP. R. DVX. 1628. Deipara coronata, nimbata, et radiis circumfusa sedens dextra tenet Jesulum, nimbatum, sceptrigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula Hungariae. *Aureus duplus. Ibidem N.* 4.

b) *Monetae aureae simplices, et Aureus duplus.*

6. GA: BET: D: G: P: T: Caput barbatum, pileatum, cristatum, sinistrorsum spectans, ad pectus cum lorica.

PA: RE; HVN: DO. ET SI: CO: 1615. In circulo granulato, alius circulus per draconem coronatum factus, in quo est Scutum Bethlenianum duos anseres cum sagitta per utriusque collum transeunte exhibens. Infra occurrit castellum Claudiopolitanum. *Aur. simpl. Tab.* 6. *N.* 5.

7. Alius similis anni 1616. *Aur. simpl.*

8. GABRIEL. D. G. PRIN. TRAN. Protome Principis pileati, cristati, barbati, ad pectus cum paludamento, et lorica.

PAR. RE: HVN. DOM. ET SIC. CO. 1619. Scutum coronatum continens consuetum Insigne Bethlenianum, duos anseres sylvestres sagitta per collum trajectos in circulo draconico. *Aur. simpl.*

9. Alius huic similis, anni 1620. *Aur. simplex. Ibidem N.* 6.

In sequentibus aureis Bethlenianis incipit titulus Electi Regis Hung.

10. GAB. D. G. EL. HV. DA. CR. SC. REX. Protome illius capite nudo, sinistrorsum conversi, loricati, dextera sceptrum humero admotum tenentis. In area: K. B.

TRANS. PR. ET. SIC.. COM. 1620. Deipara coronata, nimbata, sedens in culcitra, dextra tenet Jesulum nimbatum, sceptrigerum. Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hungariae. *Aureus simplex Cremnicensis.*

11. Alius praecedenti similis, anni 1611. *Aur. simpl. Cremnic.*

12. GAB. D. G. EL. HVN. DA. CR. SC. REX. *in fine rosula.* Protome capite nudo, ad pectus cum lorica, et paludamento.

PRIN. TRANSY. ET SIC: COMES 1621. Deipara coronata, sine nimbo, amictu hungarico, sedens dextra tenet Jesulum nimbatum, sceptrigerum. Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hungariae. In area: N. B. *Aur. simpl. Nagybanyensis. Ibidem N. 11.*

13. Antica, ut in praecedente.

PRIN. TRANS. ET SIC. COMES, 1622. Effigies Deiparae cum Jesulo, et siglae N. B. uti in Aversa praecedentis. *Aur. simpl. Nagybanyen. Ibidem N. 7.*

Eod. anno currente 1622. in aureis Bethlenianis desinit titulus Electi Regis; et succedunt tituli S. R. I. Principis, ac Opoliae, et Ratiboriae Ducis.

14. GAB. D. G. SAC. ROM. IM. ET TRAN. PRI. PAR.: Protome capite nudo, coma a fronte elevata, mento barbato, corpore loricato, cum sceptro in manu dextera. In area annus 1622. REG. HVN. DOM. SIC. CO. AC. OPOL. RATIB. DVX. Parmula rotunda coronata, continens Insignia a dextris Opoliae, et Ratiboriae, a sinistris Transilvaniae, et in medio Bethlenianos anseres duos circulo serpentino inclusos. In area: A. I. *Aur. simpl. Albae Juliae. Ibidem N. 8.*

15. GAB. D. G. S. R. I. ET TRAN. PRIN. Caput nudum barbatum cum coma ad frontem erecta, et reflexa: ad pectus cum lorica, et paludamento.

PAR. HV. DO. SI. CO. OP. RA. DVX. 1625. Deipara coronata, hungarico amictu sedens d. tenet Jesulum nimbatum sceptrigerum. Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hungariae. In area: N. B. *Aur. simpl. Nagyban. Ibidem N.* 9.

16. Alius similis; anni 1626. sed in quo Deipara coronata nimbum quoque circa caput habet: et siglis N. B. adduntur duo globuli, supra, et infra literas positi. *Aur. simpl. Nagyb.*

17. Alius huic similis, anni 1627. aeque. *Aur. simpl. Nagyban. Ibidem N.* 10.

18. GAB. D. G. SA. RO. IM. ET TRAN. PRIN. Caput nudum, cum coma reflexa, mento barbato, ad pectus cum lorica, et paludamento.

PAR. R. HVN. DO. SI. CO. OP. RAT. DVX. 1628. Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa, palliata sedens d. tenet sceptrum, s. Jesulum nimbatum pomigerum. Sub pedibus parmula Regni Hungariae. In area: N. B. *Aur. simpl. Nagyb.*

19. Alius praecedenti similis, ejusdem anni 1628. in quo siglae N. B. infimo loco inter perigraphen occurrunt. *Aur. simpl. Nagyb.*

29. Alius huic similis, anni 1629. *Aur. simpl. Nagyb. Ibidem N.* 12.



c) *Argentea ejusdem Numismata formae consuetae.*

1, GABRIEL. D. G. EL. HVNGARIÆ. DAL. CR. SCL. REX. Protome ejusdem loricati, capite nudo, dextra sceptrum humero admotum tenentis, sinistrorsum conversi. A dextris parmula coronata Hungariae, a sinistris icuncula Deiparae coronatae nimbatae, intra lunam bicornem sedentis, dextraque Jesulum nimbatum sceptrigerum habentis.

TRANS. PRINCEPS. ET SICVLOR. COM. 1621. Seutum cum superposita Corona Hungarica, complectens a dextris Insignia Hungariae, Crucem videlicet patriarchalem super tricolle coronato, et quatuor fascias; a sinistris vero Transilvanica trium statuum, aquilam nempe Hungarici, solem et lunam Siculici, et septem castella Saxonici status. Praeterea Insigne Bethlenianum, circulo serpentino inscriptum scuti centrum occupat. In area: K. B. *Arg. Thal. Cremnicensis pond.* 2¼ *Semunc. prox. Tab. 6. N.* 15.

2. Alius praecedenti similis, ejusdem anni 1621. *Arg. Thalerus pond.* 1½ *Semunc. prox.*

3. Alius similis, ejusd. anni. *Arg. Thalerus consueti ponderis.*

4. GABRIEL D. G. EL. HV. DAL. CROA. SCLA. REX. Protome uti N. 1. inter parmulam Hungariae, et icunculam Marianam.

PRIN. TRANSYL. ET, SICVLOR. COMES. 1621. Scutum corona hungarica tectum, in quo sunt Insignia Hungariae, ac Transilvaniae supra descripta, cum Bethlenianis duobus anseribus sagitta confixis, ac circulo serpentino inclusis, in centro Scuti. Sigla: N. B. *Arg. Thal. Nagybanyens. consueti ponderis. Tab. 6. N. 3.*

5. 6. et 7. alii tres ejusdem anni 1621. in quibus omnia, uti N. 1. *Arg. Thaleri Cremnicenses, ponderis consueti.*

8. Omnia uti Num. 1. sed in isto est annus 1622. cum siglis: K. B. *Arg. Thal.*

9. Alius similis, ejusdem anni 1622. aeque *Cremnicensis Thalerus arg.*

10. Alius ejusdem anni 1622. in quo sunt omnia, uti sub N. 4. *Arg. Thal. Nagybanyens. Tab. 7. N. 1.*

11. GAB. D. G. SA. RO. IMP. ET. TRAN. PRIN. Effigies Principis pileati, cristati, barbati, loricati, dextra sceptrum humero admotum tenentis.

PAR. REG. HVN. DOM. SIC. CO. OP. RAT. DVX. 1627. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Transilvaniae, Opuliae, Ratiboriae, et Bethlenianum in medio. Siglae: N. B. *Arg. Thal. Nagybanyen.*

12. GABR. D. G. SA. R. IMP. ET TRANS. PRINCEPS. Protome Principis barbati, loricati, capite nudo, d. sceptrum in humero tenentis. Infra est Insigne Camerarii monetalis.

PAR. RE. HVN. DNS. SI. CO. OP. RATIB. DVX. 1627. Scutum coronatum continens Insignia Hung. ac Transilv. cum Bethleniano in medio. Siglae: M. C. (*Moneta Cibiniensis*) *Arg. Thal.* *pond.* 1½ *Semunc.* *Tab.* 7. *N.* 2.

13. Alius similis ejusd. anni 1627. *Arg. Thal. pondere eodem.*

14. CAB. D. G. SA. RO. IM. ET. TRAN. PRINC. Protome Principis barbati, pileati, cristati, loricati, d. sceptrum humero admotum tenentis.

PAR. REG. HVN. DOM. SIC. CO. OP. RAT. DVX. 1628. Scutum coronatum, in quo sunt Insinia Opuliae, Ratiboriae, Transilvaniae, et Bethleniarum. Siglae: N. B. *Arg. Thal. soliti ponderis.* *Tab.* 7. *N.* 3.

15. GAB. D: G: SA. RO. IM. TRAN. PRIN. Protome Principis pileati, et loricati ut supra, cum sceptro in dextra.

PAR. REG. et reliqua omnia, uti in Aversa praecedentis: annus 1628. *Arg. Thal. ejusd. pond.*

16. GAB. D. G. SA: RO: IM. ET TRAN: PRIN. Protome Principis barbati, capite nudo, ad pectus cum lorica, et paludamento.

PAR. REG. HVN. DOM. SIC. CO: OP. RAT. DVX. 1628. Scutum coronatum exhibens Insignia Opoliae, Ratiboriae, Transilvaniae, et Bethlenianum in medio. In area: N. B. *Arg. Thal.*

17. Omnia fere, uti N. 15. sed annus est 1629. *Arg. Thal. Nagybanyensis consueto pondere.*

18. GABRIEL. D. G. REGNORVM. HVNGARIÆ. Protome Principis barbati, pileo acuminato, cristato tecti, et prisco more Hungarorum chlamydati.

TRANSYL. PRINCEPS. AC. SICVLORVM. COM: Scutum coronatum exhibens Insignia Hung. ac Transilv. cum Bethleniano in medio. Non habet annum, nec siglas monetales. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.*

d) *Sequuntur Numismata argentea formae quadratae.*

19. GAB. D. G. SA. R. IMP. ET TRANS. PRINCEPS. Protome Principis barbati, loricati, capite nudo, d. sceptrum in humero tenentis. Infra est Insigne Camerarii monetalis in parmula.

PAR. RE. HVN. DNS. SI: CO. OP. RATIB. DVX. 1627. Scutum corona hungarica coronatum, in quo sunt Insignia Hung. ac Transilv. cum Bethleniano iu medio. In area: M. C. *Arg. tetragon. pond.* 3¼ *Semunc. Tab.* 7. *N.* 4.

20. Aliud simillimum, ejusdem anni, formae, et ponderis argenti.

21. Aliud anni 1628. a praecedentibus hoc solo diversum, quod infra effigiem Principis nulla occurrat parmula cum Insigni: et in parte aversa siglas habet C. C. *Arg. tetrag. pond.* 3¼ *Semunc.*

22. GABR. D: G, SA. R. IMP. ET. TRANS. PRINCEPS. (sic.) *punctorum loco sunt ubique cruculae.* Protome Principis barbati, loricati, capite nudo, d. sceptrum humero admotum tenentis.

PAR. RE. HVN. DNS. SIC. CO. OP. RATIB. DVX. 1628. Scutum coronatum hungarica corona, continens consueta Insignia Hung. Transilv. et in medio Bethlenianum. Sigla: C. *Arg. tetragon. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 5.

e) *Minor ejusdem moneta argentea. Grossi varii generis.*

1. GABRIEL. D. G. SAC. RO. IM. ET. TRA. PRI. P. Protome ejusdem, capite nudo, ad pectus cum lorica. Infra est numerus 24. Sub clausula; valorem totidem denariorum significans.

REG. HV. DN. SI. CO. AC. OP. RA. DVX. 1623. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia, Opoliae, Ratiboriae, Transilvaniae cum Bethleniano in medio. Siglae: B. Z. *Gross. arg. pond. drachmae, seu* 66. *gran. Tab.* 7. *N.* 6.

2. GAB. D. G. SA. RO. IM. ET. TRAN. PRIN. Scutum continens utrumque Insigne Regni Hungariae, et in medio Bethlenianum. Siglae: N. B.

PAR. HV. D. SI. CO. OP. RA. DVX. 1623. Deipara coronata sedens d. tenet Jesulum nimbatum, sceptrigerum. Sub pedibus luna. *Gross. arg. pond.* 36. *gran.*

3. GAB. D. G. SA. RO. IM. ET. TRAN. PRIN. 1625. Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa sedens d. tenet Jesulum nimbatum, sceptrigerum.

PAR. REG. HVN. DO. SIC. CO. OP. RA. DVX. Scutum Regni Hungariae coronatum in cujus medio Insigne Bethlenianum. Siglae: N. B. *Gross. arg. in margine laesus, pond.* 41. *gran. Tab.* 7. *N.* 7.

4. GAB. D. G. S. R. I. ET. TR. PR. P. R. H. D. SI. CO. OP. RA. D. Scutum exhibens Insignia Transilvaniae, Aquilam dimidiam, et septem castella, sine sole, et luna.

Corona, et epigraphe: 1625. GROSSVS REGNI TRANSIL. *Arg. gross. pond.* 20. *gran. Ibidem N.* 8.

5. Alius huic similis, ejusd. anni. *Arg. gross. perforatus pond.* 19. *gran. Ibidem N.* 9.

6. Alius similis, ejusdem anni 1625. in quo siglae: N. B. *Arg. gross. pond.* 20. *gran.*

7. GAB. D. G. SA. RO. IM. ET. TRANS. PRIN. Scutum coronatum Regni Hungariae, in cujus medio est Bethlenianum. Siglae: N. B.

PAR. REG. HVN. DO. SIC. CO. OP. R. DVX. 1626. Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa, amictu hungarico, sedens d. tenet Jesulum nimbatum, sceptrigerum. Sub pedibus luna. *Arg. gross. pond.* 40. *gran.*

8. Alius similis, ejusdem anni 1626. *perforatus, paullo levior.*

9. Corona, et epigraphe: 1627. GROSSVS REGNI TRANSYL.

GAB. D. G. S. R. I. ET. TR. PR. P. R. H. D. SIC. CO. OP. RA. D. *In fine est Insigne Praefecti Monetarum.* Scutum Principatus Transilvaniae. Siglae: M. C. *Arg. gross. pond.* 18. *gran.*

10. GAB. D. G. S. R. IMP. ET. TRANS. PRINC. Scutum coronatum Regni Hungariae, in cujus medio est Bethlenianum. Siglae: M. C.

PAR. R. HVNG. DNS. SI. C. OP. RAT. DVX. 1627. Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa, sedens d. tenet Jesulum nimbatum sceptrigerum. *Arg. gross. pond.* 40. *gran.*

f) *Numulus aereus montanisticus.*

1. OD. G. P. 1628. supra est Caput Aquilae cum alis.

Z. B. Duo mallei decussati, inter crura literae V. circumpositis tribus rosulis, duobus globulis, et I. V. *aereus, tenuis, parvi moduli. Tab. 7. N.* 10.

XVI.

CATHARINAE *Brandeburgicae, Viduae Gabrielis Bethlen. A. C.* 1630.

a) *Aurei tantum.*

1. CATH. D. G. N. M. B. S. R. I. ET. TRAN. PRIN. (*Nata Marchio Brandeb.*) Hujus Protome adversa, ornatu muliebri illius aevi, pectore tenus.

PAR. R. H. D. SIC. CO. A. B. I. C. M. D. 1630. *Partium Regni Hung. Domina. Siculorum Comes. Ac Borussiae Juliae Cliviae Montium Dux.* Scutum ovale coronatum, in sex areas divisum, quibus continentur Insignia Transilvaniae, Borussiae, et reliquarum provinciorum in titulo memoratarum, una cum Bethleniano, quod est in medio. Siglae: C. V. *Aur. simpl. Tab.* 8. *N.* 1. R.

2. Alius huic similis, ejusdem anni, et ex eadem officina Claudiopolitana. *Ibidem N.* 2.

3. CATH. D. G. N. M. B. S. R. I. B. I. C. M. D. 1630. Effigies Deiparae coronatae, palliatae, sedentis, ac dextra sceptrum, sinistra Jesulum tenentis. Infra est Aquila Brandeburgica in parmula. *Aur. simplex. Ibidem N.* 3.

XVII.

Stephani Bethlen.

A. C. 1630.

STEPHA. BAT. D. G. PRIN. TRA. Hujus protome capite pileato, cristato, vultu barbato, pectore loricato, sinistrorsum conversi.

PAR. REG. HVN. DOM. ET. SIC. COM. 1630. Circulus granulatus, supra quem parva corona, includens alium circulum ex draconis exuviis factum, in quo est scutum Bethlenianum complectens duos anseres sagitta per collum trajectos. In area: C. V. *Colosvar. Aur. simplex. Tab.* 8. *N.* 4. R.

XVIII.

Georgii Rakoci *Senioris.*

Ab A. C. 1631. *ad* 1648.

a) *Aurei.*

1. GEORG. RAKOCII. D. G. PR. TR. PAR. RE. HVN. DO. ET. SIC. COM. Protome Principis barbati, pileati, cristati, loricati, d. sceptrum humero admotum tenentis, s. capulum gladii, quo praecingitur,

SOLI. DEO. GLORIA. ANNO. DOM. 1631. Tabula quadrata, in qua haec epigraphe: NON EST CVRRENTIS NEQVE VOLENTIS SED MISERENTIS DEI. In area: C. V.
Aureus decuplus Claudiopoli signatus. Tab. 8. *N.* 5.

2. PATRONA. HVNGARI. 1642. Deipara nimbata, sedens intra lunam radiantem, d. tenet sceptrum, s. Jesulum nimbatum.

GEOR. RAKO. D. G. PRI. TRAN. Scutum coronatum Hungariae. Siglae: N. B. *aureolus pond.* 13. *gran. Ibidem N.* 8. R.

3. GEORG. RAKO. D. G. PRI. TRA. Protome Principis barbati, pileati, cristati, loricati, d. sceptrum humero admotum tenentis.

PA. RE. HV. DO. ET. SIC. CO. 1646. Aquila Rakociana uni pedi insistens, altero gladium tenens cum subscriptione: AQVILA. Infra sunt septem castella inter duas lineas horizontales. In area: A. I. (*Alba Julia*) *Aureus simplex. Ibidem N.* 6.

4. Alius praecedenti similis, ejusdem anni 1646. *Aur. simpl.*

5. GEORG. RAKOCI. D. G. PRI. TRA. Protome ejusdem capite nudo, vultu barbato, corpore loricato, d. sceptrum, s. capulum gladii.

PAR. REG. HVN. DO. ET. SI. CO. 1648. Deipara coronata sedens, amictu hungarico, d. tenet Jesulum pomigerum, s. sceptrum. Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata

Hung. In area N. B. cum punctis infra, et supra positis. *Aur. simplex. Ibidem N. 7.*

6. GEORG. RAKO. D. G. PRI. TRANS. Protome, capite nudo, cum sceptro, ut supra.

Aversae inscriptio, et effigies Mariana, et reliqua omnia, uti in Aversa praecedentis. *Aur. simpl.*

7. Alius ejusdem anni 1648. in quo sunt omnia, uti sub N. 5. *Aur. simpl.*

b) *Argentea ejusdem Numismata.*

1. GEOR. RA. D. G. P. T. Protome Principis barbati, pileati, cristati, loricati, sinistrorsum conversi, d. sceptrum, s. capulum gladii tenentis.

PAR. REG. HVN. DOM. ET. SIC. COM. 1639. Scutum coronatum, in quo Insignia Transilvaniae mixta sunt Rakocianis. Ad Transilvaniam spectant Sol, luna, aquila dimidia, et septem Castella: Rakocianae autem familiae est Aquila coronata pede altero gladium tenens, infra quam dimidia rota, et sub hac tricollis est, vel quidpiam tricolli simile. Hoc Numisma inclusum est circulo lato, in quo posterior manus hanc perigraphen insculpsit: DANIEL WILKE VON SPANDAV AVS MARK BRANDENBVRG. ANNO 1706. *Pond.* 1¼. *Semunc. arg.*

2. GEORGIVS. RAKOCI. D: G: PRINCEPS TRANS. ProtomePrincipis barbati, pileati, cristati, loricati, d. sceptrum humero admotum tenentis.

PAR. REG. HVN. DOM. ET. SIC. COM. 1646. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Rakociana mixta Transilvanicis hoc modo: in superiore area est Sol, luna, et aquila dimidia, in inferiore Aquila gladio armata, et septem Castella: Rota vero dimidia est in centro Scuti. In area: N. B. *Numisma argent. quadratum pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 8. *N.* 8.

3. GEORG. RAKO. D. G. P. TRA. Protome uti N. 1.

PAR. REG. &c. uti in aversa praecedentis sed annus est 1645. *Lamina argentea, pondere* 1⅔ *Semunc. in qua haec inscriptio, ac typus utriusque partis ter expressus est; velut experimenti causa, an typarium fuerit rite factum, quo novi nummi excudendi erant.*

XIX.

Georgii Rakoci *Junioris.*

Ab A. C. 1649. *ad* 1660.

a) *Aurei.*

1. GEOR. RA. D: G: P. TR. Protome Principis barbati, pileati, cristati, loricati, d. sceptrum humero admotum tenentis, s. capulum gladii.

PAR. REG. HV. DO. ET. SI:,CO: 1649. Deipara coronata, amictu hungarico, sedens d. tenet Jesulum nimbatum, pomigerum, s. sceptrum: sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hung. In area: N. B. *Aur. simplex. Tab.* 8. *N.* 9.

2. Alius ejusdem anni; huic similis, cum exiguo discrimine in TRA. pro TR. *Aur. simpl.*

3. Alius similis, anni 1650. Discrimen est in COM. cum in prioribus sit CO. tantum. *Aur. simpl. Nagybanyen. Ibidem N.* 10.

4. GEO. RA. D. G. P. TRA. Protome, uti N. 1.

PAR. REG. HVN. DO. ET. SI. CO. 1650. Typus Deiparae, uti supra. *Aur. simplex. aeque Nagybanyiensis.*

5. Alius ejusdem anni 1650. in quo sunt omnia, uti N. 3. *Aur. simplex.*

6. GE. RA. D. G. P. T. Protome uti N. 1.

P. TR. REG. HV. DO. ET. SI. CO. 1654. Effigies Mariana cum Jesulo, sceptro, et reliquis adjunctis, uti supra. *Aur. simpl.*

7. Alius praecedenti similis, sed ann. 1656. *Aur. simpl.*

8. GEORG. RAKO. D. G. PRI. TRA. Protome Principis, uti N. 1.

PA. RE. HV. DO. ET. SIC. CO. 1657. *in fine rosula.* Circulus granulatus, in quo est insigne Rakocianum, Avis coronata, alis expansis, dextrorsum conversa stans in basi, altero pede gladium tenet cum subscripto vocabulo: AQVILA. Infra sunt septem castella in una se-

rie inter duas lineas. Infimum locum occupat crucula inter duo puncta. In area: A. I. *locus percussae monetae Alba Julia. Aur. simpl. Ibidem N.* 11.

9. GEORGIVS. RAKOCI. D. G. PRINCEPS. TRA. Protome Principis pileati, cristati, barbati, loricati, d. sceptrum humero admotum tenentis, s. capulum gladii.

PART. REG. HVN. DO. ET. SIC. CO. 1657. Scutum coronatum continens Insignia Transilvaniae, solem, lunam, mediam aquilam in basi, ac septem Castella, cum parmula Rakociana in medio posita, in qua est Aquila gladio armata, supra rotam dimidiam ex tribus colliculis prominentem. Infra scutum siglae: A. I. *Alba Julia*, al. *Alba Carolina. Aureus decuplus. Ibidem N.* 12.

b) *Argentea ejusdem Numismata.*

1. GEORG: RAKO. D. G. PRIN: TRA. Protome Principis barbati, pileati, cristati, loricati, d. sceptrum tenentis humero admotum, s. capulum gladii.

PAR. REG. HVN. DOM. ET. SIC. COMES. 1649. Scutum coronatum, in quo sol, luna, Aquila media, septem castella, quae sunt trium Statuum Transilvaniae Insignia, nec non alia Rakocianae familiae propria, videlicet Aquila coronata, gladio armata, et Rota media. In

hoc numismate omittitur Tricollis. In area: N. B. *Arg. Thal. pond.* 1½ *Semunc. prox.*

2. GEORGIVS RA. D. G. P. T. Protome, ut in praecedente.

PAR. REG. HV. DO. ET. SIC. COM. 1650. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Transilvaniae cum Rakocianis in medio positis, nimirum Aquila coronata, gladio armata, stante in rota, ex tribus colliculis prominente. Siglae: N. B. *Arg. Thal. soliti ponderis. Tab.* 9. *N.* 1.

3. GEORG: RAKO. D. G. P. TRAN. Protome, ut supra.

PAR: REG: HVN: DOM: ET: SIC: COMES. 1650. Scutum coronatum, in quo Insignia Transilvaniae, et Rakocianum, sine Tricolle. Siglae: N. B. *Arg. Thal. Ibidem N.* 2.

4. Antica est, uti N. 2.

PAR. REG. HVN. DO. ET. SI: COMES. 1651. Scutum coronatum continens Insignia Transilvaniae, et parmulam cum Insigni Rakociano, in quo etiam Tricollis infra rotam conspicuus. Siglae: N. B. *Arg. Thal. consueti ponderis.*

5. Alius ejusdem anni 1651. praecedenti similis. *Arg. Thal.*

6. GEOR. RAKO. D. G. PRI. T. Protome ut supra.

PAR. REG. HVN. DOM. ET. SIC. COM. 1652. Scutum coronatum, continens Insignia Transilvanica, cum parmula Rakociana, ut in

praecedente. Siglae: N. B. *Arg. Thal. Tab.* 9. *N.* 3.

7. Alius huic similis, sed anni 1654. *Arg. Thal. soliti ponderis.*

8. Alius anni 1655. in quo omnia, uti N. 6. *Arg. Thal.*

9. GEORGIVS RAKO D G P T. Protome ut supra.
Aversa eadem, quae in praecedente, sed annus 1656. *Arg. Thal.*

10. In alio simili ejusdem anni 1656. Inscriptio anticae sic variat: GEOR. RÁKO. D. G. PR. T. Effigies Principis, et Scutum sicut in praecedentibus. *Arg. Thal. habuit ansulam pro gestamine.*

11. Alius, in quo fere omnia sicut, N. 6. sed annum habet 1657. *Arg. Thal.*

12. GEORGI. RA. D. G. P. T. Protome, et reliqua fere omnia, uti sub N. 6. excepto anno, qui hic est 1658. *Arg. Thal. soliti ponderis.*

13. Alius similis, ejusdem anni 1658. *Arg. Thal.*

14. Inscriptio et Protome Anticae partis, uti N. 11.
Aversa solo anni numero differt a praecedente, est enim in isto annus 1659. *Arg. Thal. consueti ponderis.*

15. GEOR. RA. D. G. P. TR. Protome Principis barbati, bileati, cristati, loricati, d. tenentis sceptrum humero admotum, s. capulum gladii.

PAR. REG. HVN. DOM. ET. SIC. COM. 1660. Scutum coronatum, in quo praeter consueta Insignia Transilvaniae medium occupat locum parmula Rakociana, exhibent Aquilam coronatam, gladio armatam, et sub hac mediam rotam cum subjecto Tricolle. Siglae: N. B. *Arg. Thal.*

16. 17. 18. Alii tres, ejusdem anni 1660. quoad omnia nunc descripto similes. *Arg. Thal.*

XX.

Achativs Bartsai.

A. C. 1659. et seq.

a) *Numismata Aurea.*

1. ACHA. BAR. D. G. PR. TR. Protome Principis barbati, tunicam hungaricam induti, capite nudo, resectis capillis praeter comam in vertice paullo densiorem, a fronte reflexam, dextra sceptrum humero admotum tenentis. Infra effigiem corymbus.

PA. REG. HVN. DO. ET. SI. CO. 1.6.5.9. Scutum ovale coronatum, et gryphorum capitibus, aliisque toreumatibus ornatum, in quo inter consueta Transilvaniae Insignia, parmula Bartsaiana medium obtinet locum exhibens brachium loricatum, sagitta transfixum, et cubito coronae apertae innixum, stringens

acinacem. Siglae: C. V. *Colosvár* seu *Claudiopolim* notant. *Aureus decuplus. Tab.* 10. *N.* 4. R.

2. † ACHATIVS. BARCSAI. D. G. P. T. PA. RE. HV. DO. SI. C. Scutum coronatum, in quo praeter solita Principatus Transilvaniae arma medium locum tenet parmula familiae Bartsaianae, exhibens brachium loricatum, sagitta transfixum, cubito coronae innixo, manuque gladio armata. In area annus 1660.

Pars aversa habet tres circulos concentricos. In area circuli minimi legitur: DEVS PROVIDEBIT. In peripheria vero aliorum circulorum, maximi, et medii sic habet inscriptio: † SVB. RAKOCIANA OPPRESSIONE. REGNI. TRANSILVANIAE. ET OBSIDIONE CIBINIENSI. Figurae nullae. *Aureus octogonus uncialis appendens decem aureos simplices. Tab.* 9. *N.* 5.

b) *Argentea ejusdem Numismata.*

1. Inscriptio, typus, annus 1659. et reliqua omnia, uti in Aureo sub N. descripto. *Arg. Thal. soliti ponderis. Exempl.* 2.

2. ACHATIVS. BARCSAI. D: G: P. T. PA. RE. HV. DO: SI: CO. *in fine rosula.* Circulus granulatus, in quo est Scutum coronatum exhibens Insignia Transilvaniae, et proprium familiae Bartsai Insigne, brachium scilicet loricatum, gladio armatum, sagitta confixum, et cubito coronae innixum in parmula medium totius

Scuti locum occupante. Ad latera Scuti annus 1660. Infra scutum: I. R. fors *Johann Retecke* Monetarius id temporis.

In medio partis Aversae: DEVS PROVIDEBIT. In peripheria vero duorum circulorum concentricorum: SVB RAKOCIANA. OPPRESSIONE REGNI. TR: *Rosula.* ANSILVANIÆ. ET. OBSIDIONE. CIBINIENSI. *Arg. Thal. Tab.* 9. *N.* 6.

3. Alius ab eodem I. R. Monetario, similis praecedenti, cum exiguo hoc discrimine, quod in priore inscriptio majoris circuli terminetur per TR. cum in isto accedat etiam tertia litera A. ideoque in minore circulo concentrico fit continuatio ejusdem vocabuli abrupti per NSILVANIÆ. *Arg. Thal.*

4. ACHATIVS. BARCSAI. D. G. P. T. P. R. H. D. S. C. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Transilvaniae, sol, luna, aquila coronata, integra, stans in basi, septemque castella; et in medio parmula Barcsaianae familiae propria cum brachio supra descripto.

In area circuli partis aversae legitur: SERVA NOS. QVIA PERIMVS. Infra est Radix coronata inter C. B. *Civitas Brassovia* et annum 1660. In peripheria vero, praecedente Capite humano, sequitur: DE. PROFVNDIS. CLAMAMVS. AD. TE. DOMINE. *Arg. Thal. Ibidem N.* 7.

5. Alius huic similis, ejusdem anni 1660. *Arg. Thal.*

6. ACHATIVS. BARCSAI. D. G. P. T. P. R. H. D. S. C. Scutum coronatum, in quo Insignia Tran-

silvaniae, sol nempe, et luna inter duas stellas (in hoc Numo accedentes) aquila coronata, septemque castella, cum parmula in medio, continente Insigne Barcsaianum, supra descriptum.

In peripheria Caput humanum, et haec inscriptio: DE. PROFVNDIS CLAMAMVS. AD. TE. DOMINE. In medio Numi altera haec epigraphe: SERVA. NOS. QVIA PERIMVS. occurrit in Tabella oblonga lemniscata: infra quam est Radix coronata inter C. B. et annum 1660. *Arg. Thal. Tab.* 10. *N.* 1.

7. Alius similis, in quo Tabella cum inscriptione: SERVA. NOS. PERIMVS. est deaurata, uti et corona cum radice. *Arg. Thal.*

8. ACHAT. BAR. D. G. PRI. TR. P. R. H. D. ET. SI. CO. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Transilvaniae, inter quae Aquila in hoc Numo est sine corona. In medio autem scuti parmula continet Insigne Barcsaianum, in praecedentibus numis descriptum.

In area circuli partis aversae legitur. † SERVA. NOS. QVIA PERIMVS. SCHESBVRGI 1660. et in peripheria: DE. PROFVNDIS. CLAMAMVS. AD TE. DOMINE. In fine hujus perigraphes occurrunt duae rosulae junctae. *Arg. Thaler. pond.* 1½ *Semunc. cum modico excessu. Tab.* 10. *N.* 3.

9. ACHATIVS. BARCSAI. D. G. P. T. P. R. H. D. ET SI. CO. *in fine rosula.* Scutum coronatum, in

quo Insignia Transilvaniae, et Barcsaianum, uti in praecedentibus.

Pars aversa eadem, quae in praecedente. Annus idem 1660. *Talerus Arg. Schesburgensis. Ibidem N. 2.*

10. Alius ejusdem anni, ejusdemque officinae, praecedenti similis. *Arg. Thal.* consueti ponderis.

In postremis his duobus Thaleris caelatura est paullo rudior, quam in prioribus.

XXI.

Joannis Kemény.

A. C. 1661.

a) *Aureum Numisma.*

1. IOAN: KEMEN: D: G: PRI: TRA. Protome Principis barbati, pileati, cristati, loricati, sinistrorsum spectantis, ac d. sceptrum humero admotum tenentis, s. capulum gladii.

PAR: REG: HVN: DO: ET. SIC: CO: 1661. Scutum ovale coronatum marginibus opere toreumatico exornatis, in quo sunt solita Insignia Transilvaniae, cum parmula Keményiana dimidium cervum, ex corona prominentem, complexa. *Aureus decuplus. Tab.* 10. *N.* 6. R.

b) *Argenteum.*

1. IOAN. KEMEN. D. G. PRI, TRA. Protome, uti supra in Aureo.

PAR: REG: HVN: DO: ET: SIC: CO: 1661. Scutum coronatum, continens Insignia Transilvaniae, et Keményianum in medio. Siglae: C. V. *Arg. Thal. pond.* 1½ *Semunc. prox. Ibidem N.* 7.

2. Alius similis, ejusdem anni. *Arg. Thal. pond.* 1⅞ *Semunc.*

XXII.

MICHAELIS APAFI.

Ab A. C. 1661. *ad* 1690.

a) *Numismata aurea magni moduli.*

1. MICHAEL. APAFI. D. G. PRIN. TRAN. Protome Principis barbati, pileati, cristáti, loricati, sinistrorsum conversi, d. sceptrum humero admotum tenentis, s. capulum gladii.

PAR. REG. HVN. DOM. ET. SIC. CO. 1670. Scutum coronatum, ovale, marginibus ornatis, in quo sunt Insignia Transilvaniae, et Apafianum in medio, galea videlicet transfixa gladio, et vitis botrifera desuper. Infra scútum ad latera: A. F. id est: *Arx Fogaras. Aureus decuplus. Tab.* 11. *N.* 1.

2. MICH. APAFI. D. G. PR. TR. Protome, uti supra.

PAR. REG. HVN. D. ET. SIC. CO. 1675. Scutum coronatum, marginibus ornatis, cujus latera junguntur infra coronam capiti alis instructo, complectens Insignia Transilvaniae, et Apafianum supra descriptum. Infra idem Scutum est parmula exhibens binos pisces. Siglae in imo margine A. F. *Aureus decuplus. Ibidem N. 7.*

3. MICHAEL. APAFI. DEI. GRATIA. PRIN. TRANS. Protome Principis, ut N. 1. sed paullo altior, et elegantior.

PAR. REG: HVNGARIÆ: DO: ET. SI. COMES. 1683. Scutum coronatum ovale, cujus margines ornantur duarum aquilarum, quasi vaginis impositarum, capitibus, alisque, intermedio capite humano, complectens Insignia Transilvaniae, et Apafianum in medio laureae inclusum. Siglae: A. I. cum duobus colliculis sunt infra Scutum in circulo serpentino. *Aureus decuplus. Ibidem N. 2.*

b) *Sequuntur Aurei simplices.*

4. MIC. APAFI. D. G. P. TR. Protome Principis, uti N. 1.

PAR. REG. HVNG: DO: & SI: CO: 1678. Scutum coronatum, continens Insignia Transilvaniae, et Apafianum. Infra: A. F. *Aur. simpl. Tab. 16. N. 8.*

5. Alius similis, in cujus tamen aversa plenius legitur: PAR. REG. HVNGARIÆ & SICV. CO. 1683. Scutum, et reliqua, ut in praecedente. *Aur. simplex. Tab.* 10. *N.* 10.

6. Antica, uti N. 4.

PAR. REG. HVNGA. DO. & SICV. CO. 1684. Scutum, Insignia, et siglae: A. F. uti supra. *Aur. simpl.*

7. Alius similis, anni 1685. ex eadem officina Arcis Fogarasiensis. *Aur. simplex.*

8. Alius ejusdem inscriptionis, ac typi, sed anni 1687. *Aureus hexagonus simplex. Tab.* 10. *N.* 9.

9. MIC. APAFI. D. G. P. TRAN. Protome Principis, uti N. 1.

PAR. REG. HVNGA. DO. & SICV. COM 1687. Scutum coronatum, et Insignia eadem, quae in praecedentibus. *Aur. eimpl. consuetae formae rotundae.*

10. Alius huic similis, anni 1688. ex eadem officina Fogarasiensi. *Aur. simpl.*

11. Alius similis, anni 1689. *Aur. simpl. Tab.* 10. *N.* 11.

c) *Argentea Numismata magni moduli.*

1. MICHA. APAFI. D. G. PR. TR. Protome Principis barbati, pileati, cristati, loricati. d. sceptrum humero admotum tenentis, s. capulum gladii:

PART. REG. HVN. (*sic.*) D. ET. SIC. COM. 1663. Scutum ovale coronatum, cujus margines ornant capita aquilarum, complectens Insignia Transilvaniae, et Apafianum. In area superiore: C. B. in imo margine inter literas inscriptionis occurrit radix coronata Civitatis Brassoviae. *Arg. Thal. pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 11. *N.* 3.

2. MI. APA. D: G; PRIN. TRAN. Protome, uti supra.

PAR. RE. HV. DO. ET. SI. CO. 1665. Scutum coronatum horizontaliter divisum continens in area superiore solem lunam, et stellam, simulque in medio horum parmulam Apafianam cum galea transfixa pugione, et vite botrifera; in inferiore autem aquilam coronatam alis expansis ex basi plus quam medio corpore prominentem, et septem castella. Infra Scutum est radix coronata Brassoviae. *Arg. medius Thalerus, seu Florenus pond.* ¾ *Semunc. Tab.* 12. *N.* 3.

3. MIC. APA. D. G. PRIN. TRAN. Protome, uti N. 1.

PAR. REG. HV. DO. ET SIC. COM. 1667. Scutum coronatum continens Insignia Transilvaniae, et Apafianum eodem modo, quo in praecedente; adest quoque radix coronata Brassoviensis infra scutum inter duas rosulas. Aliae duae majores rosae ornant latera ejusdem Scuti. *Arg. Thal. pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 11. *N.* 5.

4. MI.

4. MI. APA. D. G. PRIN. TRAN. Protome, ut N. 1. accedit flosculus in margine sinistro, et in area numerus 4113. nigro colore exaratus.

PAR. REG. HVN. DO. ET. SI. COM. 1667. Scutum coronatum continens Insignia Transilv. et Apafianum, ut in praecedente, simul cum radice coronata infra illud. *Arg. Thal. soliti ponderis. Tab.* 11. *N.* 4.

5. Alius huic similis, ejusdem anni 1667. et ex eadem officina Brassoviensi, seu Coronensi. *Arg. Thal.*

6. MICHA. APAFI. D. G. PR. TR. Protome Principis, uti supra, cum flosculo infra posito.

PAR. REG. HVN. D. E. SICV. CO. 1671. Scutum coronatum marginibus ornatis capite aquilae utrinque, continens Insignia Transilv. et Apafianum in medio situm, exuviis serpentinis, ut videtur, cinctum. Infra Scutum sunt in parmula duo enses decussati Cibinienses cum triangulo foliato, et pileo Judicatus Regii. *Arg. Thal. soliti pond. Tab.* 11. *N.* 6.

7. MICHAEL APAFI. DEI. GRATIA. PRINC. TRANS. Protome, uti N. 1.

PAR. REG. HVNGARIÆ. DO. ET SI. COMES. 1681. Scutum coronatum, ovale, cujus margines ornantur capite genii, et binis capitibus, aliisque aquilarum, velut e vaginis prominentium, complectens consueta Insignia Transilvaniae, et Apafianum in medio. Infra scutum occurrit parmula includens literas A. I. et lilium. *Arg. Thal. Tab.* 12. *N.* 1.

8. Alius huic similis, sed anni 1683. *Arg. Thal.*

9. Alius aeque similis descripto sub N. 7. sed anni 1684. *Arg. Thal. soliti pond.*

d) *Minores ejusdem Monetae argenteae.*

1. MI. APAFI. D. G. P. T. Protome Principis barbati, pileati, cristati, loricati, d. sceptrum humero accline tenens, s. capulum gladii.

PAR. RE. H. D. ET. S. C. GROS. ARG. Corona, infra quam numerus XII. indicans hujus grossi valorem in cruciferis, an denariis hungaricis, incertum. Sub eadem corona occurrunt duo scuta inclinata Principatus Transiivaniae, ambo horizontaliter secta. Quod a dextris est, in area superiore exhibet solem, in inferiore mediam aquilam coronatam. Aliud a sinistris positum, in superiore area continet lunam, et stellam, in inferiore septem castellà. Medium inter haec duo scuta locum obtinet Apafiana galea transfixa. Infra quam circulo includitur Radix coronata. In area infima est annus 1673. *Grossus probi argenti appendens* 48. *grana. Tab.* 12. *N.* 5.

2. MI. APAF. D. G. P. T. Protome ut supra, sub qua sunt tres rosulae, et una rosula in pectore loricato.

PAR. R. H. D. ET. S. C. GROS. ARG. 1673. Corona, sub qua numerus XII. Infra eandem coronam duo scuta inclinata, et reliqua omnia,

ut in praecedente. *Gross. arg. ejusdem ponderis cum praecedente.*

3. Alius huic similis, sed in Aversa sunt siglae monetariae S. V. et in parmula duo enses decussati. Constat magis aere, quam argento, adeo niger est; ideoque suspectus. Depingitur. *Tab.* 12. *N.* 6.

4. MIC. APAFI. D. G. PR. TR. Protome, uti N. 1: PAR. RE. H. D. ET S. C. GRGS. AR. 1673. Corona, sub qua numerus VI. et infra eandem coronam duo scuta, in quibus sunt Insignia Transilvaniae, et in medio galea Apaffiana. Infra quam parmulae inseriptum est: MO. CO. In area siglae: N. B. *Arg. gross. perforatus pond.* 46. *gran.*

5. MIC. APA. D. G. P. T. Protome, uti supra: PA. R-V. DO. ET SI. CO. GROS. AR. 1672: Aquila Transilvaniae, infra quam septem castella in una serie; et sub his literae M. C: *Megyes civitas.* al. *Millenbach. Arg. gross: pond.* 42. *gr. Tab.* 12. *N.* 2.

XXIII.

EMERICI TÖKÖLI ab A. C. 1682. ad 1699.

Seditiosorum in Hung. ac Transilvania Tyranni.

a) *Aureus.*

EME. THÖKÖLI: D. G. P. T. Protome ejusdem barbati, pileati, cristati, loricati, sinistror-

sunt conversi, d. sceptrum humero admotum tenentis, s. capulum gladii.

PAR. REG. HVNGAR. ET SICVLO. CO. 1690. Insignia Transilvaniae, et Tököliana; in quorum medio est parmula bicipitem aquilam coronatam exhibens. Scuto majori Incumbunt duae galeae, ex quibus prominent totidem leones, quorum alter gladio armatus. *Aur. simpl. Tab.* 12. *N.* 8.

b) *Argentei Anti-Tököliani.*

1. EMERIC.TOCKEL.HVNGAROR.REBELL.CAPVT. Protome ejusdem imberbis, mystacati, capite nudo, chlamyde, ac tunica hungarica induti. Infra effigiem: E. F.

RETRO. CADIT. AVDAX. Tökölius inverso capite, cum stricto acinace ruens ex praealta rupe, praecipitatus ab aquila. In vertice rupis corona, ad pedem vero ejusdem rupis, est Tygris hiante rictu. *Numisma ovale argenteum pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 12. *N.* 9.

2. DEKELI (*sic*) QVOD MIHI. ID TIBI CONTINGET. Protome duae jugatae, dextrorsum conversae, Magni Vezirii, et Tökölii, patrio vestitu. Pars aversa vacua et glabra. *Arg. max. mod. fusus, pond.* 6½ *Semunc. Tab. ult. miscell.* Elegans.

XXIV.

Leopoldi Magni.

Post receptam Transilvaniam ab A. C. 1690. ad 1705.

a). *Numisma mnemonicum maximi moduli, sine anno.*

1. LEOPOLDVS. AVG. PANNON. DAC. ILLYR. TVRC. MAX. Caput laureatum ad humerum, et pectus cum lorica, et paludamento.

PANNONIIS. DACIA. ILLIRICO. HÆREDITARIIS REGNIS ADAVCTIS. Imperatorem habitu vetere romano stantem cum gladio in dextera, et globo in sinistra, advolans victoria coronat, praesentibus quatuor aliis figuris; in latere videlicet dextero duabus, quarum una stolata, humi sedens cum sceptro, Pannoniam repraesentare videtur, altera ibidem capite tutulato genuflexa, tenensque cornucopiae, et pateram offerens Imperatori, Genium Illyrici refert. Tertia in sinistro latere sedens stolata, ac pileata Daciam exhibet. Huic quarta figura militaris adsidet cum clypeo votivo, cui insculptum: SIC. XXX. SIC. XXXX. In imo Nummi segmento medium locum occupat clypeus super pharetra positus inter arcum, ac tympanum. *Arg. fusus pond.* 3¼ *Semunc. Tab.* 12. *N.* 12.

2. Aliud simile, fusum ex aere cyprio, ejusdem cúm argenteo moduli.

b) *Monetae aureae Transilvanicae, varii moduli.*

1. LEOPOLDVS D. G. ROM. I. S. AVG. GER. HVN. BO. REX. Protome Imperatoris laureati, loricati, cum longo crispo capillitio, ad pectus cum aureo vellere.

DVCATVS NOV9 TRANSVLVANIÆ: 1695. Aquila biceps nimbata, coronata, gladio, et sceptro armata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum bipertitum Transilvaniae, in cujus dextro latere est Sol et Aquila supra basim, in laevo autem luna, et septem castella. Infra Aquilam in imo margine sunt siglae: K. V. sub clausula. *Aureus decuplus Claudiopolitanus. Tab.* 13. *N.* 1.

2. S. IMMACVL. V. MAR. MAT. DE. PA. H. 1690. Deipara velata, nimbata, in circulo radiante stans, d. tenet Jesulum, s. sceptrum. Infra est parmula coronata Hungariae. In area: N. B.

LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. G. HV. B. R. Caput laureatum, ad pectus cum lorica, paludamento, et aureo vellere. Infra est numerus fractus ⅙ parmulae inscriptus. *Sextula unius Aurei simplicis. Tab.* 12. *N*, 13.

3. LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. GER. HVN. BOH. REX. Caput laureatum, uti supra.

DVCAT. NOV. TRANSYLVAN. 1693. Aquila biceps coronata, gladio, et sceptro armata, alis expansis, habens in pectore septem Castella Transilvaniae circulo inclusa. Infra est C. V. sub clausula. *Aureus simplex.*

4. LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Caput laureatum, ut supra.

DVCATVS NOVVS TRANSYL. 1697. Aquila biceps coronata, ense, ac sceptro armata, alis expansis, habens in pectore Insignia Transilvaniae, solem, lunam, aquilam, et septem castella. Infra est K. V. in parmula. *Aur. simpl.*

5. Alius similis, anni 1698. *Aur. hexag. pond. 4. ducat.*

6. LEOPOLD. D. G. RO. I. S. A. G. H. B. REX. Imperator stans coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus, aureo vellere ornatus, sinistrorsum spectans, d. tenet sceptrum, s. pomum Imperii.

ARCHID. AVS. D. B. MAR. MOR. COM. TYR. 1702. Aquila biceps coronata, ense, ac sceptro armata, alis expansis, habens in pectore parmulam rotundam coronatam, in qua sunt Insignia omnium trium Statuum Transilvaniae. In area: F. T. id est: *Fogaras Turris. Aur. simpl. Tab.* 13. *N.* 2.

c) *Argenteae ejusdem Monetae Transilvanicae, Mariani, Septenarii, Grossi etc.*

1. LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum lorica, palu-

damento, et aureo vellere. Infra numerus XV. parmulae inscriptus.

PATRONA HVNGARIÆ. 1675. Deipara coronata, in circulo radiante sedens d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum, pomigerum tenet. Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hungariae inter alias duas parmulas, quarum una continet Castellum Claudiopolitanum, altera vero literas G. et C. in monogramma contractas. *Arg. Marianus pond.* 84. *gran.*

2. LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. GE. HV. BO. REX. Caput laureatum uti supra, et numerus XV.

PATRONA. HVNGARIÆ. 1696. Icon Mariana cum attributis supra descriptis, infra quam est parmula coronata Hung. In area siglae: C. M. (*Civitas Megyes Transilvaniae*) *Arg. Marian. ejusd. pond. prox.*

3. Alius similis, anni 1696. sed cum siglis: C. H. (*Civitas Hermanstadt Transilv.*) *Arg. Marian.*

4. LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Caput laureatum, uti supra, et numerus XV.

MONETA NOVA ARG. TRANSYLVA. 1704. Aquila biceps coronata, ense sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore Insignia Transilvaniae inclusa parmulae rotundae coronatae, aureoque vellere circumdatae. In area: F. T. Infra aquilam vero alia parmula coronata continens duos enses decussatos cum triangulo foliato, et pileo Judicatus Regii Saxonici in Transilvania. *Arg. Marian. Tab. 13. N. 3.*

5. Antica, ut in praecedente, sed infra Caput est numerus VI. tantum.

PATRONA HVNGARIÆ. 1684. Deipara coronata, nimbata, sedens in circulo radiante d. tenet sceptrum, s. Jesulum. Sub pedibus luna, infra hanc est parmula coronata Hungariae inter alias duas parmulas, quarum una exhibet castellum Claudiopolitanum, altera Insigne Camerarii, medium Leonem coronatum, erectum super corona. *Arg. Senarius, qui postea Septenarius dictus.*

Sequuntur Grossi minores, polturae, cruciferi Transilvaniae.

6. LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Caput laureatum, uti N. 1. Infra quod Numerus 3. in parmula.

PATRONA HVNGARIÆ. 1675. Icon Mariana cum attributis supra descriptis, infra quam tres parmulae, quarum media coronata exhibet Insignia Hungariae, altera a dextris Castellum Claudiopolitanum, tertia a sinistris literas G. et C. in monogramma contractas. *Arg. Grossus tricrucifer.*

7. Antica, ut in praecedente.

MONETA NOV ARG. TRANSYLV. 1696. Aquila biceps coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore parmulam rotundam coronatam, in qua sunt solita Insignia Transilvaniae. Infra Aquilam F. T.

sub clausula. *Arg. gross. tricrucifer. pond.* 25. *gran. Tab.* 13. *N.* 4.

8. LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Caput laureatum, ut supra, et numerus 3. in parmula.

PATRONA HVNGARIÆ. 1696. ICON Mariana cum attributis sub N. 1. descriptis; infra quam est parmula coronata Hung. In area: C. M. (*Civitas Megyes Transylv.*) *Arg. gross. tricrucifer.*

9. 10. 11. Alii tres praecedenti similes, annorum 1696—97—99. sed in quibus sunt siglae: C. H. et infra iconem Marianam tres parmulae, media nempe exhibens Insignia Hungariae, altera continens literam C. tertia literas S. et H. in monogramma contractas. *Arg. grossi tricruciferi.*

12. LEOPOLDVS &c. ut supra. Caput laureatum, infra quod nullus occurrit numerus.

Parmula coronata exhibens Insignia Transilvaniae addito anno 1704. et vocabulo: POLTVRA. Infra sunt duo enses decussati Cibiniensium inter duos flosculos. *Arg. poltura. pond.* 17. *gran. Tab.* 13. *N.* 5.

13. Aliae tres polturae ejusdem anni, praecedenti similes.

14. Alia similis poltura anni 1705. Sed enses Cibinienses sunt in separata parmula inter duos flosculos. *Ibidem N.* 6.

15. 16. 17. LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Caput laureatum, infra quod est 1. sub clausula.

PATRONA HVNGARIAE. Icon Mariana solitis cum attributis, infra quam est parmula coronata Hung. In area: C. H. In alio simili C. M. in tertio: N. B. *Argentei cruciferi: pond. 12. gr.*

d) *Numus aereus pro necessitate occasione belli Civilis.*

PRO NECESSITATE. Infra est numerus X. sub clausula.

S. ct. L. in Monogrammate. Annus 1705. *Aereus Tab. 13. N. 7.*

SERIES III.

Numi Saeculi XVIII.

XXV.

JOSEPHI I.

Ab A. C. 1705. ad 1711.

a) *Aurei.*

1. IOSEPHVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Imperator coronatus, stans d. sceptrum tenet, s.

pomum Imperii. In area siglae: C. H. *Civitas Hermanstadt Transilv.*

PATRONA. HUNGARIÆ. 1707. Deipara coronata, nimbata, sedens in circulo radiante, d. tenet sceptrum, s. Jesulum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hungariae in medio aliarum duarum, quarum una exhibet literam C. altera monogramma ex H. et S. *Aureus simplex.*

2. Antica, ut in praecedente, sed sine siglis in area.

ARCHID. AV. D. B. M. M. C. TYR. 1710. Aquila biceps nimbata, coronata, ense, ac sceptro armata, alis expansis, habens in pectore Insignia Transilvaniae inclusa parmulae, corona Principatus coronatae. Infra Aquilam literae: I. F. K. sub clausula. *Aur. simplex.*

3. IOSEPHVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Imperator stans coronatus, palliatus, loricatus d. sceptrum, s. pomum Imperii.

ARCHID. A. D. B. MA. MO. CO. TYR. 1711. Aquila biceps, sine nimbo, coronata, ense, ac sceptro armata, alis expansis habens in pectore parmulam pileo Principatus tectam, in qua sunt Insignia Transilvaniae. Infra Aquilam literae I. F. K. sub clausula. *Aur. simpl. Tab. 13. N. 8.*

b) *Argentei.*

1. IOSEPHVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere. Infra numerus 3. in parmula.

ARCHID. A. D. B. M. M. COM. TYR. 1711. Aquila biceps coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore parmulam coronatam, in qua sunt Insignia Transilv. Infra sunt literae I. F. K. sub clausula. *Arg. gross. Tab.* 13. *N.* 9. *Exempl.* 3.

2. Antica, ut in praecedente, sed infra Caput nullus numerus.

POLTVRA. 1707. In area superiore Insignia Transilvaniae, parmulae coronatae inclusa. In inferiore minor alia parmula exhibens duos enses decussatos, inter literas F. T. *Arg. poltura. Ibidem N.* 10. *Exempl.* 3. *nigrescunt.*

3. Alia similis poltura anni 1708. sed in Aversa desunt siglae F. T. *Ibidem N.* 11.

4. Alia similis cum F. T. in Aversa. *Ibidem N.* 12.

XXVI.

FRANCISCI RAKOCI,

Ab A. C. 1703. *ad* 1711.

Male contentorum in Hungaria, ac Transilvania Ducis.

a) *Numismata symbolica, aurea, argent. et aerea.*

1. FRANCISCVS. II. D. G. TRANSYL. PRIN. RAKOCZI. DVX. CONFOE: R. STAT. *Confoederatorum Regni Statuum.* Caput illius nudum, sinistrorsum conversum, infra quod est D. WAROV. F.

DIMIDIVM FACTI. QVI. BENE. COEPIT. HABET. *Infra:* OPERE LIB. INCHOATO. ANNO MDCCIII, XIV. IVNII. Libertas captiva, stans sub schemate Virginis aviculam, alas vibrantem, tenentis, adstante Justitia cum bilance, et gladio a dextris, et a sinistris praesente Legum patriarum Custodia cum Codice: LEGES PATR. inscripto, quae genuflexa Libertatem vinculis exsolvere incipit. *Aureum Numisma pondere* 17½ *ducatorum simplicium. Tab.* 13. *N.* 13. *Elegans Danielis Warovii Dani opus.*

2. Aliud simile, in quo praeterea circulo exteriori insculptum est: LAQVEVS. CONTRITVS. EST. ET NOS. LIBERATI. SVMVS. PSAL. 123. VER. 7. † *Argent. pond.* 2½ *Semunc. ab eodem Daniele Warov.*

3. Aliud simile argenteum ejusdem ponderis ac diametri, sed circulo exteriore glabro, sine textu: LAQVEVS &c.

4. Aliud, in quo sunt omnia, uti N. 2. *Aereum magni moduli.*

5. FRANCISCVS. II. D. G. S. R. I. PRINCEPS RAKOCZI & TRANSIL. Protome ejusdem loricati, sinistrorsum conversi, capite nudo.

TENDIT PER ARDVA VIRTVS. Hercules clava armatus cum hydra decertans. *Arg. pond.* 4. *Semunc. prox. Tab.* 13. *N.* 14. Elegans.

6. FRENCISCVS II. D. G. TRANSYL: PRIN: RAKOCZI. DVX CONFOE. R. STAT. Protome illius adversa, capite nudo, ad pectus cum lorica, et paludamento.

CONCVRRVNT. VT. ALANT. *Infra:* CONCORDIA RELIGIONVM ANIMATA LIBERTATE. A. M DCCV. IN CON. SZECH. Tres Vestales, ad eandem aram sacrificaturae, ligna alendo igni comportantes. In basi arae literae D. W. indicant *Danielem Warov. Arg. pond.* $2\frac{1}{2}$ *Semunc. Tab.* 14. *N.* 1.

7. Alius ejusdem inscriptionis, typi, ac moduli *ex aere cyprio.*

8. Antica, uti N. 1. Pars aversa vacua. *Ex aere flavo.*

Anti-Rakoczianum est, quod sequitur, Numismati videlicet nunc descripto oppositum.

8. PERFIDA CEDE TRIAS. PROPRIVS CADAT IGNIS AB ARA. † MARTI IVRE PIO DISCE SACRARE TRIAS. Miles Caesareus galeatus, lo-

ricatus, scuto, et gladio armatus, accedens ad aram ignitam, Rakocianas Vestales perterrefacit, fugatque. Infra legitur: DE INIMICIs VICTOR. inque Scheda volante: INDE PAVOR PATRIÆ. et in margine: G. S.

In parte aversa sunt haec: VERA SALVS PATRIAE SPONDETVR AB ARBORIS VMBRA. SVB QVA PAX, REQVIES IPSA, SECVRA VIRENT. (1710) Arbor protensis late ramis, sub qua in prospectu est Transilvania cum praecipuis urbibus, castellis, arcibus, fluviisque, per literas, et figuras indicatis. A dextris est *Bistricium*, et fl. *Samusius: Schaesburgum*: CLAVDIOP*olis*. *Megyes* cum fl. *Kökülö*. Arx DEVA. A sinistris CIB*inium*: arx FOG*aras* cum fl. *Aluta*. COR*ona*. ALBA IVL*ia*. cum subscriptione: INCOLIS NOBILE PRANSIDIVM. tum in Scheda volante: MANET HINC PROTECTIO REGNI. et in margine: G. SCHVLER. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Tab.* 14. *N.* 2.

b) *Monetae ejusdem Aureae.*

1. Scutum coronatum Regni Hungariae, et annus 1704.

PRO LIBERTATE. Infra est numerus X. in parmula lemniscata. *Aureus quintuplus, Typario, pro Numis aereis parato, signatus. Tab.* 14. *N.* 10.

2. PATRONA. HVNG. 1704. Deipara coronata, et nimbo radiante ornata sedens d. Jesulum, aeque

aeque corona, et nimbo radiante in capite ornatum, pomumque in manu gerentem tenet, sinistra vero sceptrum. Sub pedibus luna, et nubecula. In area: K. B.

MON. NOV. AVR. R: HVNG. Scutum coronatum, et encarpis ornatum, complectens quatuor fascias a dextris, et Crucem patriarchalem in tricolle coronato a sinistris. *Aureus simplex Cremnicensis. Tab. 14. N. 3.*

3. Alius ejusdem anni, praecedenti similis. *Aur. simpl. Cremnic.*

4. Alius aeque anni 1704. praecedentibus similis. *Aur. simpl. Cremnic.*

5. REGINA. PATRONA. HVNGARIÆ. 1704. Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa, sedens, d. tenet Jesulum nimbatum, pomigerum, s: sceptrum. Sub pedibus luna, sine nube.

MONETA. NOVA. AVREA. REG. HVNGA. Scutum coronatum Regni Hungariae, et siglae N. B. ac duae rosulae in lemniscis eidem Scuto additis. *Aureus simpl. Nagybanyiensis: Ibidem N. 5.*

6. PATRONA. HVNG. 1705. Effigies Deiparae cum corona, et nimbo radiante, ac reliquis attributis, uti N. 2.

MON. NOV. AVR. R. HVNG. Scutum coronatum, et encarpis circumdatum, uti in Aversa Numi sub N. 2. descripti. *Aur. simpl. Cremnic. Ibidem N. 4.*

7. et 8. Alii duo ejusdem anni 1704. similes praecedenti. *Aur. simpl. Cremnic.*

9. REGINA. PATRONA HVNGARIÆ. 1705. Effigies Deiparae cum attributis sub N. 5. descriptis.

MONETA. NOVA. AVREA. REG. HVNGA. Scutum coronatum, et reliqua omnia uti in parte aversa Numi sub N. 5. descripti. *Aur. simpl. Nagybanyiensis.*

10. TANDEM OPPRESSA RESVRGET. Arbor palma ex Tricolle assurgens inter literas K. V., et annum 1705.

MONETA NOVA AVREA TRANS. Scutum coronatum, lemniscatum, continens Insignia Principatus Transilvaniae, et in horum medio aliud Insigne Rakociis proprium, Aquilam videlicet gladio armatam, et sub hac rotam Tricolli impositam. *Aureus simplex Claudiopolitanus. Ibidem N. 7.*

11. PATRONA. HVNG. 1707. Deipara corona, et nimbo radiante in capite ornata, cum omnibus attributis sub N. 2. descriptis. K. B.

MON: NOV. AVR: R. HVNG. Scutum coronatum, lemniscatum continens Insignia Hungariae. *Aur. simpl. Cremnic.*

12. Alius ejusd. anni 1707. similis praecedenti. *Aur. simpl. Cremnic.*

13. PATRONA HVNG. 1707. Deipara coronata, nimbata, et radiis circumfusa, sedens cum Jesulo nimbato, pomigero, a dextris, et sceptro in manu sinistrâ. Sub pedibus luna sine nube. In area: N. B.

MON. NOVA. AVR. R. HVN. Scutum coronatum, lemniscatum Regni Hungariae. *Aur. simpl. Nagybanyens. Ibidem N. 6.*

c) *Argenteae ejusdem Monetae.*

1. PATRONA. HVNG: 1704. *In fine rosula.* Deipara capite coronato, ac nimbo radiante ornato, palliata, stolata, sedens d. tenet Jesulum pomigerum, aeque coronatum, ac nimbatum, s. sceptrum humero admotum. Sub pedibus luna, et nubes. In area: K. B.

MO: NOV: ARG. REG. HVNG. Scutum coronatum, atque encarpis circumdatum, in quo sunt Insignia Hungariae, Fasciae quatuor, et crux duplicata in tricolle coronato. *Arg. flor. pond.* ¼ *Semunc.*

2. Alius similis, anni 1705. sed rosula deest. *Arg. flor. ejusd. pond. Ibidem N.* 8.

3. Alius anni 1706. in quo sunt omnia, uti sub N. 1. *Arg. fl. ejusd. pond.* Elegans.

d) *Aerea moneta ejusdem.*

1. PRO LIBERTATE. Icon Deiparae coronatae cum Jesulo coronato crucigero a dextris, et sceptro in manu sinistra. Sub pedibus luna inter P. H. Infra quam est numerus XX. in parmula lemniscata.

1705. Scutum coronatum Hungariae. In area hinc signum incusum referens iconculam Marianam forma solita, inde litera M. *Aereus. Ibidem N. 9.*

2. Alius similis, anni ejusdem, sine signo incuso. *Aereus magnitud. fl.*

3. Alius similis, anni 1705. *Aereus ejusdem moduli.*

4. PRO LIBERTATE. Infra est numerus X. in parmula lemniscata.

1704. Scutum coronatum Hungariae. *Aereus magnitud. Vicenarii.*

5. Alius similis, anni 1705. *Aereus ejusd. moduli. Ibidem N. 10.*

6. et 7. Alii duo similes descripto sub N. 4. sed ann. 1706. *Aerei ejusd. moduli.*

8. PATRONA HVNGARIÆ. Deipara coronata sedens d. tenet sceptrum, s. Jesulum coronatum pomigerum. Sub pedibus luna.

POLTVRA. ANNO 1704. Scutum coronatum Hung. Siglae: K. B. *Poltura aerea magnit. grossi argentei tricruciger i.*

9. Alia similis *poltura aerea* anni 1705. sed infra iconem Marianam cylinder; et infra Scutum rosula.

10. Alia similis *poltura aerea*, sed tam infra iconem Marianam, quam infra scutum est rosula.

11. Alia similis *poltura aerea*, sed in qua errore monetarii est ann. 1076. pro anno 1706.

12. Alia similis *poltura aerea* anni 1707.

XXVII.

CAROLI VI.

Ab A. C. 1712. *ad* 1740.

A) *Mnemonici.*

a) ***Numisma votiuum occasione, ut videtur, promulgatae sanctionis pragmaticae de filia Regnorum haerede futura, deficiente filio.*** 1772.

1. ET NATI NATORVM ET QVÆ NASCENTVR AB ILLIS. Ara quadrata, in qua cor ardens cruci Burgundicae impositum, supra quod tres dexterae ex nubibus protensae junguntur; et haec epigraphe in latere ejusdem arae sculpta: VOT. MVT. (*errore Monetarii pro MVLT*) In segmento inferiore legitur: S. P. Q. DACIC. MDCCXXII. S. K. D. K. Id est *Samuel Köleser de Keres-Éer*, Auctor Numi.

— PROGENIES MAGNVM COELI VENTVRA SVB AXEM. Columna, cujus basi: OPT. PRI. CAR. inscriptae innititur Imperator Carolus VI. stans laureatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus, ac d. sceptrum tenens, adstante ex altera columnae parte aquila; quae rostro gerit circulum serpentinum cum inclusa eidem Herma Jani bifrontis, velut symbolo Providentiae. In imo Numi segmento legitur, SE-

CVRITAS PERPETVA. In margine litera H. *significat Hedlingerum Monetarium. Arg. pond. 2½ Semunc. Tab. 15. N. 1.*

b) *Numisma primi lapidis positi pro Arce Carolina in Transilv. 1715.*

2. † LVCE SACRA CAROLI SIMILES ALBA ACCIPIT ORTVS. IN SOLIDA PRIMVS PONITVR ARCE LAPIS. IVLIA NATA FVI, CAROLVS VIM ROBVR ET AVXIT. IVLIA SIN LIBEAT NVNC CAROLINA VOCER. Infra sunt septem castella Transilvaniae.

TVTISSIMA QVIES. Conspectus Arcis Albae Carolinae: et in imo Numi segmento: C. I. H. id est. *Carol. Joh. Hedlinger. Arg. pond. ¾ Semunc. seu magnitudine Floreni. Tab. 15. N. 2.*

4. Alius similis, magnitudine Decenarii. *Ibidem N. 3.*

B) *Monetae usuales Transilvaniae.*

a) *Aurei.*

1. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. S. A. GER. HIS. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

ARCHID. AVST. D. BVR. PRINC. TRANSYL. 1713. Aquila biceps, nimbata, coronata, ense sceptroque armata, habens in pectore parmulam

ovalem coronatam, aureoque vellere cinctam, in qua sunt Insignia Transilvaniae. *Aur. simpl. Tab.* 15. *N.* 4.

2. Alius similis, anni 1715. *Aur. simpl.*

3. Alius similis anni 1716. *Aur. simpl.*

4. Alius similis anni 1718. exiguum discrimen in HI. pro HIS. *Aur. simpl. Ibidem N.* 5.

5. CAR. VI. D. G. R. I. S. A. G. HI. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

ARCH. D. AV. D. BVR. PRINC. TRANSSYL. 1719. Aquila biceps cum attributis supra descriptis, habens in pectore Insignia Transilvaniae. *Aur. simpl. Ibidem N.* 7.

6. Alius anni 1721. in quo TRANSYL. unico S. *Aur. simpl. Ibidem N.* 8.

7. Alius similis, sed anni 1724. TRANSYL. unico S. *Aur. simpl. perforatus in Capite, et corona. Ibidem N.* 6.

8. Alius similis, ann. 1725. *Aur. simpl.*

9. Alius similis, anni 1726. *Aur. simpl.*

10. Alius anni 1728. praecedenti similis. *Aur simpl.*

11. Alius similis, anni 1730. *Aur. simpl. Ibidem N.* 9.

12. Alius similis, anni 1738. *Aur. simpl.*

13. CAR. VI. D. G. R. I. S. A. GE. HI. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, et aureo vellere.

14. Alius praecedenti similis, anni 1735. *Aur. simpl.*
15. Alius anni 1736. similis, sed in aversa: ARCHID. AV. D. BV. *Aur. simpl.*
16. Alius huic similis, anni 1737. *Aur. simpl.*
17. Alius aeque similis, anni 1738. *Aur. simpl.*
18. CAR. VI. D. G. R. I. S. A. GE. HI. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, et aureo vellere.

ARCHID. AVST. D. BVR. PRIN. TRANSYL. 1740. Aquila biceps cum attributis sub N. 1. descriptis habens in pectore Insignia Transilvaniae. *Aur. simpl. Ibidem N.* 10.

b) *Argentei Thaleri Transilv.*

1. CAR. VI. D: G: R: I: S: A: G. HI. HV. B: REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

ARCHID. AV. D. BV. PRINC. TRANSSILV. 1721. Aquila biceps, nimbata, coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hispaniae, Hung. Bohem. Burgund. et in medio parmula coronata Transilvaniae. In circulo exteriore legitur: CONSTANTER CONTINET ORBEM. *Arg. Thal. pond.* 1⅔ *Semunc. Tab.* 15. *N.* 11.
2. CAROL. VI. D. G. R. I. S. A. GE. HI. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

ARCHID. AV. &c. 1737. Aquila biceps, uti in Aversa praecedentis. Eadem Sententia in Circulo exteriore, uti supra. *Arg. Thal. ejusd. pond. Ibidem N.* 12.

c) *Flor. argentei.*

3. CAROLVS VI. D. G. R. IMP, S. A. G. HISP. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

ARCHIDVX AVSTR. D. B. PR. TRANSYLV. 1713. Aquila biceps cum attributis supra descriptis, sed in pectore habens Transilvaniae tantum Insignia. *Arg. Flor. pond.* ¼ *Semunc. Ibidem N.* 13.

4. CAR. VI. D. G. R. I. S. A. G. HI. HV. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

ARCHID, AV. D. BV. PRINC. TRANSYL. 1725. Aquila biceps cum omnibus attributis, et Insigniis sub N. 1. in Aversa descriptis. *Arg. Flor. Ibidem N.* 15.

5. Alius huic simillimus, anni 1726. *Arg. Flor.*

6. Alius aeque similis, anni 1733. *Arg. Flor.*

7. Alius similis, anni 1737. *Arg. Flor. Ibidem N.* 14.

d) *Grossi argentei, trium cruciferorum valore.*

1. CAR. VI. D. G. R. I. S. A. G. HI. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamen-

to, lorica, et aureo vellere. Infra est Numerus 3. in parmula.

ARCHID. A. D. B. PRINC. TRANSYL. 1725. Aquila biceps nimbata, coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore Transilvaniae tantum Insignia. *Arg. Gross. Ibidem N.* 16.

2. Alius similis, anni 1729. *Arg. Gross.*

3. CAR. VI. D. G. R. I. S. A. G. HI. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento.

ARCHID. AV. D. B. PRINC. TRANSYL. 1735. Aquila biceps, ut in praecedente, sed praeterea infra aquilam est Numerus 3. parmulae inscriptus. *Arg. Gross.*

4: Alius huic similis, anni 1736. *Arg. Gross.*

e) *Polturae ejusdem Transilvanicae.*

1. CAR. VI. D. G. R. I. &c. ut supra. Caput laureatum.

Scutum exhibens Insignia Transilvaniae, infra quod legitur. POLTVRA 1730. *Poltura arg. Ibidem N.* 17.

2. CAROLVS VI. D. G. &c. ut supra. Caput laureatum in circulo.

Icon Mariana cum Jesulo inter P. et H. detritum. Infra: POLTVRA. 1725. *Poltura potius Hungarica, quam Transilvanica. Ibidem N.* 18.

3. CAR. VI. D. G. R. I. S. A. GE. HI. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

POLTVRA. 1740. Scutum coronatum Transilvaniae. *Polt. arg. Ibidem N.* 19.

XXVIII.

M. THERESIA.

Ab A. C. 1741. *ad* 1780.

A) *Numismata Mnemonica.*

a) *Homagium praestitum* 1741.

1. COELO NVMEN HABES. TERRAS REGINA TVETVR. SIC COELO ET TERRIS HVNGARE TVTVS ERIS. Porta triumphalis: supra quam erecta est sub oculo divinae Providentiae Crux duplex Hungarica, ad cujus dexteram, occurrit effigies Deiparae coronatae, nimbatae, sedentis in nube, ac dextra sceptrum, sinistra Jesulum nimbatum globigerum tenentis; ad sinistram vero est imago Mariae. Theresiae, quae, posita humi corona, flexis genibus divinam adorat Providentiam. In coronide substructionis legitur: SVB CRVCE IAM GEMINA, GEMINA EST PATRONA MARIA. Infra ad limen portae patulae, per quam in prospectu est basilica, excubat Leo cum ariete, et ovibus,

praefixo eisdem hoc lemmate: NEC SÆVOS METVENT ARMENTA LEONES. In imo margine est nomen artificis: *Walliss. F.*

Pars Aversa sic habet: REGNANTI MARIÆ THERESIÆ VT PRINCIPI SVÆ VOtIs SE IVRATI OBSTRINXERE DACI. Scutum heraldicum Principatus Transilvaniae impositum Conchae sub Conopeo coronato. In extremitate ejusdem Conchae inscriptio. INV*enit.* L. B. IO. LAZ. DE GYALAKVTA. *Arg. pond.* 6¼ *Semunc. Tab.* 16. *N.* 1.

2. Aliud simile Numisma. *Argenteum pond.* 3¼ *Semunc. Ibidem N.* 2.

b) *Numisma dicatum M. Theresiae Augustae, ob jura quaedam Episcopatui Transilvaniensi, hujusque Capitulo restituta,* 1743.

3. DIVÆ PALLADI. Mulier capite velato, radiato, in nube sedens d. tenet calicem cum hostia, adstante genio alato cum pedo, et mitra episcopali, s. scutum, in quo sunt Insignia Francisci Comitis Klobusitzky eo tempore Episcopi Transilvaniae; in gremio jacent duae claves.

REGINÆ PROVIDENTIA. MDCCXXXXIII. Conspectus arcis Albae Carolinae, et pyramidis juxta positae, in qua legitur schedae circumvolutae inscriptum: S. P. Q. CAROL. *Arg. pond. Semunciae. Ibidem N.* 3.

c) *Ob leges Metallurg. restitutas in Transilvania.* 1747.

4. MARIA THERESIA ROM. IMP. HVNG. BOH. REX. PRINC. TRANSYLV. Protome Augustae sinistrorsum conversae, cum pretioso monili in vertice, ad pectus cum thorace muliebri, et paludamento. In margine: M. DONNER F.
LEGES METALLVRG: RESTITVTÆ. Imperatrix coronata, palliata sedens in throno dextra tenet sceptrum, quo tangit codicem legum metallurgicarum a Muliere genuflexa, Transilvaniam repraesentante, sibi oblatum. Haec mulier altera manu innititur Scuto Insignia Transilvaniae complexo, et pileo, seu corona Principatus propria, tecto. Infra est annus MDCCXLVII. et in margine: G. TODA. F. *Arg. pond.* 6. *Semunc. Ibidem N.* 4. Elegans.

5. Alius huic similis. *Arg. pond.* $1\frac{1}{4}$ *Semunc. Ibidem N.* 5.

6. M. THERESIA. ROM. IMP. HVNG. BOH. REX PR. TRANS. Caput Augustae, pectore tenus. Infra est D.
LEGES METALLVRGICAE IN TRANSILVANIA RESTITVTÆ. MDCCXLVII. nullo praeterea typo. *Arg. pond.* $\frac{1}{3}$ *Semunc. Ibidem N.* 6.

d) *Ob erectam in Transilvania militiam limitaneam.* 1762.

7. IMP. FRANCISCVS AVG. M. THERESIA AVG. Amborum Capita jugata, Francisci laurea-

tum, ad pectus cum paludamento. In margine: P. KEISERSWERTH. F.

SECVRITAS DACIAE. MDCCLXII. Mulier in colliculo infra arborem recubans, cubito sinistro innixa Scuto Principatus Transilvaniae. In arbore pendent clypeus, gladius, galea, ramoque insidet Aquila unguibus fulmen continens. In conspectu sunt colles cum arcibus. In margine I. D. F. *Arg. pond.* 5. *Semunc. Tab.* 17. *N.* 7. Elegans.

8. Alius similis, ex aere cyprio ejusdem diametri. Elegans.

e) *Ob munera Aulica Transilvanis restituta, eod. ann.* 1762.

9. M. THERESIA PIA FELIX AVG. Caput Augustae diademate, et unionibus ornatum, pectore tenus. Infra in margine: F. WÜRT. F.

MVNERA RESTITVTA. Conspectus palatii Regii, et Augustae in throno sedentis, sub conopeo, Insignia Transilvaniae habente, quae dextra manu porrigit Clavim Nobili Transilvano genuflexo, sinistra sceptrum tenet, adstante aulico ephebo cum gladio culcitrae imposito, pluribusque aliis ex Transilvana nobilitate praesentibus. Ad fores, et ad latus dextrum throni consistit praetorianus miles cum lancea. In margine sculptum: F. WÜRT. F. *Arg. pond.* 5. *Semunc. Tab.* 17. *N.* 8. Elegans.

10. Alius huic similis ex aere Cyprio ejusdem diametri. Elegans.

f) *Ob tributa secundum aequitatem ordinata.* 1765.

11. M. THERESIA. PIA. FELIX AVG. Caput Augustae velatum peplo viduitatis. In margine: F. WÜRTH. F.

AEQVITAS TRIBVTORVM. MDCCLXV. Mulier sedens d. tenet bilancem in aequilibrio, s. hexapedam, et alia Mulier stans, manuque dextera numum lanci imponens pro tributo: retro quam vir Transilvanus corbem fructibus plenum gerit super scuto Insignia Transilvaniae exhibente. *Arg. pond.* 4. *Semunc. Ibidem N.* 9.

12. Alius huic similis ex aere Cyprio, ejusdem moduli.

g) *Ob collatum Transilvaniae titulum Magni Principatus.* 1765.

13. IMP. IOSEPHVS II. AVG. M. THERESIA AVG. Amborum Capita jugata, Josephi laureatum, ad pectus cum lorica squaminea, Infra: F. WÜRT. F.

MAGNVS TRANSYLVANIAE PRINCIPATVS. MDCCLXV. Fama supra nubem volans manu dextra clypeum, armis Transilvaniae insignem, appendit ad arborem palmam, sini-

stra tubam ori admovet. In margine iterum: F. WÜRTH. F. *Arg. pond. 5. Semunc. Ibidem N.* 10. Elegans.

14. Aliud huic simile Numisma ex aere cyprio, ejusdem moduli.

h) *Ob novum Juris ordinem Transilvanis praescriptum.* 1765.

15. CVRA FORI MDCCLXV. In area elegans congeries symbolorum juridicorum, lauri ramis permixtorum, videlicet bilanx, fascis cum securi, et gladius, in decussim posita, quibus incumbit Codex apertus Legum, simulque clypeus, in quo sculptum est Caput velatum M. Theresiae Augustae dextrorsum spectantis cum inscriptione: IVSTITIA ET CLEMENTIA. In summitate prominet Manus Justitiae. Pro basi vero est Scutum continens Insignia Magni Principatus Transilvaniae.

Pars aversa exhibet in pulcherrima laurea solam hanc epigraphen: MARIA THERESIA PIA AVGVSTA. *Arg. pond.* 5. *Semunc. Tab.* 18. *N.* 11. Elegans. *a Würth.*

16. Aliud simile *ex aere cyprio, ejusdem moduli, aeque Elegans.*

i) *Ob*

i) *Ob felices Transilvaniae progressus in Agrorum, ac fodinarum cultura, et commercio. Ann.* 1769.

17. IMP. IOSEPHVS II. AVG. M. THERESIA AVG. Capita jugata; Josephi laureatum ad pectus cum lorica.

DACIA FELIX. *Infra*: AGRIS. FODINIS. COMMERCIO. MDCCLXIX. Agricola arans; Metallurgus mineras contundens. Mercurius in Nube cum caduceo advolans, digitumque intendens in congeriem mercium infra collem jacentium in vasis, et fascibus, quibus adjunctum est cornucopiae, ex quo profluunt opes. Utrinque legitur nomen artificis: F. WÜRTH. F. *Arg. pond.* 5. *Semunc. Tab.* 18. *N.* 12. Elegans.

18. Aliud simile *ex aere Cyprio, ejusdem moduli.*

B) *Monetae usuales aur. arg. aer.*

a) *Aurei Transilvanici M. Theresiae, variae magnitudinis.*

1. MAR. THERESIA D: G: REG. HVN. BO. Caput Augustae, pectore tenus.

ARCH. A. D. B. PR. TRAN. N: D: LO. B. M. D. ETR. 1741. Scutum coronatum, et encarpis cinctum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Austr. Loth. Burg. et in medio parmula coronata Transilv. *Aur. simpl. perforatus. Tab.* 18. *N.* 14. N. D. *Nupta Duci.*

2. MAR. THERESIA. D: G: REG: HVNG: BO. Caput ejusdem monili, et margaritis ornatum, pectore tenus.

ARCH. A. D. BV: PR. TRAN: N: D: LO: B: M: D: ETR. 1743. Scutum coronatum, et capitibus aquilarum, ac pendentibus floribus ornatum, in quo sunt Insignia supra descripta cum parmula Transilvaniae in medio. *Aur. sextuplus.* Elegans. *Tab.* 19. *N.* 29.

3. Inscriptio, ac typus utriusque partis, uti N. 1, sed post TRAN. non sequitur N. uti in praecedentibus. *Aur. simplex.*

4. M. THERESIA. D. G. RO. I. GE. HV. BO. REG. Caput ejusdem, pectore tenus.

AR, AV. DV. BV. MEDI. PR. TRAN. CO. TY. 1746. Aquila biceps nimbata, coronata alis expansis, habens in pectore Insignia Transilvaniae tantum. *Aur. simpl.*

5. M. THER. D. G. R. I. G. H. B. REG. Caput ejusdem collo tenus.

A. AV. D. B. PR. TRAN. 1749. Aquila cum attributis in praecedente numo descriptis. Infra aquilam est numerus fractus ¼. *Aureolus partem quartam simplicis appendens. Tab.* 18. *N.* 15.

6. M. THERESIA. D. G. RO. I. GE. HV. BO. REG. Caput pectore tenus.

AR. AV. DV. BV. MEDI. PR. TRAN. CO. TY. 1750. Aquila biceps, nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum corona-

tum, in quo sunt Insignia Transilvaniae tantum. *Aur. simplex. Ibidem N.* 16.

7. et 8. Alii duo similes, anni 1753. In aversa ME tantum pro MEDI. *Aur. simpl.*

9. Alius his similis, anni 1754. *Aur. simpl.*

10. Alius similis ejusd. anni. *Aur. simpl.*

11. Alius similis, anni 1755. In aversa P tantum pro PR. *Aur. simpl.*

12. Alius huic similis, anni 1756. *Aur. simpl.*

13. Alius similis, anni 1758. *Aur. simpl.*

14. Alius similis anni 1759. *Aur. simpl. Tab.* 18. *N.* 21.

15. Alius ejusd. anni differt tantum per M. pro ME vel MEDI in aversa. *Aur. simpl. perforans.*

16. M. THERESIA R. IMP. GE. HV. BO. RE. Caput, pectore tenus.

AR. AV. DVX. BV. ME. PR. TRAN. CO. TY. 1759. *in fine crucula Burgundica.* Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, in quo sunt Insignia hoc ordine: Dalmatiae, Hungariae, Hispaniae, Bohemiae, Croatiae, Mediolani, Austriae, Transilvaniae in medio; Tyrolis, Carnioliae, Styriae, Lotharingiae, Carinthiae, Austriae exterioris. *Aureus decuplus. Tab.* 18. *N.* 13.

17. Alius huic similis, anni 1761. aeque *Aureus decuplus.*

18. M. THERESIA D. G. RO. I. GE. HV. BO. RE. Caput Augustae, pectore tenus.

AR. AV. DVX. BV. ME. P. TRAN. CO. TY. 1761.
Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Insignia Transilvaniae tantum in Scuto coronato. *Aur. simpl.*

19. Alius similis, anni 1762. *Aur. simpl.*

20. Alius huic similis, anni 1763. *Aur. simpl. Ibidem N.* 18.

21. et 22. Alii duo praecedentibus similes, anni 1764. *Aur. simpl.*

23. 24. 25. 26. Alii quatuor. in quibus omnia, uti N. 18. sed annum habent 1765. *Aur. simpl. Ibidem N.* 20.

27. Alius similis, anni 1765. sed infra Aquilam est ½. *appendit enim tantum semissem Ducati simplicis. Ibidem N.* 21.

28. M. THERESIA. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. RE. Caput Augustae, pectore tenus.

AR. AV. DVX. BV. ME. P. TRAN. CO. TY. 1765.
Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, in quo Insignia Transilvaniae tantum. Infra Aquilam Numerus 2. in parmula. *Aur. duplus. Ibidem N.* 19.

29. Alius similis, ejusdem anni 1765. aeque *aureus duplus.*

30. M. THERESIA D. G. R. I. HVN. BOH. REG. Caput Augustae velatum, peplo viduitatis, pectore tenus.

AR. AV. DVX, BV. M. P. TRAN. CO. TYR. 1765.
Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum,

sola Transilvaniae Insignia complectens. Infra pedes Aquilae sunt literae: H. G. *Aur. simpl. Ibidem N.* 22.

31. Alius huic similis, cum iisdem infra Aquilam literis H. G. sed annum habens 1767. *Aur. simpl.*

32. Alius, descripto sub N. 30. similis, sed annus 1768. *Aur. simpl.*

33. Alius anni 1768. inscriptione, ac typo similis, sed infra Aquilam est Numerus 2. parmulae inscriptus. *Aur. duplus. Ibidem N.* 23.

34. Alius huic similis, anni 1769. *Aureus duplus.*

35. Alius, in quo omnia uti N. 30. sed annus est 1770. *Aur. simpl.*

36. Alius similis, ejusd. anni 1770. sed infra Aquilam Numerus 2. parmulae inscriptus. *Aur. duplus.*

37. Alius huic similis, anni 1771. aeque *Aur. duplus.*

38. M. THERESIA D. G. R. I. HVN./BOH. REG. Caput velatum Augustae viduae.

AR. AV. DV. BV. M. P. TRAN. CO. TY. 1773. Aquila biceps, nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, in quo Insignia Transilvaniae tantum. In area: H. G. infra Aquilam Numerus 2. parmulae inscriptus. *Aur. duplus. Ibidem N.* 17.

39. Alius huic similis, anni 1774. aeque *Aur. duplus.*

40. Alius, in quo omnia, uti N. 38. sed annus est: 1776. *Aur. duplus.*

41. Alius similis, anni 1777. sed siglae in area sunt H. S. *Aur. duplus.*

42. M. THERES. D. G. R. I. HVN. BOH. REG. Caput velatum, pectore tenus.

AR. AV. DVX. BV. M. P. TRAN. CO. TYR. 1777. Aquila biceps, nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore scutum coronatum, in quo sunt Insignia Transilvaniae. In area: H. G. *Aur. simpl.*

43. Alius similis, ejusdem anni 1777. sed cum siglis: H. S. *Aur. simpl.*

44. M. THERESIA. D. G. &c. uti N. 38. sed ann. 1778. et siglae: H. S. *Aur. duplus.*

45. Alius, in quo omnia, uti N. 42. annus 1777. sed siglae: H. S. *Aur. simplex.*

46. M. THER. D. G. R. I. H. B. REG. Caput velatum.

A. AV. D. B. M. P. TRANS. 1778. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis habens in pectore scutum coronatum, continens Insignia Transilv. In area: H. S. Infra Aquilam ¼. Pars quarta Aurei simplicis. *Ibidem N.* 25.

47. ⅛ 1778. H. S. In parte aversa Scutum coronatum Transilvaniae. *Pars octava Aurei simplicis. Ibidem N.* 27.

48. Alius huic similis sed cum 1/16. *Pars decima sexta aurei simplicis. Ibidem N.* 28. R.

49. M. THERESIA D. G. R. IMP. HV. BO. REG. Caput leviter velatum Augustae cum pretioso monili in vertice, pectore tenus.

AR. AV. DVX. BV. M. PR. TRAN. CO. TVR. 1770. Aquila biceps, nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, in quo sunt Insignia solius Transilvaniae. In area: H. S. Infra Aquilam Numerus 4. in parmula. *Aur. quadruplus.* Elegans. *Tab.* 19. *N.* 30.

50. M. THERE. D. G. R. I. HV. BO. REG. Caput velatum, pectore tenus.

A. A. DVX. B. M. PR. TR. CO. TY. 1780. Aquila biceps cum attributis supra descriptis. Siglae: H. S. infra Aquilam ½. *Semis unius Ducati simplicis. Tab.* 18. *N.* 24.

51. Alius, in quo sunt omnia, uti N. 46. sed annus 1780. Siglae: H. S. et infra Aquilam ¼. *Pars quarta unius ducati simplicis. Ibidem N.* 26.

52. Alius, in quo omnia, uti N. 42. sed annus 1780. Siglae: H. S. *Aureus simplex.*

53. Alius, in quo omnia, uti N. 49. sed annus 1780. Infra Aquilam N. 2. parmulae inscriptus. *Aureus duplus.*

b) *Argentea major moneta: Thaleri, Floreni Medii fl.*

1. MAR. THERESIA D: G: REG. HVNG. BO. Cap Reginae pretioso monili, ac margaritis o natum, pectore tenus.



ARCH. A. D: BV. PR. TRAN. N: D. L. B. M: D: ETR. 1743. Scutum coronatum, capitibus aquilarum, et encarpis ornatum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Austr. Lotharing. Burgund. et in medio parmula coronata Transilvaniae. In circulo exteriore legitur: IVSTITIA. ET. CLEMENTIA. *Arg. Thal. pond.* 1 ⅓ *Semunc. Tab.* 19. *N.* 29.

2. M. THERESIA. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput Reginae, pectore tenus.

AR. AV. DVX. BV. ME. PR. TRAN. CO. TY. 1756. *in fine crucula Burgundica.* Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, in quo sunt Insignia hoc ordine: Dalmatiae, Hung. Hisp. Boh. Croat. Mediolani, Austr. Transilvaniae in medio Burgund. Tyrol. Carniol. Styr. Lothar. Carinth. Austriae exterioris. In Circulo exteriore: IVSTITIA ET CLEMENTIA. *Arg. Thal. soliti ponderis. Ibidem N.* 31.

3. M. THERESIA D: G: R. IM. GE. HV. BO. REG. Caput, pectore tenus.

Pars aversa, ut in praecedente, sed annus 1755. et est *Flor. arg. Ibidem N.* 32.

4. MARIA THERESIA. D. G. RO. I. GE. HV. BO. REG. Rhombus, in quo Caput Augustae, pectore tenus, infra quod est Numerus 30. in triangulo.

AR. AV. D. B. M. PR. TRAN. COM. TY. 1766. *in fine crucula Burgundica.* Rhombus, in quo Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum,

continens Insignia Transilvaniae. *Quadrans Thaleri, seu Medius fl. Rh.* 30 *xferorum. Ibidem N.* 33.

c) ***Minor Moneta arg. Vicenarii, Mariani, Decenarii, Grossi, Polturae Transilv.***

1. M. THERESIA. D. G. R. IM. GE. HV. BO. RE. Laurea ex palmae, et lauri ramo, in qua est Caput Augustae,

ARCHID. AVST. DVX. BVRG. CO. TYR. 1764. *in fine crucula Burgund.* Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum Transilvaniae. Infra inter palmae, et lauri ramum est basis Numero 20. inscripta. *Arg. Vicenarius, seu grossus valore* 20. *cruciferorum. Ibidem N.* 34.

2. Alius similis, anni 1765. *Arg. Vicenarius.*

3. Antica, uti N. 1. discrimen est in IMP. pro IM.

AR. AV. DVX. BV. ME. PR. TRAN. CO. TYR. 1765. *Crucula Burgund. in fine.* Aquila biceps cum adjunctis supra descriptis, et Numerus 20. in basi inter lauri et palmae ramum. *Arg. Vicenar.*

4. M. THERESIA D. G. R. IMP. HV. BO. REG. laurea ex palmae, et lauri ramo facta, in qua est Caput velatum Augustae viduae.

AR. AV. DVX. BV. M. P. TRAN. CO. TYR. 1772. *in fine crucula Burgund.* Aquila biceps cum adjunctis supra descriptis. In area: H. G. In-

fra est numerus 20. in parmula inter palmae, et lauri ramum. *Arg. Vicenar.*

5. Alius similis, anni 1779. sed siglae sunt; H. S. *Arg. Vicenar. Ibidem N.* 35.

6. Alius huic similis, anni 1780. *Arg. Vicenar.*

7. M. THERESIA. D. G. R. IM. GE. HV. BO. R. Caput Augustae, pectore tenus.

AR. AV. DVX. BV. ME. P. TRAN. CO. TY. 1763. *in fine crucula Burgund.* Aquila biceps cum adjunctis supra descriptis, continens Insignia Transilvaniae. Infra quam est Numerus XVII. *Arg. Marianus, seu grossus septemdecim cruciferorum. Ibidem N.* 36.

8. Alius similis, ejusd. anni. *Arg. Marianus.*

9. M. THERESIA. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput Reginae in laurea ex palmae, et lauri ramo facta.

AR. AV. DVX. BV. ME. P. TRAN. CO. TYR. 1765. *in fine crucula Burgund.* Aquila biceps cum attributis supra descriptis, et basis cum Numero 10. inter palmae, et lauri ramum. *Arg. Decenar. Ibidem N.* 37.

10. M. THERESI. D. G. REG. HV. BO. Caput ejusdem, pectore tenus.

ARCHID. AV. D. BVR. PRI. TRANS. 1745. Scutum coronatum, continens Insignia Hung. Boh. Austr. Burgund. et parmulam Transilvaniae in medio. Infra occurrit parmula perforata, in qua fuit Numerus 3. *Grossus tricrucifer argenteus. Ibidem N.* 38.

11. M. THERESIA D. G. RO. I. GE. HV. BO. RE. Caput ejusdem, pectore tenus.

AR. AV. DVX BO. (*sic pro BV*) ME. P. TRAN. CO. TY. 1765. *in fine crucula Burgund.* Aquila biceps, nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum Transilv. Infra Aquilam est Numerus 3. *Arg. gross. tricrucifer. Ibidem N.* 39.

12. Antica, ut in praecedente.

POLTVRA. 1747. Scutum coronatum, continens Insignia Transilvaniae. *Arg. Poltura ibidem N.* 40.

Accedit *Grossulus aereus* germ. *Groschel* anni 1763. *Ibidem N.* 41.

XXIX.

JOSEPHI II.

Numismata mnemonica Transilvaniae, quibus adventus, et profectio Imp. Josephi II. celebratur, 1773.

1. IOSEPHVS II. PIVS. FELIX. AVG. Caput laureatum. Infra legitur: I. N. WIRT. F.

ADVENTVS AVG. MDCCLXXIII. Imperator laureatus, paludatus. Eques dextrorsum lente progrediens, prope ad Arcis portam, supra quam est parmula Transilvaniae, et haec inscriptio: S. P. Q. D. OPTIM. PRINC. comitante illum Abundantia, quae pecuniam ex cornu-

copiae fundit. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc. Tab.* 20. *N.* 1. Elegans.

2. Aliud simile ex *aere Cyprio*; ejusdem moduli. *a Krafft. Exempl.* 2.

3. Antica, uti N. 1. *ab eodem Joanne Nep. Wirt.*

FELICITAS DACIAE. *Infra*: PROFECTIO AVG. MDCCLXXIII. Imperator laureatus, paludatus, Eques, sinistrorsum lente progrediens, Mulierem turritam, cum clypeo Transilvaniae armis insignito, genuflexam, dextra manu sublevat, sinistra habenas Equi tenet. Retro stat Mulier altera cum cornucopiae, ex quo effundit opes. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc. Ibidem N.* 2. Elegans.

4. Aliud huic simile, ex aere Cyprio, *a Krafft.*

XXX.

LEOPOLDI II.

Numismata praestiti a Transilvania homagii 1790.

1. IMP. CAES. LEOPOLDO. II. P. F. AVG. HOMAGIVM PRAESTIT. CLAVDIOPOLI. XXIII. DEC. MDCCXC.

PIETATE. ET. CONCORDIA. Ara ignita, cui inscriptum: FIDE. et Scutum Transilvaniae in eadem sculptum. *Aur. pond.* 1¼ *Ducat. Tab.* 20. *N.* 3.

2. Alius similis, formae minoris. *Aur. pond.* ¼ *Ducat. Ibidem N.* 4.

3. Alius ejusdem inscriptionis, ac typi. *Arg. magnitud. Decenarii.*

4. Alius similis. *Arg. magnitud. Grossi.*

Errata				Corrige
Pag. 19.	*linea* 9	fasecia	—	fascia
— 20.	— 8	et	—	est.
— 48.	— 4.	EAT	—	BET.
— 55.	*lin. pen.*	bileati	—	pileati.
— 56	— 4.	exhibent	—	exhibens.
— 58.	— 6.	OPPRESSIONE		OPPRESSIONE.
— 63.	— 18.	*eimpl.*	—	*simpl.*
— 78.	— 20.	*Warovii Dani*		*Warovii Succi*
— 80.	— 17.	PRANSIDIVM		PRAESIDIVM.
— 85.	— 8.	ann. 1772.		1722.

CATALOGVS NVMORVM HVNGARIAE AC TRANSILVANIAE INSTITVTI NATIONALIS SZÉCHÉNYIANI.

PARS III.

NVMI MISCELLANEI.

cum Tabb. aeneis 8.



PESTINI,

TYPIS MATTHIAE TRATTNER 1807.

CONSPECTVS PARTIS III.

Numos Miscellaneos Hungariae ac Transilvaniae cum nonnullis aliis vicinarum Provinciarum complectentis.

SERIES I.

Numi nonnullorum Hungariae Antistitum Alphabeti ordine.

I. Bakáts (Thomae ab Erdöd) Cardin. et Archiep. Strigoniens, II. Eszterházy (Emerici Comitis) Archiep. Strigon. III. Migazzi (Christophori) Card. Archiep. Vien. et Admin. Episcopat. Vaciens. IV. Pazmany (Petri) Card. Archiep. Strig. V. Tvrsonis (Joannis) Episcopi Wratislaviensis, Hungari de Bethlenfalva. VI. Zichy (Francisci) Comitis, Episcopi Jaurinensis.

SERIES II.

Numi nonnullarum Hungariae, ac Transilv. familiarum.

VII. Batthyani (Caroli) Principis. VIII. Batthyani (Ludovici) Principis. IX. Burgstaller (Jo. Christoph.) Consularis Poson. X. Eszterházy (Antonii) Principis. XI. Eszterházy (Nicolai) Principis. XII. Eszterházy (Nicolai) Comitis. XIII. Jeszensky (Stephani) de M. Jessen. XIV. Mikos (Bernardi Georg.) Comitis. XV. Odeschalchi (Livii) Ducis Sirmiensis, et Bracciani. XVI. Pálffy (Caroli) Comitis. XVII. Palffy (Mariae) natae Fugger. XVIII. Palffy (natae Comitis) nuptae Marchioni de los Rios. XIX. Wesseléni (Stephani L. B.) de Hadad.

SERIES III.

Numi Exterorum aliquot Principum, ac Ducum, rebus in Hungaria gestis clarorum.

XX. Ampringen (Joan. Caspari) Gubernatoris Hung. sub *Leopoldo M.* XXI. Basta (Georgii) Capitanei Generalis in Transilvania. XXII. Caroli VI. Lotharingiae Ducis, sub Leopoldo M. supremi contra Turcas Exerci-

tus Ducis. XXIII. CASTALDI (Joan. Bapt.) sub *Ferdinando I.* Ducis Exercitus in Transilvania. XXIV. COBVRG (Frid. Josiae) Principis, Turcarum ad Foksan victoris. XXV. EVGENII Principis Sabaud. sub *Leop. M.* et *Car. VI.* Summi Ducis. XXVI. FRIDERICI Augusti Ducis Saxoniae mortui Posonii ex vulnere Budae accepto XXVII. GEORGII III. Saxoniae Ducis contra Turcas prospere pugnantis. XXVIII. JOANNIS III. Sobieski Poloniae Regis foederati Leopoldo M. XXIX. LAVDON (Gedeonis) sub Imp. Jos. II. Supremi Ducis Exercitus. XXX. LVDOVICI (Marchionis Badensis) sub Leopoldo M. Supremi Ducis Exercitus contra Turcas, et Gallos. XXXI. MAXIMILIANI I. (Imperatoris) ab initis cum *Wladislao II.* Hungariae Rege paetis memorandi. XXXII MAXIMILIANI EMMANVELIS Bavariae Ducis Turcarum Victoris. XXXIII. SIGISMVNDI Imper. ac Regis Hungariae ob lanceam et clavum Domini. XXXIV. STAHREMBERGII (Em. Rudigeri) Comitis sub obsidione Turcica Generalis Commendantis Viennae.

SERIES IV.

Numi aliquot Valachici, et Serviani, seu Rascii.

XXXV. BASSARABAE de BRANKOVAN (Constantini) Vajvodae Valachiae Transalpinae.

XXXVI. STEPHANI I. Regis Serviae. XXXVII. STEPHANI II. R. Serv. XXXVIII. STEPHANI III. alias VROSII I. XXXIX. STEPHANI IV. *Dragutini*. XL. VROSII II. *Milutini*. XLI. GEORGII Despotae Semendriensis.

APPENDIX.

Aliquot specimina Numismatum confictorum, et falsarum Monetarum. I. ATTILAE. II. BUDAE. &c.



PARS III.

NVMORVM MISCELLANEORVM HVNGARIAE AC TRANSILVANIAE cum nonnullis aliis vicinarum Provinciarum.

SERIES I.

Numi nonnullorum Hungariae Antistitum, Alphabeti ordine.

I.

BAKÁCS (Thomae ab Erdöd.)

Cardinalis, et Archiepiscopi Strigoniensis, sub Wladislao II.

1. THOMAS CARD. STRIGON. VNGAR. PRIMAS A. Caput ejusdem, pectore tenus cum superpellicio, dextrorsum spectans.

SVM DEA VIRTVTI IVRE LOCATA COMES. Fortuna in mari fluctibus agitato supra Delphinum stans inter scopulum, et duos ventos contrarios, figura geniorum expressos. *Numisma perforatum, ex aere fusum, incertae aetatis, maximi moduli. Tab. 2. N. 8.*

II.

Eszterházy (Emerici e Comitibus)

Archiepiscopi Strigoniensis.

1. EMERICVS. E. C. ESZTERHAZY. A. E. S. S. R. I. P. PR. H. Ejusdem Protome habitu Archiepiscopali, pectore tenus, sinistrorsum spectans, ad pectus cum cruce. In margine: M. D. *Matthias Donner.*

SACERDOS ITERVM. MDCCXXXVIII. Ara, supra quam ignis ardet inter tres spicas, et vitem botriferam. *Aureus pond.* 1½ *ducati.* Elegans. *Tab.* 4. *N.* 25.

2. Alius similis *ex argento pond.* 70. *gran. Ibidem N.* 26.

III.

MIGAZZI (Christophori)

Card. Archiep. Vienn. et Administr. Episcopatus Vaciensis.

1. CHRISTOPH. S. R. E. CARD: A: MIGAZZI: AR: E: VIEN: S: R. I: PR. EPIS: VACIEN: ADMIN: Protome ejusdem sinistrorsum spectans, habitu Cardinalitio, ad pectus cum pretiosa cruce. Infra: G. TODA F.

   RELIGIONI ET BONIS ARTIBVS. *Infra*: A: C. D: D: 1661. Religio velata, et Pallas galeata, hastata, junctis dextris stantes. Retro illam est ara ignita. Ad hujus vero pedes a sinistris Noctua insidet libro juxta clypeum In margine: G. T. F. *Argent. pond.* 3. *Semunc. Tab.* 5. *N.* 33. Elegans.

2. Alius similis *ex aere ejusdem moduli, et ab eod. Georgio Toda.*

3. CHRISTOPH. CARD. A. MIGAZZI ARCHIEP. VIEN. S. R. I. P. EPISC. VACIEN. ADMIN. Protome, uti supra, habitu Cardinalitio. Infra brachium KRAFFT F.

   ELEGI LOCVM ISTVM MIHI IN DOMVM SACRIFICII. 2. PARAL. 7. 12. Basilicae Frontispicium, turribus, statuis, columnis ornatum. Infra quod legitur: TEMPLVM VACIAE. MDCCLXXII. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Ibidem N.* 3[illegible] [illegible]egans.

4. CHRISTOPHORVS. D. M. S. R. E. CARDINALIS DE MIGAZZI. Protome habitu Cardinalitio, ad pectus cum duabus crucibus, quarum altera est crux magna Ordinis Equitum S. Stephani Regis Apostolici. *Infra*: I. W.

ARCHIEP. VIEN. S. R. I. P. EP. VACIEN. ADM. S. STEPH. R. A. M. C. E. 1781. Scutum sub Conopeo coronato, et pileo Cardinalitio tecto, ornatum torque et cruce magna Ordinis Equitum S. Stephani, continens Insignia familiae Comitum Migazzi de Waal, et Sonnenthurn, solem videlicet ac turrim alternatim posita, baltheo cum tribus liliis pertranseunte ad oppositos angulos a dextris sinistrorsum. In area: I. C. F. A. *Argent. Thalerus, pond.* 1½ *Semunc. Ibidem N.* 36. Elegans.

5. Alius similis, ejusdem anni 1781. sed in area partis aversae infra Scutum binae duntaxat literae: C. A. occurrunt. *Aureus simplex. Ibidem N.* 35.

IV.

PAZMANY (Petri)

Cardinalis Archiepiscopi Strigoniensis.

1. PETRVS. S. R. E. CARDINALIS. PAZMANY. Circuli, granulatus, in quo Protome habitu Car-

dinalitio, Caput barbatum bireto tetragono tectum habens, sinistrorsum spectans.

ARCHIEPISCOPVS. STRIGONIENSIS. Scutum continens tres plumas Struthionis, supra quod est Crux et pileus Archiepiscopalis cum dependentibus utrinque Zonis, et nodulis consuetis. *Arg. pond.* ¼ *Semunc. Tab.* 7. *N.* 48. R.

V.

Tvrsonis (Joannis de Bethlenfalva)

Episcopi Wratislaviensis, Hungari.

1. S: BAPTISTA SVCCVRRE. *literis monasticis.* Caput Sancti Joannis Baptistae in Disco, infra quod sunt tria lilia parmulae inscripta.

IOANNES EPVS VRATI. Circulus, in quo est scutum horizontaliter sectum, habens in area superiore medium Leonem coronatum, in inferiore tres rosas. Supra scutum est annus 1507. postrema nota numerica graecum Λ referente;) et supra anni numerum est mitra episcopalis, pedumque pastorale Scuto junctum. *Arg. grossus pond.* 48. *gr. Tab.* 7. *N.* 57. R.

2. Alius typo Aversae nonnihil diversus, ob diagonalem pedi situm, et mitram ornatam stellulis, quibus et area repletur ex utroque Scuti latere. *Arg. gross. ejusdem ponderis.*

Videatur Gottfr. Dewerdek *Silesia Numismatica* p. 184. ubi *Tab. II. N.* 3. similis moneta Joannis Episcopi Vratislaviensis edita non alteri quam, *Joanni Tursoni* tribuitur. Genealogiam *Familiae hungaricae Tursonum* reperies apud Car. Wagner *Analect. Scepus. P. IV. p.* 46. *seqq.* De Joanne Episcopo Wratislav. agitur p. 74. *seq. ibidem.*

VI.

Zichy (Francisci) Comitis.

Episcopi Jaurinensis.

1. FRANC. COMES ZICHY EPISC. IAVRIN. Protome habitu Episcopali, ad pectus cum duabus Crucibus, episcopali, et Ordinis Equitum S. Stephani Reg. Infra brachium: A. WIDEMAN.

PRIMITIAE SECVNDAE. *Infra*: IAVRINI XV. AVG. MDCCLXXIV. Tres panes, et urceolus super mensula, in pavimento tessellato sita. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Tab.* 8. *N.* 60. Elegans.

2. Alius similis, sed sine nomine artificis. *Aur. pond.* 1¼ *Ducat. Ibidem N.* 61.

3. Alius huic similis, *arg. magnitud. Decenarii.*



SERIES II.

Numi nonnullarum Hungariae, ac Transilvaniae familiarum.

VII.

Batthyani (Caroli) Principis.

1. CAROL. S. R. I. PRINC. DE BATTHYAN P. I. N. V. & S. COM. AVR. V. E. C. C. P. S. V. S. C. Protome Principis loricati, paludati, sinistrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere. In brachio: I. TODA F.

GEN. C. MAR. V. L. DIM. COL. V. S. C. & R. A. M. A. I. CONS. & S. CONF. M. 1754. Insigne Batthyánianum sub Conopeo coronato, Pelicanus videlicet cruore proprio pullos suos nutriens, infra quem in caverna Leo in pedes anteriores erectus gladium dentibus prehensum tenet, parte posteriore aquis, ut videtur, immersus. Scutum ovale, aureo vellere cinctum, cui hoc Insigne inscribitur, habet pro telamonibus duos Pegasos, cum vexillis adstantes, ornaturque corona, et quinque galeis supra positis. In exteriore circulo legitur: FIDELITATE ET FORTITVDINE. *Arg. Thal. pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 2. *N.* 9.

2. Antica, ut in praecedente, sed in pectore accedit stellata crux Ordinis militaris Theresiani.

In parte aversa Insigne Batthyanianum nullos habet telamones; sed impositum est Cruci Burgundicae, factae ex tormento bellico, et securi fascibus inserta: praeterea circumdatur duplicis ordinis torquibus, nempe aurei velleris, et militaris Theresiani. Inscriptionem terminat annus 1768. *Arg. Thal. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 10.

Titulorum compendia sic leguntur: CAROLVS *Sacri Romani Imperii Princeps* de BATTHYAN *Perpetuus in Németh Ujvár et Szalonok Comes, Aurei Velleris Eques, Comitatus Castriferrei Perpetuus Supremus, Unghensis Supremus Comes, Generalis Campi Mareschallus, Unius Legionis Dimachorum Collonellus, utriusque Sacrae Caesareae, et Regiae Apostolicae Majestatis Actualis Intimus, et Status Conferentiarum Minister.*

VIII.

BATTHYANI (Ludovici) Principis.

1. LVDOVICVS S. R. I. PRINCEPS DE BATTHYAN STRATTMAN. Hujus Protome sinistrorsum spectans, ad pectus cum paludamento. In margine: I. N. WIRT.

PERPETVVS IN NEMET VIVAR. S. C. R. A. M. ACT. CAM. INC. COM. CAST. PERP. ET SVPR. COM. 1788. Sub Conopeo coronato Scutum

ovale coronatum continens Insigne Batthyanianum, nempe Leonem in caverna erectum, dextrorsum conversum, dentibusque gladium ferentem, posteriore corporis parte aquis immersa, et Pelicanum supra cavernam alis expansis stantem, proprioque sanguine suos pullos pascentem: Pro telamonibus sunt bini Pegasi vexilliferi: uni vexillorum inscriptum est F. I. alteri M. T. utrobique sub corona. Eidem scuto coronato superpositae sunt quinque galeae coronatae, quarum apices efficiunt repetita Insignia Leo, et Pelicanus, nec non tormentum bellicum laureatum, et fasces cum securi. Intermediam galeam sola corona clausa ornat. Infra idem Scutum legitur in praetensa fascia: FIDELITATE. ET. FORTITVDINE. Idem lemma occurrit in exteriore Numismatis circulo. *Arg. Thal. pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 2. *N.* 11.

2. Alius similis, anni 1789. ab eod. *I. Nep. Wirt. Arg. Flor. pond.* ¾ *Semunc. Ibidem N.* 12.

3. Alius, in quo idem Caput, eaedem inscriptiones, annus vero 1790. sed Insigne Batthyanianum coronatum sub Conopeo, nullos habet Pegasos pro telamonibus, neque superpositas Scuto quinque galeas. In peripheria scuti legitur: FIDELITATE. ET. FORTITVDINE. In area inferiore occurrit Numerus 20. *Arg. Vicenarius. Ibidem N.* 13. *Exempla* 2.

4. LVDOVICVS S. R. I. PRINCEPS DE BATTHYAN STRATTMAN. Caput Principis, sinistrorsum spectans, ad pectus cum paludamento. Infra: I. N. W.

PERPET. IN NEMET VIVAR. S. C. R. A. M. ACT. CAM. INC. COM. CAST. PERP. ET. SVPR. COM. 1792. Sub Conopeo coronato scutum ovale coronatum continens Leonem ore gladium ferentem in caverna, supra quam Pelicanus cruore suos pullos nutrit, in peripheria ejusdem scuti legitur: FIDELITATE ET FORTITVDINE. *Aureus ducatus pondere simplicis Cremnicensis. Ibidem N.* 14.

Chalcographus neglexit aeri incidere literas in peripheria scuti occurrentes.

IX.

BVRGSTALLER (Jo. Christoph.) Consularis Poson. et *M. Susanna Klobuschitzky Conjux.*

1. POST QVINQVE MATRIMONII LVSTRA FELICITER EXACTA ACCEPTI DIVINITVS BENEFICII MEMORIAM SECVNDA ITERVM VOTA AVSPICATO EXORSVRI HOC AD POSTEROS MONVMENTVM POSVERE IO. CHRISTOPHOR. BVRGSTALLER CONSVLAR. POSON. ET MARIA SVSANNA KLOBVSCHITZKY CONIVGES SVI AMANTISSIMI. A. MDCCXL. D. XIV. MAII.

In

In parte Aversa: FOEDERE MARITALI FELICITER INITO. A. MDCCXV. SPONS. XXXI. IAN. NVPT. XIV. MAII. Duo Scuta heraldica, ad sese inclinata, intermediis inferius duabus taedis nuptialibus, in decussim positis. In dextro Burgstalleri scuto quadripartito Grus et castellum rupi impositum alternant. Eidem scuto incumbit galea coronata, et laciniis consuetis ornata, ex qua Leo erectus, inter quatuor plumas Struthionis, dextro pede tenet tres spicas, sinistro gladium, conversus sinistrorsum; in sinistro autem Klobusitzkianae Scuto est vitis botrifera; et supra scutum, laciniae, et Galea coronata, ex qua inter duas alas emergit Leo coronatus, dextro pede gladium stringens, conversus dextrorsum. *Arg. pond.* 1. *Semunc. prox. Tab.* 3. *N.* 19.

B. GENEROSAE VIRTVTIBVS CONSPICVAE MATRONAE MAR. SVSANN. KLOBVTSCHITZKY. QVAE NATA MDCLXXXIX. D. XIV. AVG. NVPTA MDCCXV. D. XIV. MAII. IO. CHRISTOPHORO BVRGSTALLERO VIRO CONSVLARI POSONIENSI OBIIT MDCCXLVIII. D. IX. AVG. VXORI OPTIMAE. B. M. C. C. MARIT. MOESTISS.

In Aversa: B. MEM. MAR. SVSANNAE. KLOBVTSCHITZKY CONIVGIS. IO. CHRISTOPHORI. BVRGSTALLER. Duo Scuta heraldica eadem, quae in Numo praecedente, infra quae in medio stat candelabrum cum candela fumante,

velut recens extincto lumine. *Arg. pond.* 1. *Semunc. prox. Ibidem N.* 20.

X.

Eszterházy (Antonii) Principis.

1. ANTOINE PRINCE D'ESZTERHAZY CHEVALIER DE LA TOISON D'OR. GRAND CROIX DE L'ORDRE ROYAL DE SAINT ETIENNE. ET CAPITAINE DE LA GARDE NOBLE HONGROISE. MDCCXLII.

In parte Aversa. Scutum ovale quadripartitum familiae Principum Eszterházy sub Conopeo coronato, duobus ordinibus Equitum cinctum, nempe Aurei Velleris, et S. Stephani Regis, continens in prima, et quarta area Gryphum, tres rosas, et gladium unguibus stringentem, cum corona infra posita. In secunda et tertia habet Leonem coronatum, plusquam dimidium, tres rosas dextro pede tenentem: aliis tribus rosis infra eundem depictis. In medio totius Scuti parmula coronata, in qua est litera L. *Argenteus Octogonus pond.* ½ *Semunc. Tab.* 4. *N.* 29.

XI.

Eszterházy (Nicolai) Principis.

1. NICOL. S. R. I. PRIN. ESZTERHAZY DE GALANTHA PERP. COM. IN. FRAK. Protome Principis, sinistrorsum conversi, ad pectus cum paludamento, loricâ, et aureo vellere.

V. S. C. & R. A. M. CONS. INT. GEN. C. MAR. & NOB. PRÆT. H. TVRMÆ. CAPIT. 1770. Scutum continens Insignia supra descripta familiae Principum Eszterházy sub Conopeo coronato. In exteriore circulo legitur: HONORE ET VIRTVTE. *Arg. Thal. pond. 1½ Semunc. Ibidem N. 28.*

XII.

Eszterházy (Nicolai) Comitis.

1. NIC. COM. ESZTERHAZY A GALANTHA. COR. HVNG. CVSTOS. Protome Comitis sinistrorsum spectantis in veste militari ad pectus cum cruce Ordinis Equitum S. Andraeae. Infra brachium: F. C. D. F.

S S. CÆS. ET REG. MM. ORATOR AB IMP. RVTH. M. EQVES S. ANDR. INAVGVRATVS PETROPOLI DIE XXX. NOV. A. MDCCLV. Palatium, in quo Imperatrix Russorum Elisabetha Comiti Nicolao Eszterházy confert Magnam

TVETVR ET ARCET. Portus maris cum vicinis hortis, et collibus, eminus conspicuis. *Aereus maximi moduli. Ibidem N.* 40.

3. LIVIVS. I. ODESCALCVS. Caput ejusdem, infra quod: S. VRBANI. OP.

D. G. SIRM. ET. BRAC. DVX. Mulier in throno recubans, ac diplomata evolvens, quorum uni inscriptum SIR. alteri BRAC. minutissimis characteribus, In segmento inferiore: S. VR. *Aereus mediocris moduli. Ibidem N.* 41. Elegans.

4. LIVIVS ODESCALCVS. INNO. XI. NEP. Protome, ad pectus cum paludamento. In imo margine: HAMERANVS.

DVX CERE. Mulier seminuda sedens ante aram ignitam, dormienti similis, cubito manus, qua caput suum fulcit, innixa cippo rotundo, aquilae et Leonis imagine insignito, sinistra sceptrum tenens, juxta posito clypeo, cui inscriptum: SECVRITAS: armisque diversi generis circa eandem humi sparsis, una cum vexillo, in quo legitur: ARX CERE. in colle proximo conspectus ejusdem arcis, et infra collem a dextris Sinus maris cum nonnullis naviculis. *Numisma mediocris moduli ex aere albo. Ibidem N.* 42. Elegans.

5. LIVIVS I. ODESCALCVS. Caput sinistrorsum spectans, ad humerum, et pectus cum paludamento. In imo margine: ANT. DE. IANVARIO.

INN. XI. NEP. VN. Mulier seminuda sedens meditabunda in litore maris, infra arborem,

cujus ramo impositus est annulus serpentinus seu aeternitatis, et cujus stipiti circumvolvitur vitis botrifera, cubito dextrae manus, qua caput suum fulcit, innititur cippo quadrato, in quo sculptum est Scutum coronatum continens Insignia familiae Odescalchianae. Juxta est Tiara Pontificia, et alia corona Ducalis, cum sceptro, galero, et galea. Item in sinu maris Navis velifera, et in ripa: A. D. IANVAR. In imo Numi segmento legitur: DIES ÆTERNOS IN MENTE HABVI. *Numus mediocris moduli ex aere albo. Ibidem N.* 44.

6. Antica, ut in praecedente Numo.

D. G. SIRM. ET. BRAC. DVX. Malum granatum nonnihil ruptum, cum caudice, et ramusculo, impositum chartae, ut ajunt, volanti, in qua scriptum: INTRINSECVS LATET. *Ex aere albo mediocris moduli. Ibidem N.* 43. Elegans.

7. LIVIVS. I. ODESCALCVS. Hujus Caput sinistrorsum spectans, ad humerum, et pectus cum paludamento.

D. G. SIRM. ET BRAC. DVX. *Infra*: IN OMNEM TERRAM EXIVIT SONVS. Genius nudus alatus in Nubecula stans adversus, dextra tenet Tubam, sinistra cornucopiae inversum, ex quo corona, ac tiara, seu opes profanae, et sacrae, effunduntur. *Numisma mediocris moduli ex aere cyprio. Ibidem N.* 45.

8. LIVIVS. ODESCALCVS. INN. XI. NEP, Hujus Caput sinistrorsum spectans, infra quod est annus 1677.

IOVANNA SOROR CARISS. Hujus Caput dextrorsum spectans, pectore tenus. *Numisma minoris moduli ex aere Cyprio. Ibidem N.* 46.

His accedunt Numismata aliorum duorum Principum Italorum ex Domo *Orsini*, nempe *Pauli Jordani*, et *Flavii*, qui posterior *Livio Odeschalcho* Ducatum Braccianum vendiderat. Sic autem habent:

1.) PAVL. IORD. II, D. G. ANG. C, BRACC. DVX. S, R. I. P. Caput sinistrorsum spectans. Infra collum est annus 1671.

VT, VTRVNQVE, TEMPVS. Pallas stans, crescentemque plantam respiciens dextra tenet hastam, sinistra clypeum. A sinistris exigua figura quasi venatoris, vel piscatoris, duo animalia jaculo petentis. *Ex aere cyprio mediocris moduli. Tab.* 5. *N.* 37.

2.) FLAV. D. G. ANG. CO. S, GEM. E. BRACC. DVX, S. R. I. P. Caput sinistrorsum spectans. Infra humerum: S. I. C. F, et in imo margine annus 1672.

In aversa parte: Rosa cum ramusculo spinoso, et scheda volante, in qua legitur SVAVIS et ASPERA. *Ex aere deaurato mediocris moduli. Ibidem N.* 38.

XVI.

Palffy (Caroli) Comitis.

1. CHARLES IEROME COMTE DE PALFFY CHANCELIER DV ROYAVME DE HONGRIE. CHEVALIER DE LA TOISON D'OR. GRAND CROIX ET CHANCELIER DE L'ORDRE ROYAL DE SAINT ETIENNE MDCCLXXXVII.

In parte aversa: Scutum coronatum, duobus ramis quercinis ornatum, ac duobus torquibus Ordinum aurei velleris, et S. Stephani cinctum, in quo est Insigne familiae Palffianae, Cervus erectus medio corpore prominens supra rotam tricolli impositam. *Argent. Octogonus pond. ½ Semunc. Tab. 7. N. 49.*

XVII.

Palffy (Mariae) *natae* Fvgger.

Matris Comitum Stephani, et Joannis Palffy.

2. AD ASTRA MECVM. Matrona stans, capite ultra nubem prominente, cervum unum dextera, alterum sinistra manu tenet cornibus apprehensis. Capiti imminet luna radians. Peripheriam ornat laurea.

In laurea partis aversae haec epigraphe: MARIA FVGGERIN. STEPHANI ET IOANNIS PAL-

FVORVM MATER. QVI SIMVL SEPVL. POSONII. 29. MAY. 1646. *Arg. pond.* ¼ *Semunc. Tab. 7. N. 50.*

XVIII.

PALFFY (natae Comitis) nuptae Marchioni de los RIOS.

3. IETON DE MAD. LA MARQ. DE LOS RIOS NÉE COMTESSE DE PALFFY. MDCCLXXX.
In aversa parte: Duo Scuta ad se inclinata familiae hispanicae de los Rios, et hungaricae Palffiorum sub Conopeo coronato, supra quod media Aquila coronata prominet alis expansis. In Fascia superaddita legitur: PLVMINVM FAMILIA GOTHORVM EX SANQVINE REGVM. *Argent. Octogonus, pond.* ¼ *Semunc. Ibidem N. 51.*

XIX.

WESSELENY (Stephani L. B.) de Hadad.

1. ALTA RVIT CEDRVS. SYLVÆ TREPIDATE MINORES. Silva, et cadentia in Cedrum fulmina. Infra Silvam Vir peregrinantis habitu inter duas urbes munitas ab occasu ad ortum progreditur. Sub quo in infimo Nummi segmento legitur; VRBS HABITATA VALE TANTIS AGITATA PERICLIS TVTIOR IN SOLYMÆ MOENIBVS HOSPES ERO. A. C. MDCCXXXIV.

In Aversa parte haec sunt: FESSA IACET SIREN DECIMAS IACTATA PER VNDAS, SVRGET AD ANGELICÆ CLASSICA PRIMA TVBÆ. Syren decumbens in scopulo, circa quem sunt naves fluctibus maris agitatae: et Angelus de caelo advolans, tubamque ori admovens. In inferiore segmento sequitur haec inscriptio: MEMORIÆ GRATÆ EXCELLENTISSIMI DD. STEPHANI WESSELENY. L. B. DE HADAD. S. C. R. MATTIS STATVS INT. ET EXC. REGI IN TRANNIA GVBERNII CONSILIARII. INC. STATVVM ET ORD. PRIN. TRAN. PRÆSIDIS. ET INC. COMITATVS SZOLNOK MED. COMITIS SVPR. NATI ANNO MDCLXXIII. D. XXVI. AVG. DENAT. A. C. MDCCXXXIV. D. XXVII. APR. COMITISSA CATHARINA BANFFI DE LOSONCZ CONIVX MOESTA VOTVM SOLVIT. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 7. *N.* 59.

SERIES III.

Numi exterorum aliquot Principum, ac Ducum, rebus in Hungaria gestis clarorum.

XX.

AMPRINGEN (Joannis Casp.) Gubernat Hung.

1. IO: CASP. D: G: ADMI: PRVSS. TEV. ORD: M: MAG: D: IN: FR. ET EVL. Protome sinistrorsum spectans Joannis Caspari Ambringen loricati,

ad pectus cum magna Cruce Ordinis Teutonici. *Administrator Prussici, Teutonici Ordinis Magnus Magister, Dominus in Freudenthal, et Eulenberg.*

CÆS. MAI. REG. HVNG: PLENIPOT: GVBERNATOR. 1673. DEO DVCE. Deipara, dimidium expressa, coronata, palliata, dextra tenet sceptrum, sinistra Jesulum cum pomo Imperii; sub qua sunt Insignia Ampringenii, et Ordinis Teutonici in scuto coronato, ac duobus palmae ramis ornato. *Arg. pond.* 1 $\frac{2}{4}$ *Semunc. Tab.* 1, *N.* 1.

XXI.

BASTA (Georgii) Capitanei Generalis in Transilvania.

Hujus Numi videantur Parte II. hujus Catalogi, Serie II. N. XI. descripti.

XXII.

CAROLI V. Lotharingiae Ducis, *sub Leopoldo M. supremi Ducis contra Turcas, Numisma funebre.*

1. CAR. V. D. G. LOTH. & BARR. DVX. S. C. M. GENERALISS*imus*. Protome Ducis loricati, magno cum capillitio, ad pectus aureo vellere ornati. In brachio: G. H. *Georg. Hautsch.*

SVRGET NOSTRIS EX OSSIBVS VLTOR. *Infra:* OB. WELSI $\frac{11}{1}$ APR. A. 1690. Æ. 47. Congeries vexillorum, et armorum partim Turcicorum, partim Gallicorum, flammis data, ex quibus evolat Aquila. *Arg. pond.* $1\frac{1}{4}$ *Semunc. Tab.* 8. *N.* 62. Elegans.

XXIII.

CASTALDI (Joann. Bapt.) *sub Ferd. I. exercitus Ducis in Transilvania.*

1. IOAN. BAPT. CASTALDVS DVX BELLI. MAX. Caput cum prolixa barba, sinistrorsum spectans, ad pectus cum paludamento.

SVBACTÆ DACIÆ RESTITVTORI OPTIMO. Castaldus prisco habitu romano militari stans manu dextera Daciam galeatam armis insidentem sublevat, sinistra sceptrum ducale tenet. *Aereus magni moduli. Tab.* 3. *N.* 21.

2. IO. BA. CAS. CAR. V. CAES. FER. RO. REG. E. BOE. RE. EXERCIT. DVX. Caput dextrorsum spectans, cum barba prolixa, acuminata, ad humerum, et pectus cum paludamento.

TRANSILVANIA CAPTA. Figura nuda jacens inter arma in medio Silvae, dextra manu sceptrum humi depositum tangit, sinistra exporrecta coronam tenet, alteri cedendam. *Numisma perforatum, ex aere flavo, magni moduli. Ibidem N.* 22.

3. IO. BA. CAS. CAR. V. CAES. FER. RO. REG. ET. BOE. RE. EXERCIT. DVX. Caput, dextrorsum spectans, Castaldi loricati, cum barba prolixa, pectore tenus. Infra brachium: ANIB. TRANSILVANIA CAPTA. Regina (*Isabella Zapolyae*) nuda jacens infra tropaeum in ripa fluvii Marusii dextra tenet sceptrum, sinistra elevata coronam. A dextris est figura fluvii in caverna sedentis cum urna, ex qua profluit aqua addito vocabulo: MAVRVSCIVS. A sinistris conspectus villarum, et arborum. *Numisma ex aere flavo mediocris moduli. Tab.* 4. *N.* 23.

4. Antica, uti in Numo praecedente.

CAPTIS. SVBAC. FVSISQ. REG. NAVAR. DACIÆ. ET OLIM PERSA. TVRC. DVCE. Castaldus habitu militari priscorum Ducum Romanorum in medio stans accipit ab Regina Daciae (Isabella) sceptrum, praesentibus hinc Duce Turcico, inde Rege Navarrae. *Ex aere flavo magni moduli. Ibidem N.* 24.

XXIV.

Cobvrg (Frid. Josiae) Principis.

Ad Foksan in Valachia Victoris.

1. FRID. IOSIAS PRINZ V. S. COBVRG. K. K. G. FE. MAR. Protome illius, dextrorsum spectantis, in veste germanica militari, ad pectus cum magna Cruce Ordinis Theresiani. In brachio: B.

ES LEBE IOSEPH. II. *Infra*: SIEG. D. OESTREICHER. V. RVSSEN. U. DIE TÜRKEN. BEY FOKSAN. D. 31. IVL. 1789. Conspectus praelii infra arcem Foksan. *Numisma Stanneum magni moduli.*

XXV.

EVGENII Principis Sabaudiae, sub Leop. M. et Car. VI. summi Ducis.

Numi exequiales.

1. EVGENIVS FRANC. PR. SAB. CAES. MAI. EXERC. SVPR. DVX. Ejus protome adversa, magno cum capillitio, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

VLTIMO SVPERATO. *Infra*: D. 21. APR. 1736. Eugenius inter duas columnas laureatas sedens galeatus, paludatus, loricatus, cubito sinistrae manus, qua caput suum fulcit, urnae sepulcrali innixus, dextro pede calcat Saturnum humi prostratum, falce, et clepsydra fractis, cui Mulier in nube veniens dextra manu lauream imponit, sinistra tenens annulum serpentinum, aeternitatis symbolum. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc. Tab.* 4. *N.* 30. Elegans.

2. EVGENIVS FRANC. PR. SAB. CAES. MAI. EXERC. SVPR. DVX. Protome ejusdem loricati, paludati, sinistrorsum conversi, pectore tenus. In imo margine: VESTNER F.

HERCVLEI, QVID AD HÆC SVNT FORTIA FACTA LABORES. *Infra*: ORBI EREPTVS XXI. APRIL. MDCCXXXVI. Vrna sepulcralis (vulgo Castrum doloris) cum inscriptione: REQVIES OPTIMO. In operculo urnae corona ducalis culcitrae imposita: supra hanc laurea stelligera. Ad latera sunt duodecim trophaea erecta cum adpensis clypeis, in quibus sculpta sunt nomina totidem locorum, victoriis Eugenii illustrium. Sunt autem haec a dextris. ZENTA. CARPI. LVZZAR. CREMON. MONROI. HOCHST. A sinistris BELGRAD. PETRIVAR. TORNAC. INSVL. FLAN. ALDEN. TAVRIN. *Numisma ex aere Cyprio magni moduli. Tab.* 5. *N.* 31. Elegans.

XXVI.

Friderici Aug. Ducis Saxoniae, in bello contra Turcas mortui.

1. FRID. AVG. D. S. I. C. & M. DVX FORTIS apud BAVAROS contra TVRCAS. Protome ejusdem dextrorsum spectantis, pectore tenus.

NAT. 29. OCTOB. MDCLXIII. MORT. POSONII ex Vulnere Budae accepto 19. Sept. MDCLXXXIV. In medio laureae legitur: IOH. GEORG. DVX SAX. IVL. CLIVIÆ. MONT. FILIO SVO MAIORI. *Arg. grossi magnitudine.*

XXVII.

Georgii III. Sax. Ducis contra Turcas feliciter pugnantis.

1. IOH. GEORG. III. D: G: DVX. SAX. S. R. I. ARCHIM. & EL. Protome Ducis galeati, laureati, ad pectus cum lorica, et paludamento. Infra axillam: I. HÖHN.

RECTIS FAS CEDERE CVRVA. ROMANIS BARBARA SVBSINT. FVGE VIRVS AB VRBE. Pars urbis Viennensis in prospectu, sub cujus moenibus castra deserta, fugiente Exercitu Turcico. In medio horum erectum est vexillum Saxonicum, pileo Electorali in vertice ornatum, medium inter clypeum duobus gladiis decussatis insignitum a dextris, et pileum Turcicum cristatum a sinistris. Pro basi ejusdem vexilli sunt tres alii gladii decussatim positi. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc.* Elegans.

2. MARS SAXONICVS. Caput galeatum cristatum Georgii III. Saxoniae Ducis, sinistrorsum spectantis.

HIC FAVSTE PRIMVS IN HOSTES IRRVIT. Fama uno pede stans in armorum, et vexillorum Turcicorum congerie, manu dextra Tubam ori admotam tenet, sinistra lauream, dextrorsum spectans. In circulo exteriore legitur: VIENNA COMP. MAN. A TVRCIS LIBER. D. 2. SEP. ANNO 1683. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.*

3. Antica, ut in Numo praecedente.

In laurea partis Aversae haec Inscriptio: VIENNA FAVORE NVMINIS PER SERENISS. ELECT. SAXONIAE CVM CÆTERIS HEROIB. A TVRCIS LIBERATA. D. 12. SEP. AN. 1683. In Circulo exteriore legitur: DOMINVS FORTITVDO NOSTRA. *Arg. pond.* $1\frac{1}{2}$ *Semunc.*

4. IOH. GEORG. III. D. G. DVX. SAX. I. C. M. & EL. Protome ejusdem ad humerum et pectus loricati, paludati. In brachio: O. F.

TANTARVM. PRÆMIA. LAVDVM. In media Turcicorum armorum, et vexillorum congerie basis quadrata, cui galea incumbit, quam protensa de caelo manus tribus laureis, totidemque palmae ramis exornat. In latere ejusdem basis conspicuae sunt tres parmulae, continentes Insignia Hungariae, urbis Viennensis, et Ducatus Styriae, ubi videlicet contra Turcas fortiter pugnatum fuit a Georgio III. Electore Saxoniae. *Arg. pond.* $1\frac{1}{4}$ *Semunc.* Elegans.

5. IEHOVA VEXILLVM MEVM. Vexillum nomine radiato Jehova inscriptum, quod manus loricata ex nube protensa tenet.

IO. GEORG. III. DVX SAX. I. C. M. A. & S. R. I. ARCHIM. & EL. Circulus, in quo continuatur Inscriptio hoc modo: IMPERII. A TVRC. GALLISQ. DEFENSOR. VICT. NAT. MDCXLVII. OBIIT TVBINGÆ. A. MDCXCI. XII. SEPT. I. K. Infra in parmula Numerus 2. de. *Arg. magnitud. Decenarii.*

XXVIII.

Joannis III. *Sobiesky* Regis Poloniae.

1. IOANNES III. CORON. IN REG. POL. & M. D. L. 2. FEB. 1676. Caput laureatum, ad pectus cum lorica squamnea.

CORONATVR QVIA PROTEXIT. Scutum coronatum, habens pro Insigni minus aliud Scutum Domus Sobieskianae proprium sine figuris. In inferiore Numi area tres turriculae in colle, et infra hunc plantae. *Aureus pond.* 2 *Ducat.* R.

2. IOAN. III. D. G. REX POL. M. D. L. R. P. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento.

GROSS. ARG. SEX*tuplus*. REG. POL. 1682. Tria scuta colligata, in quibus sunt Insignia Poloniae, Lithvaniae, et Domus Sobieskianae. In area superiore Numerus VI. *Arg. perforatus magnitudine septenarii.*

XXIX.

Lavdon (*Gedeonis*) sub Imp. Josepho II. adversus Turcas Supremi Ducis Exercitus.

I. LAVDON K. K. GENERAL FELD MARSCHAL. Hujus Protome dextrorsum spectans, amictu militari germanico, ad pectus cum magna Cruce Ordinis Theresiani.

DORT. HERR. V. GEDEON. LAUDON. HIR. V. BELGRAT FÆLT. *Infra:* BELGRAT. D. 8. OCT. 1789. Laudonius galeatus loricatus in Equo ad cursum concitato, dextra tenet gladium, sub Equo Savus, Belgradum, et castra in prospectu. *Numisma Stanneum magni moduli.*

2. VNVS HIC INNVMERI MILITIS INSTAR ERAT. Protome Laudonii, in veste germanica militari, dextrorsum conversi, ad pectus cum magna Cruce Ordinis Theresiani. Infra in margine: X. MAZZENKOPF.

NVNC PLACIDA COMPOSTVS PACE QVIESCIT. MDCCXL. Leo super Scuto, galea, et gladio humi positis dormiens. In margine: X. M. *Argent. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

XXX.

LVDOVICI (Guillielmi) Marchionis Badensis.

Sub Leopoldo M. summi Exercitus Ducis contra Turcas, et Gallos.

1. LVDOV. GVILIELMVS MAR. BAD. S. C. M. EXERCIT. SVMMVS DVX. Statua equestris Ludovici Marchionis Badensis galeati, loricati, dextra sceptrum ducale tenentis, dextrorsum conversi, sub qua est conspectus praelii Christianorum cum Turcis.

NON CVRAT NVMERVM. Leo sex lupos fugientes persequens, septimo prostrato. In

latere arbor fracta, succrescente novo ramo. *Arg. pond.* 3½ *Semunc. Tab.* 1. *N.* 7. Elegans.

2. Alius similis *ex aere magni moduli.*

3. LVDOV. WILH. D. G. MARCH. BAD. HOCH. S. C. M. GENER. LOCVMT. CAMPI MARISC. Protome ejusdem cum magno capillitio, sinistrorsum conversi, loricati, thoracati. In margine: P. H. M.

VT LVNÆ, SIC SISTE GRADVM NVNC IOSVA SOLIS. *Infra*: MARS BISVLTOR, VICTOR TVRCAR. PERPETVVS. EXPEDITIONEM CONTRA GALLOS AD RHENVM AGGREDITVR. 1693. Ludovicus Badensis prisco Ducum militarium amictu, paludatus, loricatus, stans, manum dextram levat contra Solem, sinistra sceptrum tenet, conversus dextrorsum; ubi fluvius Rhenus attonito similis manibus coelum versus elevatis, pedibus catenatis, inter arundines sedet cum urna aquas fundente, et remo juxta posito: a sinistris autem accedens mulier manu dextra lauream imponit capiti Ludovici Badensis, laeva gerens tropaeum ex armis, et pileo Turcico factum. Juxta occurrit luna, horizonti vicina. *Arg. pond.* 3¼ *Semunc. Tab.* 1. *N.* 6. Elegans.

4. Alius similis *ex aere Cyprio magni moduli.*

XXXI.

Imp. Maximiliani I. ab initiis cum *Wladislao II.* Hungariae Rege pactis memorandi.

1. MAXIMILIANVS. DEI. GRA. ROMANOR. REX. SEMPER AVGVSTVS. *punctorum loco sunt rosulae.* Protome Maximiliani I. coronati, dextrorsum conversi, loricati, dextra gladium inversum, sinistra sceptrum tenentis.

XPIA. 7. REGNOR. REX HERS. QZ. ARCHIDVX. AVSTRIE. PLVRIMAR. QZ. EVROP. PROVINCIAR. PNS. DVX. ET D9. Sub arcu gothice ornato annus 1505. et quinque Scuta. Praecipuum in medio est coronatum, et aureo vellere cinctum, continens aquilam simplicem alis expansis, Regi Romanorum propriam, stipaturque hinc Scuto coronato Hungariae, inde Scuto Austriae, cui incumbit pileus Archiducalis; infra haec sunt alia duo scutula situ inclinato posita, Burgundiae, et Habspurgicum: intermixtis aliis quibusdam ornamentis, inter quae sunt duo igniaria. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* R.

2. MAXIMILIANVS. DEI GRA. ROMANOR. REX. SP. AVGVST. Protome Maximiliani, coronati, loricati, sinistrorsum conversi, dextra sceptrum, sinistra gladium inversum tenentis.

XP. AC. A. REG. Z R. HER. Q. ARCHID. AV. PLVRI. EVROP. PVIN. PR. POTETI'. Quinque scuta; primum, ac praecipuum, qua Regis

Romanorum in medio, continens Aquilam simplicem, idque coronatum est, et aureo vellere dependente ornatum. Alterum 4. fascias Hungariae complectitur, et habet aeque coronam desuper, sed apertam, tertium est Austriacum pileo Archiducali tectum, infra quae tertium Burgundicum, et quartum Habspurgicum situ sunt ad sese inclinato. Scutis his interponuntur quatuor igniaria ex torque aurei velleris sumpta. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.*

3. MAXIMILIANVS DEI. GRA. ROM. IMP. SEMP. AVG. ARCHIDVX AVSTRIÆ. Maximilianus Imperator galeatus, coronatus, loricatus, in Equo phalerato lente progrediens, dextra tenet vexillum in humero, Aquila bicipite, quae habet in pectore parmulam Austriacam, insignitum. In Stragulo Equi, quod hinc cruce Burgundica, et quatuor igniariis, inde sole, et aquila bicipite ornatur, inscriptio est germanica: HALT MAS IN ALLEN DING.

PLVRIVMQ. EVROPAE. PROVINCIAR. REX. ET. PRINCEPS POTENTISSIM. Scuta viginti sex Regnorum ac Provinciarum, in duos ordines circulares disposita, medium obtinente locum Scuto coronato, et aureo vellere cincto Imperii Romano-Germanici, Aquilam bicipitem continente, circa quod sunt in primo ordine scuta coronata Hungariae, Hispaniae, Dalmatiae, Croatiae, Bohemiae, Sclavoniae, Austriae. In secunda serie circulari sunt parmulae sine coronis, Austriae antiquior, Burgun-

diae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Tyrolis, Habspurgi, Sueciae, Flandriae, Brabantiae, Austriae recentior, Portus Naonis, Alsatiae. Austriae superioris, Ciliae &c. *Arg. pond.* 3½ *Semunc.*

In alio simili Numismate apud *Marquardum Herrgott in Numotheca Principum Austriae p.* 30. *Tab. XII. N. XXV.* occurrit annus 1509. infra equum sculptus.

XXXII.

MAXIMILIANI EMANVELIS Bavariae Ducis *Turcarum Victoris.*

1. MAX. EMAN. D. G. V. BA. & P. S. D. C. P. R. S. R. I. AR. & EL. L. Protome, magno cum capillitio, sinistrorsum conversa, loricata, pectore tenus. In margine: G. H.

ALBA GRÆCA RECEPTA MDCLXXXVIII. D. 6. SEP. inscriptum parmulae infra Mappam chorographicam positae, extra quam aliae inscriptiones marginales sunt sequentes: PLVS VLTRA. QVOD PETIT OBTINET. INVIA VIRTVTI NVLLA EST VIA. MONSTRAT ITER. Mappa vero chorographica exhibet partem Hungariae, Sclavoniae, Serviae, et Banatum Temesiensem, in qua praecipui occurrunt fluvii; Danubius, Tibiscus, Dravus, Savus, Morusius, Temesius; ex Civitatibus autem Buda, Pestinum, Essek, et Belgradum, cum castris,

copiisque Caesareis. In area superiore Sol radians. In circulo exteriore legitur: BELGRADVM sVBITO BAVARVs CAPIT IGNEVs AVsV. *Arg. pond.* 2. *Semunc.*

XXXIII.

SIGISMVNDI Imperatoris.

1. SIGISMVNDVS ROM. IMPERATOR. Protome adversa Sigismundi barbati, coronati, omnique adparatu Imperatoris Romano-Germanici, tempore coronationis usitato, ornati, dextra tenentis pomum Imperii crucigerum, sinistra sceptrum.

† LANCEA * ET * CLAVVS * DOMINI * In area Numismatis medium occupat locum lancea, incluso eidem Clavo Domini. A dextris est asserculus cum inscriptione: DE PRAESEPI DOMINI. a sinistris Crux, et epigraphe: DE CRVCE DOMINI. *Arg. pond.* 2½ *Semunc.* *Tab. ult. Miscell.*

Hujus inscriptionis ac typi numismata Norimbergae signatà sunt anno 1742. memoriae causa, quod idgenus reliquias, a *Carolo IV.* Imp. anno 1358. Aquisgrano Pragam, una cum reliquo Imperii cimelio, translatas, *Sigismundus* Imp. tempore belli Hussitici primum quidem Wissegradum in Hungariam deportari, postea vero in Germaniam revehi, atque a Norimbergensibus costodiri jussetit.

XXXIV.

STARRENBERGII (Comitis Ernesti Rudigeri) *sub Turcica Viennae obsidione Commendantis Generalis.*

1. ERN. RVDI. COM. A STARR. S. C. M. C. C. B. C. C. M. VIENN. COMM. Protome ejusdem magno cum capillitio, sinistrorsum spectantis, ad pectus cum lorica, et aureo vellere. In brachio: P. H. M.

WIEN 60 TAGE LANG DIE GRÖSTE WVTH AVSHIELTE. MACHT DAS DER TVRK ZELT, GELD, FELD, STÜCK V. GLÜCK VERSPIELTE. 1683. Congeries vexillorum, et armorum Turcicorum, et in horum medio Turca sedens in catenis. *Arg. pond.* 3½ *Semunc.* caelaturae elegantis.

2. POLONIA BELLAT. STARNBERG VINCIT. GR. VEZIR SVCCVMBIT. 1683. $\frac{1}{12}$ SEPT. Rex Poloniae in Equo concitato gladium vibrans, Starrenbergius Equo invectus in Equitem Vezirium, atque hunc prosternens.

In parte aversa sunt in tredecim circulis totidem urbium et arcium successive receptarum effigies, et vocabula. ut Ofen, Neuheusel, Gran, Ungvar, Caschau, Tokay, Eperies, Neograd &c. *Numus ex aere Cyprio magni moduli.*

3. ERN. RVD. GRAF. V. HERR V. STARREMB. Caput sinistrorsum spectans, ad pectus cum lorica, et aureo vellere.

1683. HAT DIESER KAIS. GENERAL WIEN VOM 14. IVLI BIS 12. SEP. WIDER DIE TÜRKEN TAPFER BESCHÜZT. *Arg. magnitud. grossi septenarii.*

SERIES IV.

Numi aliquot Valachici, et Serviani, seu Rascii.

XXXV.

Bassarabae de Brankowan (Constantini) Vajvodae Valachiae Transalpinae.

1. CONSTANTINVS. BASSARABA. DE BRANKOWAN. Hujus Protome, capite barbato, cristato, tunicam longam more patrio, et chlamydem, pelliculis mustellae ermineae, subductam, induti.

D. G. VOIVODA. ET. PRINCEPS VALACHIAE TRANSALPINAE. Scutum coronatum, gryphis, lemniscis, et encarpis ornatum, continens Insignia, corvum videlicet crucigerum, expansis alis in colliculo stantem, inter Solem, et lunam. Infra est annus 1713. et infra circulum scuti literae: C. I. H. *Carolus Joh. Hedlinger. Numisma aureum pond. 5. Ducatorum. Tab. 2. N. 15.*

2. Aliud simile sed literae: C. I. H. sunt in antica, infra Effigiem Principis. *Argent. pond.* 2. *Semunc. prox. Tab.* 3. *N.* 16.

3. Aliud, in quo omnia, uti N. 1. sed est. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Ibidem N.* 17.

XXXVI.

Stephani I. Serviae Regis, filii *Stephani Nemanis.* Magni Zupani Serviae ab A. C. 1191. ad 1195:

1. IC. XC. Christus capite nimbato sedens in cathedra. In area hinc L. inde O.
† MONE -- REX STEFA. Campana. *Arg. pond.* 20. *gr. Tab.* 7. *N.* 53.

2. Antica, ut in praecedente, sed literae monetales: D. Q.
† MONETA REG. STEF. Campana typi nonnihil diversi. *Arg. pond.* 27. *gr.*

XXXVII.

Stephani II. Serviae Regis ab A. C. 1219. ad 1224.

3. IC. XC. Effigies Christi in cathedra sedentis, capite cruce nimbata ornato.
MONETA REGIS STEFAN. Effigies Stephani Regis in throno sedentis, manuque dextra sceptrum, sinistra gladium vaginae imposi-

tum in gremio tenentis. *Arg. pond.* 36. *gran.* *Tab.* 7. *N.* 54.

4. Alius huic similis. *Arg. pond.* 32. *gran. ibidem N.* 55.

5. Alius similis. *Arg. pond.* 31. *gran. Ibidem N.* 56.

XXXVIII.

STEPHANI III. aliter VROSII I. Serviae Regis ab A. C. 1243. ad 1291.

6. IC. XC. Christus caput nimbo cruciato circumdatus, in cathedra sedens. In area duo magna lilia, unum in dextro, alterum in sinistro latere.

MONETA REGIS VROSI. Rex coronatus sedens d. sceptrum liligerum, s. globum cruce patriarchali insignitum tenet. *Arg. pond.* 39. *gr. Tab.* 8. *N.* 64.

Ut hic Numus *Urosio I.* tribuatur, suadent lilia Francica in eo occurrentia. Uxor enim *Urosii Primi* erat *Helena* Francorum Regis filia.

7. Antica eadem, quae in praecedente, sed sine liliis.

VROSIVS REX. S. STEFAN. Sanctus Stephanus Protomartyr stans, ac Vexillum tradens adstanti Regi. *Arg. pond.* 35. *gran. Tab.* 7. *N.* 47.

8. Alius huic similis. *Arg. ejusd. ponderis. Ibidem N.* 52.

Hi Numi typos Venetos referunt. Mater *Urosii I.* erat Veneta *Danduli* Ducis filia. Vid. similes apud Hieron. Franc. Zanetti. *De Numis Regum Mysiae seu Rasciae ad Venetos typos percussis.*

XXXIX.

STEPHANI IV. *Dragutini*, patre *Urosio I.* geniti, hujusque Successoris ab A. C. 1291. ad 1297. quo Regnum fratri cessit.

9. IC. XC. Effigies Christi sedentis, ut supra.

STEFAN REX. S. STEFAN. Sanctus Stephanus Protomartyr capite nimbato stans dextra Vexillum tradit adstanti Regi sinistra librum tenet. *Arg. pond. 32. gran.*

10. Alius huic similis, *arg. ejusd. pond.*

XL.

UROSII II. *Milutini* ab A. C. 1297. ad 1321. Serviae Regis.

11. IC. XC. Christus in cathedra sedens, uti supra.

VROSIVS REX. S. STEFAN. Effigies S. Stephani Protomartyris stantis, ac vexillum tradentis adstanti Regi. *Arg. pond. 32. gran.*

12. Alius huic similis. *Arg. ejusd. fere pond.*

XLI.

GEORGII, Despotae Semendriensis in Rascia ex *Domo Vuko Brankovics* ab A.C. 1427. ad 1457.

1. GEORG. DESPOT. *literis Russicis.* Rex coronatus, palliatus, tunicatus stans dextra tenet sceptrum, sinistra globum crucigerum.

CMDRVO. *sic.* pro *Smederevo.* (*literis Russicis.*) Leo gradiens, et stellae duae inter pedes anteriores. *Arg. pond.* 19. *gran. Tab.* 8. *N.* 65. R.

Videatur Joannis *Raitsich* Archimandritae Historia Nationum Slavicarum P. III. p. 158. ubi ex duobus Georgii Despotae Numulis editis prior nostro est quam simillimus.

APPENDIX.

Confictorum aliquot Numismatum, et falsarum Monetarum Specimina.

1.

ATTILAE Hunnorum Regis.

1. ATTILA. 441. REX. Caput barbatum, cornutum, Attilae, ad pectus cum lorica, sinistrorsum spectantis.

AQVILEIA. Conspectus hujus urbis per Attilam eversae. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc. rudis fabricae Tab.* 1. *N.* 2.

2. Aliud praecedenti simile, sed annus est 451. *Arg. pond.* 3½ *Semunc. Ibidem N.* 3.

3. ATTILA REX. FLAGELLVM DEI. Caput barbatum, et corona radiata ornatum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum spectans.

Vir barbatus, nudus, pedibus equinis, insidens monstro animalis quadrupedis jubati, barbati, dextra gerens gladium, et flagellum, sinistra vacua protensa. *Aereus, caelatura rudi. Ibidem N.* 4.

4. ATILA FLAGELLVM DEI. Caput nudum, barbatum, spectans sinistrorsum.

Pars aversa est vacua. *Ex aere flavo. Ibidem N.* 5.

2.

BVDAE, fratris *Attilae*, Ducis Hunnorum.

1. BVDA. DVX HVNNORVM. Protome Ducis barbati, pileo hungarico cristato tecti, dextrorsum spectantis, ad pectus cum paludamento.

AR. BVDA. 441. Conspectus arcis Budensis. *Rudi caelatura. Arg. pond.* 4½ *Semunc. Tab.* 3. *N.* 18.

Ex falsis monetis adsunt Thaleri, Floreni, Vicenarii &c. His accedunt nonnulli Numi aerei satyrici.

SPECIMEN DISSERTATIONIS

DE

PRAESTANTIA ET VSV NVMORVM HVNGARIAE AC TRANSILVANIAE.

INTRODVCTIO.

Studium Numismaticum quarto abhinc saeculo ad resuscitandas ex veterno artes liberales in Italia exortum, brevique per omnem, qua cultior est, Europam propagatum, nostra hac aetate adeo non deferbuit, ut potius nova indies capiat incrementa. Testatur id Eckeliana Numorum veterum Doctrina, quae hoc studii genus ad meliorem, eamque stabilem artis formam revocavit; testantur et Schlichtegrolliani Annales Numismaticae universae, antiquae videlicet, ac novae, qui Lipsiae 1804. edi caepere. Ad alteram hanc Scientiae numariae partem cum Numi quoque Hungariae, ac Transilvaniae pertineant, fidem datam liberaturus de horum nunc praestantia et usu nonnullas ob-

servationes, quae sint velut supplementum aliarum, in praemisso Catalogo sparsim occurrentium, isthic in medium adferre constitui, argumento secundum Classes, ac Series ibidem contentas diviso.

CAPVT I.

De praestantia et usu Numorum Hungariae ex prima Regum Periodo.

§. 1.

De Numis primorum quinque Regum, S. STEPHANI I., PETRI, SAMVELIS, ANDREAE I. et BELAE I.

Pretium et aestimatio Numorum, qui curiositatis, honestae voluptatis, ac reconditae in iisdem utilitatis, eruditionisque causa comparari, inque Museis publicis et privatis conservari solent, pendet partim ab eorum materia, forma, et argumento, partim vero ab aetate, raritate, aliisque idgenus adjunctis. Numos hungaricos ex prima Regum periodo commendat sua antiquitas, ac raritas, ususque criticus pro historia de incunabulis, ac progressu patriae rei monetariae. Speciatim denarios argenti puri, a quibus prima Series inchoat, inscriptos hinc † STEPHANVS REX, inde † REGIA CIVITAS, ac utrinque in corolla, vel circulo, Cruce, quatuorque triangulis signato, eo ipso

quod sint inter hungaricos primi, adeoque antiquissimi, quodque certum sit, hanc monetam esse a primo Hungarorum Rege, et Apostolo, divo STEPHANO cusam, barbarus sit hodie oportet, qui non videre, contemplarique gestiat, atque gemmarum instar conservari cupiat. Animadversione digni sunt characteres inscriptionum, formae peculiaris monasticae. Vid. *Catalog. Num. Instituti Nat. Szech. Tab.* 1. *N.* 1—10. Rarioribus accensendus est, in quo unius trianguli locum occupat *n* litera. *Ibidem p.* 30. *N.* 5. Summae quoque raritatis est alius in *Notitia Hung. Rei Num. p.* 89. *N.* 4. descriptus, ac *Tab.* 1. *N.* 9. delineatus, cujus pars aversa in Ellipsi Crucem duplicatam, vulgo patriarchalem, et sex triangula exhibet. Sed Aureum bracteatum divi Regis *Stephani I.* extitisse aliquando in Museo Caesareo Vindobonensi, hodierni Critici arbitrantur esse Heraei figmentum. De Saxo-Gothano ejusdem Regis Aureo, cujus iconismus in *cit. Notitia Tab.* 1. *N.* 10. proponitur, constat manifesta in illo esse recentioris fabricae vestigia. Pensas auri *Libro II. Decret. S. Stephani* memoratas, interpretantur alii Aureos byzantinos, alii ponduscula quaedam auri rudis, ac infecti. — Formidinem, ne forte denarii hi argentei, qui nunc S. STEPHANO I. communi peritorum consensu tribuuntur, sint potius *Stephani II. vel III.* dissipant alii simillimae formae, ac ejusdem prorsus typi denarii proximorum illi Regum, PETRI nempe,

D 2

ac SAMVELIS, qui nullos sibi cognomines habuerunt Reges. Horum monetae sunt rariores denariis *S. Stephani I.* quia in regno minus diuturno, magisque turbulento pauciores cusi fuere. In PETRI denariis inscriptio partis aversae est † PANNONIA in SAMVHELIS vero † PAMONEIA. Posteriores hi magnam celebritatem sunt adepti ab eruditis Commentariis Mich. Christoph. *Hanovii*, et Godofredi *Schwarzii*. Ille enim *Samuelem* simili denario, quem Gedani prae manibus habuit, inscriptum, contendebat Bulgariae Regem fuisse, hic rectius Hungariae. Litem decidit Anonymus Belae Regis Notarius in Historia de septem Ducibus Hungarorum, ubi *Capite XXXII.* diserte prodit, *Samuelem* fuisse Hungariae Regem eundem, qui alio, posteris notiore nomine *Oba*, vulgo *Aba*, vocabatur. — Quartus a *Stephano I.* Rex fuit ANDREAS I. cujus denarii superstites aeque memoratu digni sunt; alii enim sunt denariis *S. Stephani* per omnia similes, corollis, circulis, crucibus, triangulis, inscriptione aversae † REGIA CIVITAS, et ipsa forma technica harum literarum, quin etiam pondere, ac bonitate argenti quam proxime: alii vero his fere omnibus discrepant † PANONEIA inscripti, ipso quoque pondere leviores, et ex argento minus puro facti. *Vid. cit. Catalog. p.* 33. Hi forte occasionem praebuerint restaurandae per BELAM I. Rei monetariae, cujus meminit Chronicon Thuroczianum *P. II. Cap. XLV.* Nec enim audiendi

sunt amplius, qui initia signatae ex argento monetae Hungaricae ad BELAM I. referunt, veluti Mich. *Siglerus* in sua Chronologia ad annum 1060. ac nonnulli alii, cum possideamus genuinas, ac sinceras monetas argenteas Regum Hungariae, qui *Belam I.* praecesserunt, inde a divo Rege *Stephano I.* Quid quod ipse adeo BELA I. jam antea, quam Regis titulum sumpsisset, monetas argenteas in Ducatu, quem sibi ex Polonia revocato frater suus ANDREAS I. in Hungaria contulit, feriundas curaverit? nam et hujus rei testes habemus denarios, hinc † BELA DVX, inde † PANNONIA inscriptos cum typo Crucis, et quatuor triangulorum in circulo aversae, quorum tamen loco in parte antica intra corollam, ad oppositos Crucis in medio expressae angulos, modo binas alias cruculas, modo lunulas, observare licet. Conf. *cit. Not. t. p.* 102. *seq.* Numus argenteus nuper a Spect. D. Petro *Kubinyi* mecum communicatus, optime conservationis, in illa parte, in qua † BELA DVX legitur, circa Crucem in corolla effictam ad oppositos angulos habet duo triangula, et totidem globulos. Omnes quidem numi *Belae I.* sunt rari, inter hos tamen raritate praecellunt cum inscriptione † BELA REX, et PANNONIA, cujusmodi unum vide in cit. *Catal. p.* 33. *seq.* alterum in supra cit. *Notitia p.* 104. sed in isto pars aversa pro inscriptione habet solummodo vestigia quaedam cava literarum, et in medio nulla circa Crucem triangula observantur, quin et



ipsa Crux per incuriam Monetarii non rite est formata. *Bela I.* tertiam Regni Hungariae partem Ducatus titulo possedit novem circiter annis cum regali jure cudendi monetas, ab obitu autem fratris bicunio tantum regnavit; plures igitur numos cuderit qua *Dux*, pauciores ut *Rex*.

§. 2.

De Numis SALOMONIS, *et* GEISAE I. *horumque praestantia.*

SALOMON, adhuc infans, vivo patre *Andrea I.* coronatus, ad regnum tamen non pervenit prius, quam ab obitu *Belae I.* patrui sui. Coronatus iterum fuit Albae regali, ac tertium Quinque Ecclesiis. Primus Regum Hungariae in monetis effigiem suam exprimi jussit. Jucundum est videre Monetariorum Saeculi XI. conatus exsculpendi figuras humanas pro monetis parvi adeo moduli. Vid. *Catal. p. 34. ac Tab. I.* ubi *N. 1.* Pars antica sistit in circulo granulato Caput Regis adversum coronatum rudissimi operis inter duas cruces, quarum dexterior est ensiformis. *N. 2.* Vide protomen Regis pectore tenus jam paullo melius expressam cum inscriptione † REX SALOMONI. et in aversae medio solam epigraphen † PANONIA. N. 3. et 4. Intuere imaginem Regis fere toto jam corpore effictam manibus elevatis, et expansis, inter binas cruculas in priore numo, in altero autem inter

quatuor globulos. De manuum extensione, et elevatione notavi in libro *Notitiae p.* 107. hunc fuisse apud veteres Christianos orantium ritum. Accedat nunc alia ex Chronico Thurocziano animadversio. *Capite L.* narratur: post captum Belgradum ubi Nicetas Gubernator liberam discedendi facultatem ab Rege *Salomone*, Ducibusque *Geysa*, et *Ladislao* flagitasset, hos extensis manibus dedisse signum, quod postulatis annuant. ***Manibus itaque regis, et ducum in fidei pignus extensis, quod eos amplius non laederent; omnes, qui in arce erant, descenderunt.*** — Regis Salomonis Numi sunt minus rari, quam GEISAE I. De hujus Numis, quo tempore *Notitiam Rei Num. Hung.* conscribebam, anceps haesi, an vel unicus ad nostram aetatem pervenerit; nam, qui mihi tunc innotuerunt *Geisae* nomine inscripti, hos ex certis criteriis ad Saeculum XII. adeoque non ad primum, sed ad secundum *Geisam* referri oportere arbitrabar. Videatur cit. *Notitia p.* 108., *seq. et p.* 125. *seq.* Serius duo denarii argentei ex privatorum scriniis, ubi ignoti latuere, ad me perlati sunt, jamque in publicis Museis conservantur, de quibus nullum omnino dubium esse possit, quin a GEISA I. ante, et post aditum regnum, fuerint percussi. Prior horum dono RR. Michaelis *Winckler* honorarii Canonici Quinque Ecclesiensis obtigit Regiae Scientiarum Universitati Pestiensi anno 1804. cum pluribus aliis antiquis, et medii aevi Numis. Hic parte

antica inscribitur † DVX MAGNVS inversis A. et V. literis; in aversa vero † PANONIA. *sic.* ac pro typo habet utrinque in circulis Crucem et 4. triangula. Editus ac illustratus est a Cl. D. Aloysio Emm. *Stipsics* in Opere periodico (*Zeitschrift*) Cl. D. Ludovici *Schedius T. VI. p.* 21. *seqq.* Alterum D. *Elsasser* Civis Pestinensis obtulit Excell. D. Comiti Francisco *Széchényi* optime conservatum, cum perigraphe † GEVSA REX in una, et † PANONAI. *sic.* in altera parte, cumque typo Crucis consuetae, circa quam in antica parte sunt tres annuli, vel globuli, et una lineola; in aversa autem 4. exigua triangula. Vid. *cit. Catal. p.* 35. *ac Tab.* 1. *in fine.* GEISAM I. fuisse alio nomine MAGNVM constat ex ejusdem Diplomate, quo Abbatiam S. *Benedicti* juxta Granum anno 1075. fundaverat; hoc enim exordio utitur: *Ego* MAGNVS, *qui et* GEISA, *Supremus Hungarorum Dux, postea vero Gratia Dei Rex consecratus, Belae Regis filius* cet. Vid. *Pray, Hierarch. Hung. P. I. p.* 332. et *Katona Hist. crit. Reg. Hung. T. II. p.* 360. Nomen autem GEVSA, quod est in altero nummo, legitur eodem modo scriptum etiam in literis *Gregorii* Papae VII. ad hunc Principem datis, quas *Coletus* in Collectione Conciliorum vulgavit *T. XII. col.* 279. Commode vero accidit, quod prioris Numi inscriptio non sit DVX GEVSA, verum DVX MAGNVS, ad impediendum, ne quis hodie suspicetur monetam illam forte ab *Geisa* Duce, divi *Stephani* patre, signatam fuisse,

Quae cum ita sint, ex Numo † *Dux Magnus* inscripto recte arguitur, Geisam I. jam antea, quam exauctorato *Salomone* Rex proclamatus fuisset, in Ducatu suo jus feriundae monetae exercuisse, idque exemplo patris sui *Belae I.* de cujus Numis *praeced. §pho* egimus.

§. 3.

De Numis S. Ladislai I. Colomani, *et* Stephani II.

Monetae S. Ladislai I. peculiare quoddam Numorum *bracteatorum bilateralium* genus constituunt, quae haud facile reperias apud Auctores, qui de bracteatis et cavis, nec non de laminaribus bilateribus agunt, cujusmodi est unus ex praecipuis Jo. Alex. *Doederlinus* Auctor Commentationis historicae *de Numis Germaniae mediae, quos vulgo Bracteatos et cavos, vernacule Blech- und Hohl- Münzen adpellant, nec non laminaribus quibusdam medii aevi bilateralibus* cet. *Norimbergae* 1729. *in 4-to.* Ab utroque hoc bracteatorum genere differunt Numi S. Ladislai, in Catalogo *p.* 35. seqq. descripti, ac *Tab.* 2. *N.* 1—5. propositi. Nam qui *Bracteati cavi*que vocantur, hi unico typario admoto percussi easdem literas et figuras in una parte habent prominentes, in altera concavas, ac velut introcusas: qui autem *laminares*, seu *bracteati bilaterales* dici solent, isti duorum typariorum,

superioris nempe, et inferioris, actione simultanea typos aquirunt in utraque parte prominentes, sine cavitatibus characterum, vel figurarum alterutrius faciei. At vero in bracteatis bilateralibus *sancti Ladislai* Numis, praeter figuras utrinque prominentes, in parte aversa observantur simul vestigia incusa, cavaque literarum, et figurarum partis adversae. Quanam id arte factum sit, inquirant curiosi. Mihi videntur idgenus Numi signati fuisse per compositionem duorum typariorum inaequalium, quorum alterum fuit recenter factum, alterum vero jam sub Regibus praecedentibus paratum. Nova typaria cum essent profundius insculpta, majorem vim, et efficaciam habebant in literis et figuris ita in parte antica exprimendis, ut earundem vestigia cava orirentur in opposita parte Numorum bracteatorum, qualia non oriebantur ex impressione antiquiorum typariorum, pro signandis aversis adhibitorum, quoniam haec erant longo jam usu attrita, minusque aspera. Igitur sola pars aversa idgenus cavitatibus fiebat deformis: Cura enim elegantiae monetarum in postremis fuerat illo aevo. — Res aliae in monetis S. Ladislai memoratu dignae sunt sequentes. Figurae tantum in antica variant, quia in parte aversa retinetur antiquus typus Crucis et quatuor triangulorum. Itaque de antica numorum parte loquendo, sunt 1) in quibus est Caput coronatum rudissimi operis, circulo granulato inclusum. 2) In aliis sunt tres Cruces, me-

dia longiore. 3) In aliis tria labara potius, quam Cruces. 4) In aliis tres clavae, vel tria sceptra. 5) In aliis Crux recruciata, circulo, in quo sunt aliae quatuor cruculae, imposita. 6) Crux in corolla cum quatuor triangulis, quae jungitur cruculae ad initium inscriptionis positae, praebetque speciem Crucis patriarchalis. Hujus typi numus in opposita parte habet epigraphen: † — ANONAI. prima litera P. detrita; cum typo consuetae crucis ac triangulorum in circulo. De hoc Numo videatur animadversio mea in praemisso *Catalogo P. I. p. 37. N. 5.* In reliquis omnibus *S. Ladislai* monetis vel nulla occurrit partis aversae inscriptio, vel repetitur idem, quod in antica est, nomen *Ladislaus Rex.* — Cum obulis argenteis COLOMANI Regis incipit Series monetarum Saeculi XII. quam complere difficillimum est. In cit. Catalogo describuntur quatuor diversi p. 38. seq. Tab. 2. In libro autem *Notitiae* sex p. 114. usque 117. Inscriptiones ac figurae hoc modo variant. *Colomanus* nunquam legitur, sed hujus loco CALMAN, vel COLVMBANVS. Pro typo anticae partis in quibusdam occurrit Caput coronatum, in aliis sunt quatuor cruculae in circulo granulato; in aliis tres cruces labariformes; in aliis crucula in medio, et circa hanc quatuor globuli; in aliis est species quaedam scuti ex quatuor hemicyclis compositi, et in hujus medio exigua crucula cum quatuor globulis; in aliis denique Crux in corolla, stipitibus in trabeculas paradelipedas

desinentibus. Partis aversae constans inscriptio est † LADLAVS REX, in peripheria circuli crucem consuetam et quatuor triangula includentis. Ob hanc partis aversae inscriptionem existimant nonnulli omnes idgenus numulos *Colomani* sub sancto *Ladislao* fuisse cusos, atque ideo affirmant, *Colomanum* fuisse a *S. Ladislao* in Regni consortium admissum, ipsoque vivente coronatum, et pro juniore Rege habitum, tametsi nulla hujus rei memoria exstet apud Scriptores coaevos, vel aetate proximos, immo licet huic sententiae omnia alia monumenta adversari videantur. Verum alii censent, has *Colomani* monetas fuisse post obitum *S. Ladislai* signatas, nomenque LADLAVS REX retentum fuisse pro inscriptione partis aversae, in locum vocabuli *Pannoniae* antea usitati, partim ad conservandam tanti Regis memoriam, partim vero, quia id a Monetariis jam sub *S. Ladislao* fieri coepit. Ut quid enim, inquiunt, in omnibus *Colomani* numis, quotquot ad nostram aetatem pervenerunt, constanter in antica, seu illa parte, quae circulo corollae instar granulato decoratur, inscribitur CALMAN REX vel COLVMBANVS REX, semper vero in aversa tantum occurrit epigraphe LADLAVS REX? Cur etiam in illis numis, qui Caput coronatum exhibent, circa id *Calman*, *Ladlaus* vero in aversa tantum legitur, nisi propterea, quod idgenus numi non sub *S. Ladislao*, sed ab hujus obitu sub *Colomano* cusi fuerint? Sed quid

multis opus? Extant Numi etiam ab aliis Regibus cum inscriptione aversae *Ladlaus Rex* signati; hujusmodi sunt obuli Stephani II. parte antica † CEHANVS REX inscripti: quos vide cit *Catal.* *p.* 39. et cit. *Notitia* p. 122. et Geisae II. de quo infra recurret mentio.

§. 4.

De Numis Belae II. *Caeci*, Geisae II. Stephani III. Ladislai II. *et* Stephani IV.

Belae II. cognomine *Caeco*, qui *Stephano II.* filio *Colomani* successit, quinque numuli variante typo attribuuntur cit. *Catal. p.* 40. cur autem Secundo, potius, quam Primo, vel Tertio, vel Quarto Belae? En criteria! Numulus N. 1. descriptus in antica exhibet Caput coronatum ejusdem formae rudissimae, cujus est in Numulo Colomani, idem quoque ambòrum est modulus, igitur epigraphe Bela rex isthic *Secundum* hujus nominis Regem significat, utpote *Colomano* propiorem, ac fuerint alii tres *Belae.* Qui N. 2. recensetur numulus, hinc solo bela nomine, inde monogrammate ex r et x facto inscriptus, apparentibus in hac parte cavitatibus literarum, et linearum partis anticae, idcirco eidem *Belae II.* adjudicatur, quia est bracteatus bilateralis, adeoque accedens ad formam numorum *S. Ladislai*, et quia spectatis aliis numis, quos seu *Bela* Primus, seu Tertius, Quartusve signaverat, nihil cum his commune



habet. Reliqui N. 3. 4. et 5. occurrentes Numuli sunt *bracteati cavi.* Hos, fateor, non alia fere de causa ad *Belam II.* referri, quam ex probabili conjectura, quod sub hoc Rege a numulis bracteatis bilateralibus gradus fuerit factus ad cudendos bracteatos cavos. In uno horum numulorum extat Caput humanum triplici vultu praeditum, divinae, uti videtur, Triadis Symbolum, cum perigraphe *Bela Rex.* In alio literis B. R. notato conspicuus est Rex in throno sedens cum sceptro in dextera, et globo crucigero in sinistra. In postremo anepigrapho apparet Crux patriarchalis cum fulcro, cui insistit, formam Crucis triplicatae referens. Quae figurae in his numulis typario simplici factae in antica prominent, in aversa vero cavae sunt, ac situ contrario. Constant hi numuli adeo subtili bracteola argenti, ut quatuor tantum grana ponderent. Scriptores Germaniae Saeculo XVII. et incipiente XVIII. hoc monetae genus tanti aestimabant, ut ad faciendas bracteatorum medii aevi numorum collectiones non vererentur ipsos adeo summos Principes exhortari. Ubicunque locorum apud privatos fuerint hujusmodi Numi bracteati, redimendos esse suadet Jo. Andr. *Schmid* apud supra cit. *Daederlinum p.* 5. „ne, inquit, vel distrahantur, et in manus ignorantium veniant, vel aurifabrorum igne pereant.“ De horum origine variant eruditorum sententiae, quas compendio reperies in nostra *Notitia* p. 137. Id certum videtur,

in Germania eosdem potissimum Saeculo XII. invaluisse ac perdurasse usque Saeculum XIV. ubi quasi propria illorum sedes fuit: nuspiam sane majore, ac ibidem numero erui solent. „Numos bracteatos, ait *Schmidius* l. cit. inferior aetas nobis reliquit, ut haberemus subinde novam materiam, vel crucem, quae eruditos exerceat.“ Hungarici bracteati, quos hactenus vidi, plerique sunt exiguae diametri: non desunt tamen majoris etiam moduli, sed sine inscriptione. Unum idgenus bracteatum cavum possidet Numophylacium *R. Univ. Pest.* diametro parem hodierno Vicenario, Sphynge alata coronata signatum, subtilissimi ex puro argento folii, quod vel mediocri vento auferri possit. — *Bela II. Caecus* reliquit ex Conjuge sua Helena, Vrosii Serviae reguli filia, tres filios Geisam II. Ladislaum II. et Stephanum IV. ex quibus Geisa patri successit; sed licet annis viginti regnaverit, multasque hoc temporis intervallo monetas diversorum pro more illius aetatis typorum cudi fecerit, hodie tamen perpaucas habet superstites. Numulus in *Catal. p.* 41. descriptus cum epigraphe † GEISA RE, vel uti alii legunt, CIEISA REX, ad hunc Secundum *Geisam* indubie pertinet. Pars hujus antica exhibet Crucem granulatam, quatuor extremitatibus in totidem alias cruculas desinentem, cum quatuor globulis, totidemque lineolis, tamquam lateribus ad ejusdem Crucis angulos oppositis. Pars aversa pro inscriptione habet lunulas tantum, et lineolas

circa parvam crucem cum quatuor globulis parvo circulo inclusam. Modulus argenteae hujus monetae exiguus Saeculo XII. proprius est. Alium Numulum ab hoc diversum edidit Stephanus *Weszpremi* in *Biographia Medicorum Hung. Centur.* 2. *P. II. p.* 229. *Fig.* 2. in cujus antica est aeque Crux in medio Circuli posita, extremitatibus in alias quatuor cruculas desinens, cum perigraphe quasi GAITIHA pro *Geisa*, vel *Geusa*; in aversa vero est inscriptio LADISLAVS REꝉ circa crucem cum quatuor triangulis in circulo expressam. Numulum hunc non posse referri ad *Geisam Primum* ostendit inscriptio aversae, in qua *Ladislaus* non *Dux*, sed *Rex* inscribitur; constat quippe sanctum *Ladislaum* nonnisi post obitum *Geisae* fratris fuisse Regem salutatum, et coronatum; itaque cum duo tantum Reges fuerint *Geisae* nomine, dubitari nequit, quin hic Numulus ad *Geisam Secundum* spectet, adeoque sententiam nostram de nomine *Ladislai Regis*, in parte aversa monetarum sub Regibus Saeculi XII. retento, et continuato, confirmet. Vid. *cit. Notit. p.* 126. GEISA II. successorem reliquit filium suum STEPHANVM III. cui duo patrui sui, LADISLAVS II. et STEPHANVS IV. alter post alterum, per Manuelem Imperatorem Constantinopolitanum intrusi, coronam praeripiebant, qua tamen ad breve dumtaxat tempus potiti sunt: prior enim sexto post inaugurationem mense vivere desiit, posterior autem quinto post mense victus cruento praelio

coronam,

coronam, et regnum nepoti suo *Stephano III.* restituere debuit. Trium horum Regum nullos certos haberi numos, scripsi in cit. *Notitia* p. 126. postea tamen pro *Catalogo* visum est ex dubiis numis quosdam deligere, et singulis unum alterumve cum aliqua verisimilitudine assignare, quos vide cit. *Catal. p.* 42. *seqq.* Serius vero mihi innotuerunt duo Numuli argentei ex Museo Illustriss. D. Comitis Leopoldi ANDRASSY, qui sic habent: Pars antica exhibet Caput coronatum, dextrorsum spectans, pectore tenus, cum inscriptione: STEPHA. REX. In parte aversa sunt duo animalia, lupi, an canes? dorsis obversis, capitibus retroflexis, et in medio areae luna cum stella. Alter Numulus itidem argenteus hujusmodi est: In antica legitur: MONET. LADISLAI. literis his in quatuor versus, tribus lineis subductos, distributis. In aversa parte occurrunt duo capita ad sese conversa sub duobus arcubus turriti cujusdam sacelli. In area superiore a dextris Stella vel Sol, et a sinistris luna cum stellula. Idem prorsus typus aversae reperitur in antica alterius Numuli anepigraphi, cit. *Notitia Tab. II. N.* 59. et *Catal. Tab.* 2. *Incert. N.* 13. editi, sed in isto pars altera exhibet draconem. Sitne prior Numus *Stephano III.* vel IV. vel V., posterior vero an *Ladislao II.* vel potius III. cognomine *Chuno*, tribuendus, in medio relinquo, cum ipsos hos numos nondum viderim, sed horum dumtaxat ectypa.

§. 5.

De Numis Regum BELÆ III., EMERICI, *et* ANDREAE II.

Stephano III. sine prole mascula defuncto successit junior frater BELA III. in aula Byzantina educatus, cujus Numi videantur in *Catalogo p. 45. seq. ac Tab. II.* Qui N. 1. 2. ac 3. recensentur, propter crucem patriarchalem Scuto triangulari inscriptam peculiari animadversione digni sunt. Nunc enim primum in monetis hungaricis Crux duplex forma quasi heraldica tamquam proprium Regni Hungariae Insigne occurrit. De hujus Crucis inter Insignia Regni cooptatae origine duplex est opinio: alii eam repetunt ab illa, quae Regibus nostris in Coronatione praeferri solet, adeoque ab ipso Regni Hungarici exordio; alii vero eandem ad *Andream II. Hierosolymitanum* referunt, affirmantque hunc Regem fuisse omnium primum, qui Cruce patriarchali pro armis heraldicis uti coeperit, et quidem imitatione Equitum Hospitalis Hierosolymitani, in quorum Fraternitatis consortium, dum in Palaestina ageret, adlectus fuerat. Qui posteriorem hanc opinionem sequuntur, numos nunc memoratos tribuunt *Belae IV.* uti etiam illos, qui cit. *Catal. p. 45. N. 4. et 5.* descripti sunt, sed cum in *Belae IV.* numis addi soleat vocabulum *Quartus*, vel certe numerus idem significans, in istis vero

id non occurrat; cumque praeterea constet, Crucem patriarchalem in ipsis adeo Saeculi XI. monetis hungaricis interdum reperiri, idcirco verisimilius est, numos, de quibus nunc agimus, esse *Belae III.* proprios. Typus Crucis patriarchalis inter duo capita coronata, interque solem et lunam, qualis *N.* 4. describitur, obvius est in Numis pro Sclavonia cusis, de quibus infra agetur. Extant numuli argentei bracteati cavi cum aquila, quos sub eodem Rege *Bela* signatos fuisse, colligi potest ex numulo *ibidem* *N* 6. descripto, in cujus aversa parte est simillimus aquilae typus. In libro *Notitiae* *p.* 136. *seq.* idgenus Numuli *Belae Quarto* tribuuntur ob adjectum in fine inscriptionis characterem quemdam literae K. similem. Qui *N.* 7. in cit. *Catalogo* refertur Numus, habens in antica Regem coronatum sedentem cum sceptro liligero in manu dextera, et globo crucigero in sinistra; in parte autem aversa nihil aliud praeter epigraphen Bela rex literis in plures ordines per duas lineas perpendiculares, ac totidem horizontales distributis, magnam habet, spectato hoc typo, affinitatem cum Bulla aurea *Belae III.* in Syntagmate Prayano *Tab. VI. fig.* 5. Elegantiam quamdam praesefert numulus cit. *Catal. p.* 46. *N.* 8. tam quoad effigiem Capitis coronati in circulo granulato, quam etiam ratione Crucis, brachia triangularia, et in medio corollam adpensam habentis; cujus quidem corollae sic adpensae

originem nonnulli ad *Andream II.* Hierosolymitanum referre solent, uti infra dicetur: quam sententiam si quis sequitur, numulum hunc Belae IV. tribuat oportet. De Numis *ibidem N.* 9. *ac* 10. relatis, in quibus est effigies Angeli draconem hasta confodientis, notatur in cit. *Notitia p.* 127. eadem prope formae exprimi *Michaelem* Archangelum in Sigillo authentico Capituli Vesprimiensis. — Sequuntur in *Catalogo nostro p.* 47. duo numi rarissimi *Emerico* Regi attributi, uterque cum effigie Regis in antica, et imagine Agni vexilliferi in aversa parte. Prior horum prope Caput Regis habet literam H. nonnihil quidem detritam, attamen sat conspicuam, qua Regem *Emericum*, qui et *Hemericus*, et *Henricus* in Sigillis ac diplomatibus scribitur, designari vix dubium esse potest. Vid. *Catal. Tab.* 3. *sub Andr. III. N.* 2. alium vero sine hac litera *Tab.* 2. sub *Andr. II. N.* 1. aeri incisum. Etiam *Andreas II. Hierosolymitanus* frater *Emerici*, hujusque successor, nonnullas monetas argenteas imagine Agni vexilliferi, vulgo paschalis, signavit, in quorum antica est protome Regis coronati additis literis A. R. Vid. *Notitia p.* 131. *Tab. II. N.* 50. Idem *Andreas II.* in hac sua moneta sine sceptro est sculptus; *Emericus* vero in priore Numo tenet sceptrum liligerum humero admotum, cujus apex occupat locum omissae literae R. In altero anepigrapho dextera manu gerit gladium, sinistra sceptrum crucigerum. De raritate Numo-

rum *Emerici* Regis, consule *Notitiam p.* 130. ubi alius, quidam numus dubius eidem tribuitur inscriptus hinc † *Moneta Regis Hungariae* circa coronam apertam in medio sitam, inde vero literis E. R. intermedio Capite coronato imberbi. De Numis *Ladislai* Infantis nihil constat: verisimile est nullos extare; ab obitu enim patris sui, mox a matre *Constantia* translatus fuit in Austriam ad Leopoldum Ducem, annoque eodem 1205. mense Majo, mortuus, *Andreae* patruo ac tutori suo regnum reliquit. Id mirum, quod hujus quoque Principis, qui annis triginta regnavit, ab anno scilicet 1205 ad 1235. pauci admodum Numi hodie supersint. Praeter Numum, cujus paullo ante meminimus, agro paschali insignitum, citra omnem controversiam ad *Andream II. Hierosolymitanum* spectat, qui in Catalogo nostro *p.* 48. *N.* 1. describitur. Antica est monepigrapha, in cujus medio sunt literae A B C et circa has inscriptio † ANDREAS REX. In aversa est Castrum cum tribus turribus, et aliquot globulis. Idem Numus videatur cit. *Notitia p.* 132. ubi variae de literis A B C adferuntur conjecturae, quarum praecipuae sunt; iis vel tres hujus Regis filios, Belam, Colomanum, et Andream designari, vel eas non aliud esse, quam signum probitatis argenti, ex quo id genus monetae fuerint cusae. Non morabor hoc loco referre etiam tertium diversi typi Numum argenteum ejusdem *Andreae* Regis e Museo Ill. Comitis Leop. *An-*

drassy, mecum nuper in Ectypo communicatum. Antica exhibet Crucem latam aequilateram anchoratam cum interjectis ad hujus angulos literis ANDR. In parte vero Aversa est galea coronata. Ceterum ex patriis Annalibus constat, sub Rege *Andrea II.* multos in rem monetariam irrepsisse abusus, multasque deterrimae notae monetas, quamdiu Judaei, et Ismaelitae Cameris Hungaricis praefuerant, fuisse procusas, quas cum dein aboleri oportuerit, nil mirum, si paucae nunc reperiantur.

§. 6.

De Numis BELAE IV. STEPHANI V. LADISLAI *Chuni*, *et* ANDREAE III. *Veneti.*

Quod historia de Rege BELA IV. velut novo Hungariae, per Tartaros propemodum funditus eversae, conditore tradit; illius nempe auspiciis plurimas ex Germania, Bohemia, et ex ipsa Italia colonias in Hungariam deductas, multasque artes ad usum vitae humanae necessarias, ac utiles partim invectas, partim expolitas, atque inter haec etiam Fodinas, unde metalla monetis cudendis uberius provenirent, majori quam antehac industria coli coeptas, id ipsi adeo numi ejusdem, utut quotidiani dumtaxat commercii, non vero memoriae causa signati, confirmare videntur; qui et plures, quam aliorum Saeculi XIII. Regum, et a peritioribus artis monetariae magistris facti super-

sunt, si nempe inscriptiones et figurae numorum ex argento signatorum considerentur. Nam quos *Bela IV.* suo, et filii sui *Stephani V.* regis junioris nomine ex aere cyprio feriundos curavit, alium produnt quasi barbaro graecum artificem. Ex argenteis ejusdem denariis ac obulis in *Catalogo p.* 49. quatuor describuntur, paucis nunc observationibus illustrandi. *N.* 1. Inscriptio est † MONETA BELÆ *Regis* circa numerum IIII. inter stellam et lunam positum. Pars aversa exhibet Gryphum, qui si Panthera esset, facile assentirer *Felmero*, existimanti eo Ducatum *Styriae* designari, quo *Bela IV.* aliquamdiu potitus erat, et cui Ducem praefecerat filium *Stephanum.* *N.* 2. † REX * BELA * elegans figura Regis in solio arcuato sedentis, cum sceptro crucigero in manu sinistra. In aversa † MONETA REGIS P HVNGARIA. Crux aequilatera, brachiis triangularibus annulo junctis, retro appensam habens corollam, circumpositis quatuor stellis. De origine hujus corollae seu potius laureae, videatur *Pray* in Syntagmate *de Sigillis Regum, et Reginarum Hung.* p. 63. ubi haec repetitur ab illa, quam *Andreas II. Belae Quarti* pater, ex Palaestina redux, in tesseram victoriae adsumpsit, Crucique adpensam in Sigillis suis expressit. *N.* 3. † REX BELA QVARTVS, elegans imago Agri nimbati Crucem tenentis. In aversa: VNGARIE. Rex coronatus sedens cum globo crucigero in dextera, et sceptro in sinistra. *N.* 4. BELE



QVARTI. Rex coronatus stans dextrorsum, ac laeva tenens sceptrum crucigerum, humero admotum. In medio partis aversae sculptum: OBVLVS. in area superiore duo capita jubata leonum sese respicientium, in inferiore quasi duae aves intermedio vasculo. *Pondere* 10. *granorum.* Cum *obulus* hungaricus; vulgo *Filér*, fuerit Semis *Denarii*, verisimile est eodem anno *Belam IV.* jussisse cudi *Denarios* granorum *viginti* singulos, quo pondere nulli hactenus ex prima Regum periodo detecti sunt. Obulus hic inter monetas *Belae IV.* est rarissimus, nunc primum editus. In eodem *Catalogo p.* 50. recensentur septem Numi aerei nomine *Belae IV.* *et Stephani V.* signati. De hoc peculiari pecuniae genere agitur in *Notitia p.* 138. *seqq.* Magnus eorum superest numerus in Hungaria, orbe sunt alii plano, alii parte una convexo, altera concavo, Graecorum *Cauciis, vel Scyphatis* similes, diametro latorum grossorum. Inscriptiones, et figurae in omnibus eaedem plus minus ruditer, ac mendose sculptae. In antica Icon Virginis Deiparae sine Jesulo, cum sceptro liligero in manu dextera, addita perigraphe † SANCTA MTRIA †. In parte aversa duo Reges in thronis arcuatis sedentes cum sceptro liligero in dextera, et globo crucigero in sinistra, ad latus dextrum in margine occurrunt characteres lectu difficiles REX BELA. ad sinistrum: REX STS. Primus de his Numis aeneis egit Godofredus *Schwarzius* edita dissertatiuncula hujus tituli:

Rei Numariae e medio aevo specimen. Osnabrugi typis Kislingianis 1747. *in 4-to* praefixo unius idgenus Numismatis ectypo. In qua recte quidem ostenditur, Reges in hujusmodi Numis repraesentatos, esse *Belam IV.* cum filio suo *Stephano V.* qui Rege juniore, verum quod in alia parte Virgo Deipara in sinistris ulnis Jesulum gerat, id arbitrarie assertum est. Apud *Joachim* in Museo Grossorum (*Groschen Cabinet T. II. Tab. XXXVI. N.* 4.) exhibetur hujus generis Numus, in quo ad latera Regum sedentium occurrunt literae hinc R. A. inde R. B. quae si rite lectae sunt, significant Regem *Andream II.* hujusque filium *Belam IV.* qua Regem juniorem. Quidam existimant aereos hos Numos memoriae causa fuisse cusos, *missilium* instar, ob coronationem Regis junioris vivo patre factam, sed verisimilius est, pro quotidiano usu esse factam hanc monetam temporariam, imitatione pecuniae aereae graecorum id temporis Imperatorum. Vid. *Notitia p.* 141. Ab obitu *Belae IV.* videtur desiisse cusio monetae cupreae, nam aliorum, qui hunc secuti sunt, Regum numi, quotquot hactenus innotuerunt, tantum argentei sunt. Stephano V. tribuuntur *Obuli* in *Catalogo p.* 51. descripti partim solidi, partim bracteati cavique. In illis praeter effigiem Regis coronati sedentis cum globo crucigero in dextera, adstitutis in area tribus stellulis, et litera N. vel K. pars aversa habet epigraphen STEPHAN REX literis in quatuor

distributis ordines. Figura Regis elegans persuadet, ut hi numuli huic potius, quam antiquiori Stephano Regi adjudicentur. Ad LADISLAVM III. cognomento *Chunum*, Stephani V. ex Elisabetha Cumana filium in Libro *Notitiae p.* 143. *seq.* referuntur 1) Obulus arg. in cujus antica est Avis cum perigraphe LAZLA. et in aversa quadrupes animal cum infra posita stella. 2) REX LADISLA. Caput Regis coronatum. In aversa Angelus draconem hasta confodiens. In area: B. De his duobus Numulis videantur animadversiones *l. cit. p.* 143. *seqq.* Serius innotuit, qui in *Catalogo p.* 61. recensetur cum inscriptione LADISLAI REX circa Caput coronatum, et in aversa cum effigie Christi sedentis, capite solis instar rotundo, ac lucem spargente: in area duo annuli. *Obulus arg. RR.* Inveniuntur et alii Numuli cum imagine Christi, sed alio modo expressi, protomen habentes capite nimbato, sine nomine Regis, cum inscriptione MONETA VNGARIE. vel † MONETA P. SC. et in aversa Crucem patriarchalem inter duo capita nuda, interque duas stellas: quos vide cit. *Catalog. p.* 57. *N.* 8. *et N.* 1. Opinio mea est, idgenus numulos fuisse cusos sub ANDREA III. *Veneto*, quia in his imago Christi sapit imitationem typi in monetis Venetis illa aetate usitati. Ceterum idem hic *Andreas III.* certiores alios habet sequentes obulos l. cit. *Notitiae p.* 146. 1-*mo* † REX ANDREA. Caput coronatum in circulo granulato. In aversa Caput mulieris. 2-*do*. REX

ANDREAS. Protome Regis coronati d. globum crucigerum, sinistra sceptrum aeque crucigerum tenentis, in circulo granulato. Pars aversa exhibet duo capita coronata ad basim Crucis, infra quam est M. coronatum. Posterior hic Numulus etiam in *Catal. p.* 52. recensetur, sed in quo est ANDRITO pro *Andrea* mendo Monetarii. In priore Numulo Caput muliebre est Caput *Thomassinae* Maurocenae, matris *Andreae III.* titulo senioris Reginae a filio decoratae: in posteriore autem M. indicat Maurocenum stemma. Patrem habuit *Andreas III.* Stephanum Ducem, Andreae II. Hirrosolymitani filium posthumum.

§. 7.

De Numis ex prima Regum Periodo anepigraphis, et aliis inscriptione MONETA VNGARIÆ, *vel* MONETA REGIS P SCLAVONIA *inscriptis sine proprio Principis nomine.*

Cum inter Numos hungaricos primae Periodi haud pauci reperiantur sine nomine Principis, a quo signati fuere, necesse est, ut hi quoque nonnullis observationibus seorsim illustrentur. In Catalogo primum occurrunt *Anepigraphi* Denarii, Obuli, et hemiobuli argentei *p.* 53. *seqq.* de quorum aetate sic existimo, qui pro typo meras utrinque cruculas habent, Saeculo XII. facti sunt: qui autem effigies Princi-

pum, animalia, aediculas, turriculas, Crucemve patriarchalem concinnius expressam referunt, ad Saeculum XIII. spectant. Typum Saeculo XI. proprium in nullo anepigrapho hucusque observavi. Quod attinet ad numulos † *Moneta Vngarie* inscriptos sine Principis nomine, quales cit. *Catal. p.* 56. recensentur, hos arbitror partim sub *Andrea III. Veneto*, partim ab hujus obitu cusos fuisse tempore velut Interregni, quo de eligendo novo Rege suffragia in partes distrahebantur. Favent huic sententiae Numuli *ibidem N.* 5. *et* 6. descripti, quorum pars aversa duas Aves exhibens nihil differt ab aversa numulorum pro Interrege *Ottone* Bavaro, *Caroli Roberti* aemulo signatorum. Animalia, quae in his monetis occurrunt, suspicor esse Insignia gentilitia Praefectorum cudendae monetae, sive Comitum Camerae. Postremam hujus Periodi Seriem efficiunt Monetae *pro Sclavonia* signatae in cit. *Catalogo p.* 57. *seqq.* aeri incisae non suo quidem loco, quippe *Tab.* 17. post Numos *Joannis Zapolyae*, alterius arbitrio locatae, qui forte sententiam *Kundmanni* secutus existimaverit cusas fuisse sub *Joanne Sigismundo*, Joannis Zapolyae filio, ob figuram Mustellae Martis, qua signantur, pro Lupo Zapolyiano habitam. In Libro *Notitiae* sub *Carolo Roberto* describuntur p. 195. seqq. addita animadversione, caeptam fuisse hujusmodi monetarum cusionem jam in prima Regum Periodo circa *Andreae II. Hierosolymi-*

lani tempora, et continuatam usque ad *Carolum Robertum*, hujusque filium *Ludovicum I.* Obvia illarum perigraphe est † MONETA REGIS (rarius DVCIS) P SCLAVONIA. obvius typus: hinc Mustella Martes dextrorsum currens inter duo astra; inde Crux patriarchalis inter duo capita coronata prope basim Crucis posita, additis in superiore area Sole, luna, stellis, aliisve signis, et circa medium nonnullis interdum literis solitariis. Qui paullo aliter habent, rarioribus accensendi sunt, veluti in quibus legitur † MONETA P.ASC. circa protomen Christi nimbati, in *Catal. cit. p. 57. N.* 1. vel REX SCLAVONIE circa typum consuetum mustellae Martis currentis *ibidem N.* 2. vel in quibus est Crux cum triplici stipite transverso, quorum infimo insident binae aves, *l. cit. p.* 59. *N.* 10. vel in quibus Martes sinistrorsum currit inter coronam supra, et stellam lunamque infra positas *ibidem N.* 10. *et* 11. vel in quibus aviculae insistunt coronatis capitibus ad basim Crucis patriarchalis occurrentibus, *ibidem N. 9.* Denarium vero ibidem *N.* 12. descriptum, ac *Tab.* 17. *N.* 11. aeri incisum, in quo sunt quatuor Capita coronata circa duas columnas Crucis velut fractae, error dumtaxat Monetarii, in repetita percussione admissus rarum facit. Duo capita coronata Cruci adstituta quidam opinantur pertinere ad Insignia Dalmatiae, tametsi hodie tria, eaque non Regum, sed Leopardorum capita coronata Dalmatiam designent; alii,

qui originem id genus numorum referunt vel ad Belam III. vel ad Andream II. vel denique ad Belam IV. existimant eadem duo Capita esse vel Belae III. cum filio Emerico vel Andreae II. cum filio suo Bela IV. vel Belae IV. cum Stephano V. regnantium Nam hi tres Reges erant, qui dictos filios suos in Regni consortium admiserunt, Regesque juniores crearunt. Alii demum autumant, Capita haec, quae modo coronata, modo nuda etiam infra Crucem conspiciuntur, esse potius dudrum Sanctorum Hungariae Regum, videlicet *Stephani I.* et *Ladislai I.* Posteriorem hunc *Bela III.* anno 1192. in Divorum numerum per *Caelestinum III.* Papam referri procuravit. Hanc sententiam arbitror ceteris verisimiliorem, licet ab his Capitibus absint circuli sanctitatis indices. In altera horum numorum parte est *Mustella Martes*: hoc animal esse vetus Insigne heraldicum Sclavoniae, testatur Diploma anni 1496. quo *Wladislaus II.* illud confirmavit, auxitque duabus fasciis Dravum Savumque repraesentantibus. Vid. Palma *Specimen Herald. R. Hung. p. 59. seq.* Verisimile est Sclavoniam antiquis temporibus hoc animali abundasse, hujusque pellibus tributa quondam dependisse, quae licet postea in praescriptum denariorum numerum commutata fuerint, tamen longo adhuc tempore mos obtinuit, ut *mardurina* tributa, vel *mardurinae* solutiones appellarentur, Tributarii vero *Mardurini*. *Mardurinae*, inquit *Andreas II.* in Bulla aurea

artic. XXVII. *juxta consuetudinem a Colomano rege constitutam solvantur.* Idem in aliis literis anno 1234. datis jubet per singulos *mardurinos* colligi IV. pondo. Bela IV. in diplomate anni 1224. postquam terram *Klokoche* cuidam *Radus* pluribusque aliis in perpetuum donasset, subjungit: *Hospites, quos praedicti liberi homines habuerint infra metas praescriptas, decem denarios debent persolvere annuatim pro mardurinis.* Apud *Kerchelich* Notit. praelim. p. 190. *Eberhardus* Episcopus Zagrabiensis in privilegio anno 1406. suis concesso, *a qualibet integra curia, seu marduriна* XII. denarios sibi solvi praecipit. Apud eundem *Hist. Eccl. Zagrab. p.* 61.

CAPVT II.

De praestantia et usu Numorum Hungariae ex altera Regum Periodo.

§. 8.

De Numis Wenceslai, Ottonis, *et* Caroli *Roberti.*

Altera ut Regum, ita et Numorum Hungariae Periodus, priore ditior, ac splendidior, incipit a Carolo Roberto, cui tamen in collectionibus praemitti solent monetae Wenceslai, et Ottonis, aemulorum eiusdem. *Wenceslaum* Hungari a Carolo dissidentes appella-

runt *Ladislaum*, atque ideo in cit. *Notitia* p. 186. huic Regi, seu potius Interregi, attribuitur obulus argenteus, qui sic habet: „Rex coronatus sedens d. globum crucigerum; s. sceptrum: in area B.)(LADISLAI REX. *sic.* Crux patriarchalis cum lata basi.“ Sigla B. notat Budam. Caelatura initium Saeculi XIV. sapit. Ad *Ottonem*, Wenceslai hujus successorem, indubie pertinet, qui *ibidem* hoc modo describitur: „OTTONIS REGIS. Corona in circulo.)(Duae aquilae colludentes. Item alius: † MONETA VNGARIE. Caput coronatum in circulo.)(Duae aquilae uti in praecedente numo; ac praeterea in medio N. vel Z. cum globulo. Posteriorem hunc vide in *Catal. p.* 62. De aliis horum Principum Numis in Hungaria signatis nihil certi constat. Dubii sunt, et ex numero incertorum, qui in *Catalogo p.* 61. Wenceslao adscribuntur propter leonem in aversa occurrentem. At vero in CAROLI ROBERTI Numis omnia sunt magis expedita. Primus in Hungaria *florenos auri* vulgo *Ducatos*, *latosque Grossos argenteos* signavit. *Aureorum* ejusdem unica dumtaxat species extat, eorum videlicet, qui parte antica sanctum Johannem Baptistam exhibent stantem, nimbatum, palliatum, tunicatum, dextera manu benedicentem, sinistra tenentem sceptrum crucigerum humero admotum cum epigraphe: S. IOANNES B. et in fine hujus nominis coronam formae exiguae; in aversa vero habent magnum lilium, et inscriptionem

KAROLV

KAROLV REX. Hujus typi Numi ex auro probissimo, pondere drachmae, primum omnium Florentiae in Italia circiter annum 1252. cudi coepere cum epigraphe FLORENTIA, tanta cum adprobatione, ut brevi in plerisque Europae regnis ac provinciis in locum Byzantinorum surrogati fuerint. *Floreni* dicti sunt per Syncopen pro *Florentinis*, quos in Hungaria jam sub *Ladislao Chuno*, Caroli Roberti avunculo, usitatos fuisse certum est ex illius Regis literis anno 1278. datis apud Car. *Wagner* in *Analectis Scepus. P. I. p.* 118. Sed horum aliquos ex auro Hungarico jam tunc fuisse procusos, nullo adhuc documento probari potest. Series itaque Aureorum Hungaricorum inchoat ab Aureis, typo Florentino per *Carolum Robertum* signatis, quorum hodie tanta est raritas, ut nuper unum idgenus Aureum Numophylus quidam non aliter, quam centum Rhenensibus florenis redimere valuerit. Aeri incisus videatur in *Catalogo Tab.* 4. *N.* 1. et in *Notitia Tab.* 2. *N.* 74. Ignotus fuit Caroli Roberti idgenus Aureus *Jacobo a Mellen*, qui Seriem Regum Hungariae e Numis aureis edidit Lubecae 1699. in 4-*to*, recusam auctamque per Godefr. Henr. *Burghart* Wratislaviae 1750. Quod vero concernit latos grossos argenteos ab eodem Carolo Roberto signatos, qui aeque primi, et antiquissimi sunt inter hungaricos, adeoque conservatione et attentione dignissimi, inscriptiones eorum, ac typi hoc modo variant. 1-*mo* in antica

parte legitur: MONETA KAROLI REGIS HVNGARIE. circa effigiem Regis coronati sedentis cum sceptro liligero, et globo crucigero. In aversa: † HONOR REGIS IVDITIVM DILIGIT. † IVS DAT PACEM PAX SALVTEM. In medio Scutum triangulare bipertitum, in quo a dextris lilia septem, a sinistris quatuor fasciae hungaricae, posteriore interpretatione significantes quatuor praecipuos Regni fluvios Danubium, Tibiscum, Savum, Dravumque. In area Siglae monetales. *2-do.* Antica, ut in praecedente Numo. In aversa † HONOR REGIS IVDITIVM DILIGIT. sine altera sententia. In medio Scutum triangulare inclinatum bipertitum, in quo a dextris sunt fasciae hungariae, a sinistris quinque lilia Andegavensia. Scuto incumbit galea coronata, cujus apicem efficit Caput Struthionis, rostro soleam gerentis, medium inter duas plumas. *3-tio.* In Antica: MONETA DOMINI KAROLI. Rex coronatus sedens cum globo crucigero in dextera manu, et sceptro liligero in sinistra. Sub pedibus duo Leunculi. In aversa: † DEI GRATIA REGIS VNGARIE. Scutum triangulare, in quo a dextris octo lilia, a sinistris quatuor fasciae hungaricae. Circa Scutum quindecim orbiculi crucula insigniti. Cruculae forsan supplent arma provinciarum Monarchiae hungaricae, quae in illis orbiculis, velut clypeis rotundis, ob exiguitatem spatii Monetarius non expressit. Videantur hi Grossi descripti, et delineati in *Notitia* p. 188. seq. et Tab. II. N. 75. 76. 77.

Item alii similes, diversis tamen cum siglis monetariorum, sed plerique circumcisi in *Catalogo* p. 63. seq. Tab. 4. *Car. Rob.* N. 1—7. Alium ab his inscriptionibus partis utriusque diversum, *Caroli Roberti* Grossum refert Matth. *Belius T. IV. Notitiae Hung. Novae p.* 184. quem sic describit: *Ejus facies anterior sedentem in solio Regem, dextra sceptrum, sinistra pomum aureum, cruce insigne, gerentem refert, cum perigraphe:* MONETA ARGENTEA NOVA KARVLI REGIS. *Aversa, insignia habet Hungariae, cum gentilitiis Caroli ita innexa, ut reclinati Scuti pars dextra fluviorum Hungariae tramites illos, sinistra quinque lilia, Gallicis aequalia, ostentet; galeam denique Struthionis caput, rostro soleam prensans, cum gemino elephanti brachio, utrinque e corona prominente, exornat, cum inscriptione:* DOMINVS DILIGIT IVDICIVM REGIS." *Beliano* huic Grosso similem se possidere innuit RR. *Katona T. IX. Hist. Crit. Reg. Hung. p.* 231. Sed vereor, ne forte *Belius* quemadmodum duabus plumis Struthionis *geminum elephanti brachium* substituit, ita etiam inscriptiones in suo grosso exesas, vel abrasas, conjectando dumtaxat suppleverit. Si tamen secus est; idgenus Grossi prioribus longe sunt rariores. Etiam *Denarii* et *obuli* argentei hujus Regis miram figurarum varietatem offerunt. Antica quidem communiter vel Caput coronatum, vel protomen Regis coronati, vel integram effigiem Regis coronati sedentis cum

sceptro liligero, et globo crucigero exhibet. Inscriptiones vero: KAROLVS REX HVNGARIE, vel KAROLI REGIS, et in aversa M. REGIS HVNGARIE vel MONETA REGIS KARVLI. At partis aversae typi in illis, quos hactenus vidi, sic variant. 1) Scutum, in quo lilia gallica diverso numero, et quatuor fasciae hungaricae. 2) Juxta simile scutum in area hinc, et illinc lagunculà Sanctae Mariae Magdalenae, Comitibus Provinciae Narbonensis, unde Domus Andina Caroli Roberti suam traxit originem, usitata. 3) Caput Struthionis inter duas plumas. 4) Galea coronata, ex qua prominet Caput Struthionis in medio duarum plumarum. 5) Scutum, in quo lilia, et fasciae, pro telamonibus habent duos Struthiones. Chronicon Thurozianum *Cap. XCIX.* diserte meminit, Carolum Robertum habuisse inter alia insignia Struthionem. 6) Galea coronata, plumisque Struthionis ornata. 7) Lilium magnum, Florentino simile. In hoc pars antica refert Caput Regis, pileo rotundo in coronam fastigiato, tectum. 8) Effigies Angeli, alludens ad titulum *Principis Salernitani, et Honoris, ac Montis Sancti Angeli,* quem Carolus Robertus ceteris titulis adjungere solebat. In circulo aversae est corona aperta. 9) Agnus cum vexillo crucigero. 10) Aquila expansis alis. 11) Crux patriarchalis inter duo capita coronata, ex quibus duae aves, et totidem lilia prominent. 12) Aquila, vel Falco circulum sibi oppositum ingrediens Venatore

magistro. In antica hujus numuli protome Regis coronati, et litera K. in area. 13) *M. Budens.* Crux patriarchalis. In aversa parte Caput Struthionis inter duas plumas prominens ex corona aperta. &c. Vid. *Notitia p.* 191, *seqq. Tab. II. N.* 78—91. *Et Catalogus p.* 65. *seqq. Tab.* 4. *Car. Rob. N.* 8—17. Sub eodem Carolo Roberto multi quoque denarii banales et obuli prodierunt cum inscriptione *Moneta Regis pro Sclavonia*; de quibus in fine Capitis praecedentis agimus. Praeterea apud *Zanetti* Diss. *de Numis Regum Mysiae, seu Rasciae, ad Venetos typos percussis p.* 58. descriptus et editus est numus argenteus, in cujus autica legitur: KARVLVS REX S. STEFANVS. in medio hi duo Reges stantes vexillum crucigerum simul tenent. In aversa: IC. XC. effigies Christi sedentis; in area duo lilia. Hunc Numum fuisse a *Carolo Roberto* signatum post victoriam de *Vrosio II.* Serviae, et Rasciae Rege relatam, ostenditur in cit. *Notitia p.* 200. *seq.*

§. 9.

De Numis Lvdovici I. Mariae *Reginae. et* Caroli *Parvi.*

Volupe est intueri variantes in Lvdovici I. Aureis typos, et siglas. Museum Instituti Nationalis Széchényiani praestantissimam horum Syllogen habet descriptam in *Catalogo p.* 67. *seqq.* et editam *Tab. IV. et V.* Qui *N.* 1. et

2. recensentur cum effigie S. Joannis Baptistae, et flore lilii, typum florentinum aeque imitantur, ac Aurei Caroli Roberti, solaque inscriptione partis aversae † LODOVICI REX. *sic.* ab illis differunt. Pertinent ad primos hujus magni Regis annos. N. 3. 4. et 5. descripti retinent adhuc in antica imaginem S. Johannis B. sed addito juxta pedem sinistrum parvo quodam Capite humano fascia redimito: pars autem aversa horum aureorum jam propria Regni Hungariae, et gentilitia Domus Andegavensis arma exhibet, quatuor nempe fascias, et quinque lilia in scuto cum inscriptione: † LODOVICVS DEI GRACIA REX. N. 6. jam etiam typus partis anticae novus est, habetque imaginem sancti *Ladislai* stantis, coronati, nimbati, palliati, dextra tenentis pro sceptro hastam securigeram, sinistra globum crucigerum; in area hinc duo lilia, inde tria, et prope sinistrum pedem Caput parvum fasciatum, dextrorsum spectans. Pars aversa est similis praecedenti, exhibens nempe insignia Hungarico-gallica in clypeo sex hemicyclis duplicatis incluso. In reliquis aureis deinceps constanter in una parte recurrit effigies S. Ladislai cum epigraphe SANCTVS LADISLAVS R. in alia vero clypeus fasciis hungaricis, et liliis gallicis insignitus cum inscriptione: † LODOVICI. D. G. R. VNGARIE. Signa tamen accessoria in parte antica in aliis aliter occurrunt. In quibusdam pro siglis monetariis sunt mera lilia ad utrumque S. Ladis-

lai latus, in aliis accedunt et literae P. vel B. vel figura parvi capitis ad laevum pedem positi. Ceteris rarior est aureus, in quo simile caput fasciatum simo naso non ad pedem, sed in area ad latus dextrum Sancti Ladislai occurrit solitarium, sine liliis. Vid. *Catal. p.* 70. *N.* 10. *ac Tab.* 4. *in fine.* Editus est huic similis etiam a *Burgharto* in nova editione Jacobi a Mellen *p.* 302. *Tab. III. N.* 21. Latorum *Grossorum* argenteorum *Ludovici Primi* est major hodie raritas, quam ejusdem Aureorum. In Libro *Notitiae* p. 205. unicus describitur qui sic habet: „LODOVICVS DEI GRACIA HVNGARIE. Rex coronatus sedens d. tenet sceptrum liligerum, s. globum crucigerum, ante thronum conspicitur caput humanum minore forma.)(. DALMACIE CROACIE. Scutum triangulare bipertitum, in quo a dextris quatuor fasciae hungaricae, a sinistris campus liliis inseminatus." Nunc primum in moneta hungarica occurrunt tituli Dalmatiae et Croatiae additi ad titulum Regis Hungariae, qui in sigillis ac diplomatibus jam a tempore *Colomani* usitati erant. Alii duo recensentur in Catalogo p. 70. a priore diversi, videlicet 1) † MONETA LODOVICI REGIS HVNGARIE. Rex in throno duabus cruculis ornato sedens d. sceptrum crucigerum, s. globum aeque crucigerum gerit.)(. † HONOR REGIS IVDICIVM DILIGIT. Scutum Rhomboidale continens a dextris fascias hungaricas, a sinistris sex lilia. In area sigla L. 2) HONOR REGIS IV-

DICIVM DILIGIT. Rex coronatus in throno duobus liliis ornato sedens d. sceptrum liligerum tenet, s. globum crucigerum.)(. † MONETA LVDOVICI REGIS VNGARIE. Scutum inclinatum continens a dextris 4. fascias, a sinistris 5. lilia, incumbente eidem galea coronata cum Struthionis capite inter duas plumas. In area pro Siglis monetariis hinc parva corona, inde A." In *denariis* ejusdem et *obulis arg.* typi magis obvii sunt: 1) Cum nomine, et effigie Sancti *Ladislai* in una, et cum nomine *Ludovici R. Ug.* scutoque fascias hung. et lilia gallica inaequali numero complectente in parte alia. 2) cum inscriptione † MONETA LVDOVICI circa caput fascia revinctum, simo naso, in antica; et † REGIS HVNGARIE circa crucem patriarchalem, in aversa. Differunt inter se siglis monetariis, quae sunt vel literae solitariae, vel liliola, vel stellulae. In uno est siglae loco exiguum caput fascia cinctum in latere dextro Sancti Ladislai. Variae conjecturae de hujusmodi capite, quod nonnulli Mauri, vel Maurae appellant, in Numis tam aureis, quam argenteis Ludovici I. occurrente, videantur in cit. *Notitia p.* 206. Videtur tamen non aliud esse, quam insigne gentilitium Comitis Camerae, sub quo idgenus Numi fuere percussi. Rarioribus adnumerandi sunt, in quibus diversi a duobus nunc memoratis observantur typi. Hujusmodi est unus cum typo coronae apertae in aversa, cit. *Notit. p.* 207. *N.* 7. alius vero cum effigie Regis stan-

tis in antica, et Lilio magno in aversa. *Ibidem p.* 208. *N.* 9. Item tertius e Museo Comitis Leop. *Andrassy* in cujus antica est Caput nudum cum perigraphe † MONETA - ODOICI in aversa vero Struthio stans inter siglas n et h. Extat ibidem et alius numulus arg. anecdotus, in cujus antica est Caput nudum sine inscriptione: in Aversa vero legitur: BVDEN CI - - IS. *Civitatis.* In medio est Inous. — Ab obitu *Ludovici I.* regnavit hujus filia MARIA Regina variis exercita casibus antea, quam *Sigismundo Lucemburgico* jungeretur. Hujus monetae praesertim *Aureae* inter rariores computantur. Inscriptio ac typus Aureorum *Mariae* est in antica: S. LADISLAVS REX. solita hujus Sancti effigies. In aversa: MARIA DEI G. R. VNGARIE. Scutum complectens 4. fascias hungaricas, et lilia modo plura, modo pauciora; ornatus Scuti idem qui in *Ludovici I.* Aureis. In *Catalogo* p. 73. tres recensentur, solis siglis monetariorum diversi. Cum autem in antiquo *Hermanni Corneri* Chronico apud *Eccardum* T. II. *Script. Germ. p.* 1155. haec verba legantur: *Fecit propriam fieri monetam, et in florenis sculpi fecit Maria Rex Hungariae*, idcirco nonnulli in supra memorata inscriptione: † MARIA DEI G. R. VNGARIE. censent literam R. non *Reginam* sed *Regem* significare. Hanc sententiam impugnat Andreas *Bel* edita peculiari commentatiuncula *De Maria Ludovici Primi Principe filia, non Rege, sed Regina.* Id certum est, ne unicum

quidem hujus Reginae Aureum esse detectum cum inscriptione: MARIA REX. in argenteis autem ejusdem denariis vocabulum REGINE integrum est obvium. In Sigillis etiam, ac diplomatibus eadem *Maria* se Reginam, non Regem, inscribit. *Grossi* ejusdem nondum reperti sunt. Nam quos Auctor quidam in Viennensibus Indiciis (*V-ter Jahrgang. p. 377. seqq.*) pro Numis *Grossis* habet, non *Grossi* sunt, sed typaria duorum Sigillorum, et quidem unum, quo Sigillum diplomatis anni 1389. expressum erat cum hac epigraphe: † SIGILLVM MARIE REGINE HVNGARIE. alterum cum sequente inscriptione: S. MARIE DEI GRA. REGINE HVNGARIE DALMACIE CROACIE. Vid. *Notitia*-p. 210. seq. *Denariorum*, et *obulorum* MARIÆ inscriptiones ac typi sic variant *ibidem*: 1) † MARIA R. VNGARIE. Corona aperta in circulo granulato.)(. MONETA MARIA *sic*. Crux patriarchalis anchorata, cujus cuspides unionibus ornatae, in circulo aeque granulato. 2) † MONETA MARIE. Crux duplex anchorata in circulo granulato.)(† REGINE VNGARIE. in circulo granulato M coronatum. In area duo lilia. 3) M coronatum inter duo lilia majuscula sine inscriptione.)(. Crux patriarchalis insistens coronae duobus liliis ornatae. In privilegio a *Maria* Regina civitati Posoniensi collato, de cusione monetae *Quadring* dictae leguntur haec verba: „*eademque moneta nostra ex una parte habebit Crucem duplicatam, ex alia vero parte Coronam, seu*

formam coronae. — Quanam ratione contra *Mariam* Reginam Carolus *Parvus* ejus consobrinus ex Apulia in Hungariam a seditiosis evocatus, Rexque Hungariae sub finem anni 1385. coronatus, ac post aliquot hebdomadas Budae interremptus fuerit, notum est ex Annalibus. Si qui exstant hujus Regis Numi hungarici, paucissimi, ac rarissimi sint oportet, nec enim tam brevi temporis intervallo majorem eorum numerum procudere licuit. Affirmat tamen Joh. Tob. *Köhler* in suo Opere *Ducaten Cabinet* inscripto, *P. I. p.* 216. genuinum esse *Caroli Parvi* Aureum illum unicum, qui suo tempore Hamburgi in Museo *Dudiano* asservabatur, descriptum *ibidem sub N.* 661. hoc modo: KARVLVS DEI GRA. REX. effigies Regis in throno sedentis cum pomo crucigero in dextera, et sceptro in sinistra.)(. HVNGARIE. IN NOMINE IHV. XPI. (*Jesu Christi*) Scutum coronatum bipertitum continens Insignia Neapolitano Hungarica. Ex argenteis vero denariis, qui eidem seu in supplemento Burghardiano *Tab. VI. N.* 58. sive in Catalogo nostro *p.* 74. tribuitur, minus certus est.

§. 10.

De Numis Regum Sigismundi, Alberti, *et* Wladislai I.

Sigismundus, Imperatoris *Caroli IV.* secundo genitus, Conjux *Mariae* Reginae Ludo-

vici I. filiae, ob diuturnum in Hungaria regimen ab A. C. 1387. usque ad 1437. multos hodieque tam aureos, quam argenteos numos hungaricos habet superstites. Pars antica omnium *Sigismundi Regis* aureorum ornatur nomine et effigie Sancti *Ladislai* stantis coronati nimbati palliati, tunicati, dextraque manu extensa pro sceptro bipennem tenentis, sinistra aeque extensa globum crucigerum, cum diversis in area siglis monetariorum: Pars autem aversa constanter habet Scutum quadripartitum circulo granulato inclusum, in quo hungaricae quatuor fasciae modo cum leone bohemico, modo cum aquila brandeburgica alternant addita perigraphe † SIGISMVNDI D. G. R. VNGARIE. Posteriores hi prius cudebantur, antequam videlicet *Sigismundus* fratri suo *Wenceslao pigro* in Regno Bohemiae successisset, adeoque ante annum 1419. Quamobrem tam in *Notitia p.* 212. *seq.* quam in *Catalogo p.* 75. *ac Tab.* 5. *et* 6. oportuisset Aureos cum fasciis et aquila praeponere Aureis, qui fasciis et leone signati sunt. De *Grossis* hujus Regis, in Hungaria signatis, incertum, an exstent. In denariis argenteis Sigismundi haec occurrunt 1) MON. SIGISMVNDI. Crux patriarchalis anchorata circulum longitudine excedens.)(† REGIS VNGARIE ETC. Scutum quadripartitum, in quo fasciae hungaricae cum aquila brandeburgica alternant. 2) Antica, ut in praecedente, sed accedunt siglae monetariae.)(. Scutum solas fascias complectens, perigra-

phe eadem, quae in priore. 3) In aliis, praecipue obulis argenteis, antica exhibet crucem simplicem anchoratam circumpositis quatuor coronis. In aversa Scutum quadripartitum cum fasciis hungaricis et aquilis Brandeburgicis alternantibus; circa quod Siglae monetariae: inscriptio nulla. 4) Crux simplex anchorata, circa quam duae coronae, et duae siglae K. G. In aversa vero Scutum bipertitum continens quatuor fascias a dextris, et leonem bohemicum a sinistris. Matth. *Belius* T. 1. *Notit. Hung. Nov.* p. 153. meminit cujusdam privilegii, quo *Sigismundus* cives *Posonienses* constituit Comites cusionis omnis generis monetae Regiae. et proventus, qui inde redibant, inter fiscum suum, et civitatem partitus est: eademque occasione idem Auctor notat, Numos Posonii signatos a reliquarum officinarum moneta fuisse duabus literis L. P. discriminatos, quas literas *Ligam Posoniensem* interpretatur, ex proprio. ut videtur, ingenio suo: alias enim, si duae literae solitariae in moneta hungarica occurrant, una quidem est initialis litera nominis officinae, altera vero nominis Praefecti monetae cusae. Cujus rei testis est non modo *Thurnschwambius*, hujusque continuatur *Rindmillerus*, verum etiam Numismata uncialia *Wladislai. II.* in quibus integra vocabula occurrunt pro K. T. *Kremniz. Turso* — Numi Regis Alberti qui alterum dumtaxat in annum regnavit, habent plerique notam raritatis. In Aureis ejusdem

antica retinet nomen, et consuetam Sancti Ladislai effigiem, siglis tantum monetariorum variantibus. Aversae perigraphe est: † ALBERTVS D. G. R. VNGARIE. Typus: Scutum in circulo granulato quadripartitum, complectens vel solas fascias hungaricas cum leone bohemico alternantes, vel in quo aream *primam* occupant fasciae hung. *secundam* leo bohem. *tertiam* fascia Austriae, *quartam* aquila Moraviae. Vid. *Notitia p.* 216. *seq. Tab. III. N.* 112. *seq.* et *Catalog. p.* 78. *seq.* Ex denariis argenteis *Alberti* rarior, ac praestantior est ceteris, in quo occurrit illius protome adversa coronata inter siglas N. S. cum perigraphe: † REGIS VNGARIE ETC. et cum inscriptione alterius partis † MONETA ALBERTI. circa Scutum quadripartitum, in cujus area prima sunt fasciae hungaricae, in secunda, et tertia leo bohemicus, in quarta aquila Moraviae. Aliorum denariorum sunt sequentes inscriptiones ac typi. 1) MONETA ALBERTI. Crux patriarchalis in circulo et siglae monetariae.)(† REGIS VNGARIE EC. Scutum solas fascias hungaricas complectens. 2) M. ALBERTI R. VNGARIE. Crux patriarchalis et siglae.)(. Quatuor scutula: Hungaricum in medio, Bohemicum a dextris, Austriacum a sinistris, et infra haec Moravicum. In plerisque primo statim obtutu observari potest aes praedominans argento. Post obitum *Alberti* A. C. 1440. Regnum Hungariae in duas factiones fuit scissum, quarum altera WLADISLAVM I. sibi Regem delegit, altera LA-

DISLAO *posthumo* adhaesit. WLADISLAVS I. bello Turcico ad Varnam occubuit A. C. 1444. In hujus *Aureis* antica habet nomen et effigiem S. Ladislai solitis cum attributis, et siglis. Aversae perigraphe est: † WLADISLAVS D. G. R. VNGARIE. Typus: Scutum quadripartitum, in quo sunt 1-*mo* quatuor fasciae Hung. 2-*do*. Aquila Poloniae. 3-*tio*. Eques Lithvaniae. 4-*to*. Crux patriarchalis. Cum alio Aversae typo vix exstat. *Denarii* hujus Regis constant vilissimo argento, horumque typi sunt sequentes. 1) M. WLADISLAI REGIS. Crux patriarchalis, et stellulae.)(Tria scutula, Hungaricum, Polonicum, et Lithvanicum inclinata ad triangulum, in quo crucula est. 2) M. WLADISLAI DEI G. Scutum coronatum, in quo fasciae Hung. et Crux patriarchalis.)(. † REGIS VNGARIE ETC. Scutum, in quo Eques Lithv. 3) Inscriptiones ut in praecedente, sed in medio anticae est aquila Polonica, in medio autem aversae Scutum continens fascias Hung. et crucem patriarchalem. *Vid. Notitia p.* 220. Alius ab his diversus occurrit in *Catalogo p.* 81. *N.* 6. in cujus parte aversa apparent vestigia nominis, et effigiei divi Ladislai Regis. In aversa est Crux patriarchalis cum perigraphe WLADISLAI REGIS. Hic rarior est ceteris. *Ibidem* describitur Numus aeneus, diametro Denarii, sed molis adeo crassae, ut 3. drachmas, et amplius appendat, cum inscriptione ac typo Denarii, qualem isthic N. 2. recensuimus. Qui cum videatur nonni-

hil argenti continere, species quaedam Grossi hungarici fuerit, hodie rari.

§. 11.

De Numis JOHANNIS *de Hunyad Gubernatoris, Regumque* LADISLAI *Posthumi, et* MATTHIAE *Corvini.*

Interest etiam meminisse Numorum, qui post *Wladislai I.* interitum cusi fuerunt durante *Interregno*, et sub *Johanne Hunyadio* Gubernatore, antequam *Ladislaus Posthumus*, in Austria apud *Fridericum* Caesarem detentus, Regni Hungariae gubernacula capesseret. In *Catalogo* describuntur *p.* 82. *seqq.* Qui ad *Interregnum* referuntur, sunt denarii partim anepigraphi, partim vero hujus inscriptionis ac typi: † MONETA REGNI VNGARIE. Scutum solas quatuor fascias continens. In aversa: DALMACIE CROACIE ETC. Crux patriarchalis et siglae B. N. In anepigraphis pars una Crucem patriarchalem, altera exhibet coronam. Constant vili admodum argento. Ex monetis vero *Johannis de Hunyad* Regni Hungariae Gubernatoris commemorandi veniunt ob raritatem primum *Aurei*, in quorum Antica est nomen et effigies consueta Sancti *Ladislai*, in aversa vero Scutum complectens insignia hoc ordine: 1-*mo* fascias Hung. 2-*do*. Crucem patriarchalem, 3-*tio* Corvum gentilitium Domus Hunyadianae. 4-*to* iterum fascias Hungariae; cum perigraphe: † IOHANNES

IOHANNES D: h. w. R. VNGARIE GVB. Literae h w junctim legendae sunt. *De Hunyad Regni Vngariae Gubernator*: non autem cum *Jacobo a Mellen* in *Serie Reg. Hung. p. 60. De Hunyad Wladislai Regis Hungariae Gubernator:* neque cum aliis: *Wajwoda Regni Hungariae Gubernator*. Hi enim aurei fuerunt cusi ab A. C. 1446. ad 1452. quo tempore *Joannes Hunyadius* non potuit esse *Wladislai* Regis, jam anno 1444. extincti, Gubernator. Sed neque amplius Wajvodae titulum gessit, verum Gubernatoris Regni Hungariae tantum, uti constat ex Chronicis Johannis de Thurocz, et ex argenteis ejusdem Denariis, in quibus nunquam Wajvodae, sed Gubernatoris tantum occurrit titulus. Vid. *Notitia p.* 222. ubi hi denarii recensentur: 1) † M. REGNI VNGARIE. Scutum quatuor fascias Hung. continens.)(. TEMPORE IO. GVBER. Crux patriarchalis, et siglae monetariae. 2) MONETA IOH -- Corvus in ramusculo)(-- HVNGARIE. Scutum bipertitum fascias, et Crucem patriarchalem complectens. 3) TE*mpore* IOHANIS. Crux patriarch.)(. M. REGNI VNGARIE. Scutum cum quatuor fasciis. 4) MONETA REGNI VNGARIE. Crux patriarch.)(. † TEMPORE GVBERNATORIS. Leo cum cauda bifurcata. Item in *Catalogo p.* 83. Antica, ut in praecedente, in aversa vero legitur: † TEMPORE IO. GVBERNATOR. Leo coronatus, caudam habens bifurcatam. De leone Bohemico in Denariis Johannis de Hunyad Gubernatoris vid. animadversiones in cit. *Notitia*



p. 223. ubi etiam de Leone Bistricensi fit mentio, quem *Johanni Hunyadi* ad Corvum gentilitium *Ladislaus Posthumus* addidit una cum titulo Perpetui Comitis Bistricensis, eo primum tempore, quo Gubernatoris munere sese abdicavit. — Monetae tam aureae, quam argenteae *Ladislai Posthumi* sunt minus rarae. In *Aureis* antica communiter ornatur nomine, et icone consveta Sancti Ladislai, cum siglis variis in area occurrentibus, aversa exhibet Scutum quadripartitum, in quo sunt Fasciae Hung. Leo Boh. Aquila Morav. et Fascia Austriae, cum inscriptione: LADISLAVS D. G. R. VNGARIE. Ceteris rarior est, in cujus aversa solius Hungariae Insignia, videlicet quatuor Fasciae, et Crux patriarchalis, in scuto quadripartito exprimuntur. Item alius hac inscriptione ac typo: MONETA LADISLAI DEI GRA. Scutum quadripartitum continens 1) Fascias quatuor Hungariae. 2) Leonem Boh. 3) Aquilam Silesiae. 4) Fasciam Austriae et Siglas: K. P. In Aversa: † REGIS VNGARIE ET CETERA. In medio Aquila Moraviae. Vid. *Notitia p.* 226. *N.* 4. *Tab. IV. N.* 132. Denariorum autem, et obolorum ejusdem Regis, ex vili argento plerorumque, sequens invenitur varietas. Qui magis obvii sunt, in his ex una parte est Crux patriarchalis anchorata; ex altera Scutum exhibens vel solas quatuor Fascias Hung. vel praeter has etiam Leonem Bohemiae, aquilam Moraviae, et Fasciam Austriae aut in uno eodemque Scuto, aut

in diversis quatuor parmulis. Inscriptio postremorum est tantum in parte antica circa crucem: M. LADISLAI R. VNGARIE. In prioribus autem utrinque hoc modo: in Antica † MON. vel MONETA LADISLAI. in Aversa vero: † REGIS VNGARIE ETC, Praestantiores, minusque vulgares censendi sunt sequentes: 1) M. LADISLAI R. VNGA. Protome Regis Ladislai Posthumi dimidium expressa, coronati, paludati dextra bipennem pro sceptro, sinistra globum crucigerum tenentis. In area partis aversae tribus hemicyclis clausa, duo Scutula Hungariae ad sese inclinata infra coronam. 2) S. LADISLAVS REX. Effigies hujus Sancti solitis cum attributis. In aversa: Crux patriarchalis anchorata insistens Tricolli. 3) MON. LADISLAI RE. Crux anchorata in Tricolle inter Siglas B. P. In aversa: Scutum coronatum, in quo Insignia Hung. Bohem. Dalm. Morav. Vid. *cit. Notit. p.* 227. *Tab. IV. N.* 135. *seqq.* et *Catalog. p.* 85. *N.* 1. *seqq. Tab.* 4. *N.* 12. *seqq.* — Sub MATTHIA *Corvino* ab A. C. 1458. ad 1490, praeter monetas usuales aureas, et argenteas jam et *Numismata mnemonica* occurrunt. In libro *Notitiae* p. 229. seq. bina recensentur, quae sic habent: 1) MATHIAS REX HVNGARI. BOHEM. DALM. Caput Regis laureatum, sinistrorsum conversum.)(. Duo exercitus praeliantes: Hungaricum crucula duplex, Turcicum lunula, vexillo inscripta, discriminant. *Numisma aureum mediae magnitudinis ibidem Tab. IV. N.* 139. *e Museo Illustr. Com.*

GEORGII FESTETICS. Aliud simile Musei Caesarei Vindobonensis editum est a *Du Valio* (*Monnoies en Or p.* 101.) 2) MATH. HVN. COR. PANNONIAR. BOH. Q. REX. Protome Regis vultu adverso.)(. CAESARE. MAGNA MIHI. VICTO. THRACVMQ. TYRANNIS. MAIOR. APOLLINEA. GLORIA. PARTA. TVBA. EST. ANNO MCCCCLXXXV. Insculptum tabulae quadratae, lemniscis ornatae, infra quam est Corvus annuliger. *Arg. semuncial.* ex Museo Exc. Com. JOANN. NEP. ESZTERHAZY. Anno hujus Numismatis 1485. MATTHIAS *Hunyades Corvinus Pannoniarum, Bohemiaeque Rex,* Viennam Austriae expugnavit, compluribus jam antea victoriis reportatis tam de Caesare *Friderico III.* quam de *Mahomete*, et Bajazete Turcorum Sultanis. Auctores cudendorum idgenus Numismatum fuerint eruditi Itali, qui partim cum Regina *Beatrice* in Hungariam venerunt, partim alio etiam tempore ab Rege Corvino acciti erant, ac stipendiis publicis alebantur. *Corvinianum* itaque Regnum in historia Rei Numariae Hungarorum peculiarem constituit epocham, a qua incipit Series Numismatum memoriae causa signatorum. Sub eodem quoque Rege usuales Monetae *aureae*, et *argenteae* primum omnium effigie Mariana insigniri coeperunt. Sunt autem *Aurei* MATTHIAE *Corvini* spectato typo duplicis generis, magno hodieque numero superstites, nempe alii cum effigie Virginis Deiparae, et sancti Ladislai; alii vero cum effigie tantum S. Ladislai, et Scuto; omnes

pondere hodiernorum Ducatorum. Priorum inscriptiones ac typi sunt sequentes. In Antica: MATHIAS D. G. R. VNGARIE. Virgo Deipara *velata*, vel *coronata* sedens cum Jesulo in *dextro* sinu, rarius *in sinistro*. Infra iconem Corvus annuliger. In parte aversa: S. LADISLAVS REX. Stans hic Sanctus coronatus, nimbatus, palliatus, tunicam nodulis adstrictam indutus, dextra curtam securim, sinistra globum crucigerum tenens. In area Siglae monetariae. Alii vero sine icone Mariana sic habent; In antica: S. LADISLAVS REX. Effigies hujus Sancti, ut in praecedente. In aversa: MATHIAS D. G. R. VNGARIE. Scutum quadripartitum, in quo sunt 1) quatuor fasciae. 2) Leo coronatus. 3) Corvus annuliger in ramusculo, vel sine hoc. 4) Crux duplex. In aliis horum digmatum alius ordo, puta: 1) fasciae quatuor. 2) Crux duplex. 3) Corvus annuliger. 4) Leo coronatus. Vid. *Catal. p.* 86. *usque* 91. *Tab.* 9. *et* 10. ubi ex Aureis Corvinianis cum effigie Mariana 25. et sine hac cum scuto 16. reperies, omnes fere diverso cuneo percussos cum variis monetariorum siglis, et cum variis ad iconem Marianam parergis. Characteres inscriptionum non in omnibus sunt formae monasticae, seu neo-gothicae, sed in quibusdam proxime ad veteres Romanos accedunt. Figurae quoque in nonnullis melius sculptae, rudius in aliis. *Grossi argentei Corviniani* sunt rariores Aureis. In illorum antica Inscriptio est: PATRONA HVNGARIE. Typus:

Deipara capite velato sedens cum Jesulo in dextro sinu. In area siglae monetariae. Partis aversae perigraphe; † MONETA MATHIE REGIS. Typus: Scutum quadripartitum, in quo sunt: 1)quatuor fasciae. 2) Crux duplex. 3) tria capita coronata Dalmatiae. 4) Leo Bistricensis, unguibus coronam tenens. In corde ejusdem Scuti est parmula Corvum annuligerum, ramusculo insistentem, continens. In alio simili grosso divinus pusio, quem Deipara gerit, est capite coronato. Hungaricis idgenus Grossis jungi solet Silesiticus, in cujus antica legitur: GROSSVS WRATISLAVIENSIS circa imaginem sancti Johannis B. stantis cum disco, in quo est agnus cruciger. Aversae perigraphe est: MATHIAS PRIMVS D. G. R. BOHEMIE. Scutum quadripartitum, in quo sunt 1) quatuor fasciae Hung. 2) Leo Boh. 3) Bos Lusatiae. 4) Aquila Silesiae; et in corde scuti parmula exhibens Corvum annuligerum in ramusculo. Vid. *Notitia p.* 239. *seq.* Denarii *Corviniani* alii sunt cum icone Mariana, alii sine hac: in prioribus ipse color albior indicat probius argentum, quam in posterioribus; id quod in *Catalogo p.* 92. *et* 94. notatur. Qui effigiem Marianam habent, hoc modo variant: *Antica*: PATRON. VNGARIE. vel PATRONA REGNI VNGAR. Deipara capite velato, vel coronato, rarius simul nimbato, sedens Jesulum vel nimbatum, vel sine nimbo gerit in sinu dextero, interdum in sinistro. In area Siglae monetariae. *Aversa*: † M. MATHIE R. *vel*

integre REGIS VNGARIE. *literis plus minus monasticis.* Scutum exhibens in 1-*ma* area quatuor fascias, in *secunda* Crucem patriarchalem, in 3-*tia* Capita coronata Dalmatiae. in 4-*ta* Leonem modo Bohemiae, modo Bistricensem, et in medio scuti parmula continens Corvum annuligerum in ramusculo. Alii sine icone Mariana, ita habent: In *antica:* † MON. vel MONETA MATHIE DE. vel DEI GR. Scutum in quibusdam solas quatuor fascias continens, in aliis est bipertitum complectens fascias, et crucem patriarchalem; in aliis fascias, et corvum annuligerum; in aliis est quadripartitum, in quo prima et ultima area habet quatuor fascias, secunda leonem, tertia Corvum gentilitium. In aversa: REGIS VNGARIE. Crux patriarchalis, et siglae monetariae; in aliis vero Corvus annuliger solitarius vel in scuto, vel in circulo; hi autem in altera parte habent Scutum coronatum, in quo a dextris sunt fasciae, a sinistris Crux patriarchalis. *Obuli* plerumque carent inscriptione, sed ex Corvo inter Insignia occurrente agnoscuntur esse Corviniani. Vid. Catalog. l. cit. et *Notitia p.* 240. *seqq.*

§. 12.

De Numis WLADISLAI II. LVDOVICI II. *et hujus Conjugis* MARIÆ.

Sub *Wladislao II.* incipit recentior, cultiorque aetas Numorum Hungariae, qui sese a

Monetis medii aevi non modo, meliore indies fabrica, et additione annorum epochae vulgaris christianae, verum etiam accessione aliorum majoris formae, variique argumenti Numismatum distinguunt. Praestantiora hujus Regis numismata sunt: 1) ex genere Mnemonicorum Numus aureus, et argenteus de coronatione filii bimuli; inter hungaricos coronationum numos primus, hodie rarus. Antica spectandum offert caput coronatum patris, et perigraphen: WLADISLAVS D. G. R. VNGARIE ET BOHEMIE. Aversa puerum coronatum, in culcitra sedentem, cum inscriptione: LVDOVICVS FILIVS R. VNGA. ET BOHEMI. 1508. CORONATVS. Hanc Aversam anno 1544. fuisse restitutam, infra videbimus. 2) Ex genere majoris monetae Numi cum effigie equestri Sancti Ladislai ita habent: constans anticae partis inscriptio est: SANCTVS LADISLAVS REX VNGARIE. Typus vero sic variat: Effigies hujus Sancti in Equo, ad cursum plus minus concitato, dextrorsum tendentis, coronati (rarius simul nimbati) loricati, gladio hungarico succincti, calcaribus instructi, vel pro gladio interdum clavam ferream habentis appensam, dextraque froenum equi, sinistra hastam securigeram tenentis, vel vice versa, equum sinistra manu regentis, dextra vero elevata securim vibrantis, occurrente superius (non tamen in omnibus idgenus monetis) icuncula Deiparae coronatae cum Jesulo in luna bicorni sedentis. In uno infra equum sculptus

est annus 1499. Aversae autem perigraphe in omnibus: MONETA WLADISLAI D. G. REGIS VNGARIE. accedit annus 1500. vel 1501. vel 1504. vel 1506. Pro typo est Scutum vel coronatum, vel sine corona, in circulo granulato, et liliis ornato, complectens vel sola Insignia Hungariae, Dalm. et Bohem. et in horum medio Aquilam polonicam parmulae insertam, vel praeter haec etiam alia Regis Wladislai, et hujus conjugis Annae Candalensis, alias *Foxiae*, arma heraldica. Extra Scutum in area plerorumque, non tamen omnium idgenus monetarum, occurrunt nomina: KREMIZ et TVRSO. locum signatae monetae, et Comitem Camerae Cremnicensis indicantia. In Numismate anni 1499. pro Leone Bohemiae in Scuto aversae conspicuus est Leo Bistricensis coronam rapiens, vel offerens, et in antica parte supra divum Ladislaum Equitem non occurrit icuncula Mariana. Vid. *Notitia Hung. Rei Num. p.* 249. Cultum divi Ladislai sub forma Equitis bellatoris jam ante Wladislaum II. in Hungaria viguisse, testatur equestris illius Statua aënea deaurata, magnae molis, quam in arce Varadinensi *Joannes* loci Episcopus tempore Sigismundi Regis anno 1389. vel sequente collocavit in medio trium aliarum pedestrium statuarum, aeque ex aere deaurato factarum *S. Stephani* Regis, *Emerici* Ducis, et ejusdem *Ladislai*, quas jam antea sub Ludovico I. *Demetrius* Praesul Varadinensis fieri fecit. Hae sunt

illae Statuae, quarum meminit *Janus Pannonius*, Episcopus Quinque Ecclesiensis Varadino redux, hisce hendecasyllabis:

„Aurati pariter valete reges,
Quos nec sacrilegus perussit ignis,
Dirae nec tetigit fragor ruinae,
Flammis cum dominantibus per arcem
Obscura latuit polus favilla.
— — — — — —
At Tu, qui rutilis eques sub armis
Dextra belligeram levas securim,
Cujus splendida marmorum columnis
Sudarunt liquidum sepulcra nectar,
Nostrum rite favens iter secunda.“

Perstiterunt eaedem Statuae, non obstante incendio, usque annum 1660. quo Turcae Varadino potiti illas in tormenta bellica refundi curarunt. 3) Aliae argenteae unciales et Semunciales monetae *Wladislai II.* in parte antica exhibent Deiparam coronatam, radiis circumfusam, Jesulum in sinistro sinu gerentem, stantemque in luna cornuta, infra quam est aquila polonica: in aversa vero conspicuum habet divum Ladislaum stantem coronatum cum bipenne in dextera, et pomo crucigero in sinistra manu, inter duo Scuta, Hungariae unum, et Bohemiae alterum. Peripraphe anticae partis, est: WLADISLAVS D. G. R. VNGARIE ET BOHEMIE. Aversae vero: SANCTVS LADISLAVS REX. 1500. Apud Samuelem *Madai* in Museo Thalerorum n. 5626. et apud Adolph. Chr. *Weisen.* in Mu-

seo florenorum *argent.* *p.* 116. *n.* 345. Quinam sit consuetus typus in minoribus monetis aureis, et argenteis ejusdem Regis Wladislai II. videatur *Catalogus* noster p. 97. et *seqq.* — Ex Numis majoribus LVDOVICI II. Alii sunt ipso vivo percussi, alii post ejusdem obitum. Ob artis elegantiam commemorandi praecipue veniunt Numi unciales aurei, et argentei hujusmodi 1) LVDOVICVS DEI GRA. HVNGARIE. BOHEMIE. EC. REX. Protome Regis laureati, barbati, paludati, dextrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere. In area: 1525. Pars aversa: DVX LVCEN. SLESIA. MAR. MORAVIE. ET LVSAC. Novem Scuta, quorum duo in medio locata continent propria Regis Ludovici II. et Reginae Mariae insignia sub una, eademque corona, addito inferius monogrammate ex L. et M. literis initialibus nominum utriusque composito, inter siglas K. et B. Reliqua scuta circumposita exhibent insignia Hung. Dalm. Croat. Rasciae, Siles. Lusat. et Morav. 2) In alio perigraphe est: LVDOVICVS DEI GRACIA HVNG. BOHEM. DALM. CROAC. EC. REX. Effigies Regis galeati, loricati, ense praecincti in Equo phalerato lente progrediente. In area: KREMNIZ. BERNHART BEHEM. In parte aversa: MARCHIO MORAVIÆ. DVX LVCENBVRGENSIS. ET. SILESIÆ. MDXXV. Novem scuta, et monogramma ex L. et M. uti in praecedente. Uterque Numus cum animadversionibus describitur in cit. *Notitia p.* 257. sed ibi in alterius descriptione vocabula HVNG. BOHEM. errore ty-

pothetae sunt omissa. *Ludovicus II.* in priore horum Numismatum repraesentatur laureatus, et aureo vellere ornatus, more videlicet Principum Austriacorum, quia occasione sponsalium anno 1515. Viennae celebratorum, ab Imp. *Maximiliano I.* in filium fuit adoptatus, et S. R. Imperii Vicarius constitutus. De barba promissa, et senescentis vultus lineamentis non mirum, quia constat Regem hunc praemature barbatum fuisse, et incanuisse. Plures aliae in haec Numismata animadversiones videantur partim cit. *Notitia p.* 258. *seqq.* partim in Hieronymi *Lochner* collectione Norimbergensi (*Sammlung merkwürdiger Medaillen, fünftes Jahr*, 1741. *p.* 153. *et* 1742. *p.* 307) Item apud *Dewerdek, in Silesia Numismatica p.* 123. *Lilienthal Thaler-Cabinet n.* 179. *Voigt Beschreibung d. böhm. Münz. T. II. p.* 355. Sequitur 3) alius, minoris quidem moduli, sed aeque elegans Numus aureus, et argenteus ejusdem anni 1525. in quo iterum conspicuus est Ludovicus galeatus, loricatus, equo phalerato insidens, cum inscriptione: LVDOVIC. HVN. REX. 1525. In aversa vero: PATRONA VNGARIE. Deipara sedens capite velato, dextra tenet divinum pusionem, sinistra sceptrum, circumpositis tribus Angelorum capitibus. Recensetur in *Catalogo* p. 108. seq. Equestres Regum effigies plerumque aut profectionem ad bellum, aut felicem adventum, vel reditum indicant: accuratiores Chronologi ad praesentis Numi an-

num 1525. referunt victoriam de Turcis, per quam Jaitza urbs Bosniae obsidione fuit liberata, teste Steph. *Katona* T. XIX. Reg. Hung. p. 483. Eundem annum praesefert etiam sequens argentea moneta, in qua est Caput Regis diadematum, ad pectus cum paludamento more Caesarum aevi Theodosiani, cum perigraphe: LVDOVICVS D. G. REX VNGARIE. ET BOHEM. In aversa legitur: TEMP. DAVID. DE. BEREND. CAMER. RIVVLI DO. 1525. Typus: duo Angeli telamonum vice stantes, simulque tenentes scutum gentilitium *Davidis de Berend Camergrafii Rivuli Dominarum*, id est, *Nagybanyae*, in quo sunt sagitta, luna, ac duae Stellae. Rarissimus hic Numus exstat in Museo Caes. Vindob. describitur in cit. *Notitia* p. 265. cum animadversionibus. Sequentes vero Numi serius post *Ludovici II.* obitum in lucem prodierunt; 1) *in memoriam simul coronationis, simul praematuri obitus ejusdem:* Antica ex Numismate *Wladislai II.* restituta, Infans coronatus in culcitra sedens, et haec perigraphe: LVDOVICVS FILIVS R. VNGA. ET BOHEMI 1508. CORONATVS. In aversa: 1544. BVDA. POTENS. ET. PANNONII. GENS. MARTIA. REGNI. QVOD. FVIT. ESSET. SI. VIVERET. ISTE PVER. In fine est Galea parva inter siglas V. G. quae notant idgenus Numos aureos, et argenteos, varii ponderis, fuisse cusos *Varadini* sub *Georgio* Martinusio, Reginae Isabellae viduae, hujusque filii Joannis Sigismundi Zapolyae Thesaurario. 2) *In memo-*

riam cladis Mohácsianae. Protome Regis dextrorsum conversi, pileati, amictu austriaco illius temporis ad pectus cum aureo vellere, et haec perigraphe: LVDOVIC. VNGA. BC. REX. CONTRA. TVRCA. PVGNANDO. OCCVBVIT. 1526. In area: ETATIS SVE 30. *Sic pro* 20. *errore Monetarii, uti etiam BC. pro EC.* In aversa est protome Reginae sinistrorsum versae, capite vittato, pileato, ad pectus cum pretioso monili, et haec inscriptio circularis: MARIA † REGINA † BC † QVOS † DEVS † CONIVNXIT † HOMO † NON † SE †. *Arg. Semunc.* In *alio* Antica exhibet Regis, et Reginae, sese respicientium, protomas, eodem, quo prius, amictu, et ornatu; infra legitur: LVDO: VNGAR. BOHE. QVE. REGIS. ET MARIÆ. REGINÆ. DVLCISS. CONIVGIS. AC PROCES. IN FLAN. In parte aversa repraesentatur infaustum ad Mohacs praelium, cum inscriptione: LVDO: HVNG. BOEM. ZC. REX. ANV. AGENS. XX. IN TVRCAS APVD MOHAZ CVM PARVA SVORVM MANV PVGNAS HONESTE OBIIT. MDXXVI. *Arg. Semunc.* In *tertio* est solius Reginae protome sub arcu duabus columnis fulto, et floribus ornato, adstantibus duobus Heroldis, quorum alter a dextris tenet Scutum Hungariae, alter a sinistris Bohemiae, infra est haec epigraphe; MARIE HVNGAR. BOHEM. EQVÆ. *sic.* REGINÆ. IAM. PRO CESARÆ. *sic.* CAROL. V. IN. FLANDRIS. EFFIGIES. In aversa est repraesentatio praelii, et inscriptio eadem, quae in praecedente. *Arg. Semunc.* De his Numis vid. adnotationes cit *Notit.* p. 261. seq. In

usualibus, vulgo currentibus *Ludovici II.* monetis *Aurei* quidem habent consuetas imagines, Deiparae sedentis, et S. Ladislai stantis, sed cum jucunda quadam variatione: in quibusdam enim videas B. Virginem coronatam, cum sceptro et Jesulo, in aliis cum hoc solo sedentem in luna cornuta, et in aversa divum Ladislaum stantem solitis cum attributis modo loricatum, et palliatum, modo sine pallio. Praeterea e siglis monetariis colligere licet, cusos fuisse pro *Ludovico II.* Aureos non solum Kremnicii, et Nagybanyae sub Tursonibus Georgio, et Alexio, verum etiam Cibinii in Transilvania, jamque nunc observari in nonnullis aureis siglam H. et duos enses decussatos cum superposita corona. *Grossorum* ejusdem Regis tres distinctae species reperiuntur. Vulgarior in parte antica exhibet Deiparam *velatam* sedentem cum Jesulo a dextris, addita inscriptione: LVDOVICVS D. G. R. VNGARIE. in area siglae: K. B. In aversa vero Scutum bipertitum quatuor fascias et crucem patriarchalem complectens, circa quod legitur: MONETA NOVA ANNO DOMINI. 1522. Rariores multo sunt alii grossi, in quorum antica est protome Ludovici corona clausa coronati, dextrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere, et haec perigraphe: LVDOVICVS D. GR.A HVNGARIE. BOHEMIE. REX. in aversa continuantur tituli: DALMACIE. CROACIE. EC. MARC. MORA. E. 1523. Scutum formae hispanicae in duo latera perpendiculariter,



inque multas areas divisum. Latus dextrum continet Insignia Hung. Dalm. Bohem. parmulamque cum aquila polonica Regis stirpem indicante: sinistrum vero arma Hispanico-Burgundico-Austriaca Mariae Reginae. In area: K. B. Rarissimi demum sunt ejusdem grossi jam supra descripti, in quibus *Ludovicus II.* est capite diademato, cum inscriptione partis aversae: *Tempore David* &c. Denariorum porro ejusdem Regis typus obvius habet hinc Deiparam coronatam solitis cum attributis, et inscriptione: PATRONA VNGARIE.: inde Scutum Insignia Hung. Dalm. Boh. et aquilam gentilitiam Poloniae continens, adscripto in peripheria nomine: LVDOVICVS R. VNGARIE. addito anno aerae vulgaris. Ceteris rariores sunt, in quibus occurrit annus 1527. ab eiusdem videlicet obitu proximus. — Ad Historiam Reginae MARIÆ, Viduae *Ludovici II.* pertinent sequentia quoque numismata: 1) MARIA HVN. BO. RE. CAROLI V. IMP. SOROR. Protome Reginae, adversa fronte, in stola pellicea replicata, velato capite, *sine typo aversae arg. pond. 3. drachm.* editum a Marquardo Herrgott P. I. Numothecae Principum Austriae. Tab. XXVI. N. CIX. 2) MARIA REGINA VNG. VIDVA. CAROLI CESA. ET FERD. SOROR. Caput velatum pectore tenus in toga pellicea replicata, sinistrorsum spectans. *Pars aversa*: † IN PACIENTIA VESTRA POSSIDEBITIS ANIMAS VESTRAS. LVCE. XXI. Mulier seminuda, sedens humi, crucem ab Angelo advolante sibi ostensam,

ostensam, maestò vultu intuetur. *Arg. ibidem n. CX.* 3) MARIA D. G. R. H. Regina sub Schemate Victoriae alatae, gradientis, tunicatae, alte succinctae d. sertum, s. palmae ramum tenentis. *Aversa:* PHILIPPVS AVSTR. CAROLI V. F. Protome Principis capite nudo. *Arg. ibidem Tab. XXX. n. VIII.* 4) MARIA REGINA HVNG. BOH. Z. LVDOV. VXOR. PHIL. REG. HISP. FIL. Protome Reginae adversa fronte in stola pellicea replicata, velato capite. *Aversa:* HIS DEVS OCIA FECIT. Navis contractis in tranquillo mari velis, a sole imminente illustrata. *Arg. ibidem Tab. XXVI. n. CXXI.* Prior numus in Belgio signatus, quo tempore Maria nepoti suo Philippo Belgii regimen cedebat: posterior sublestae fidei est; nonnulli tamen existimant, a Belgis oblatum fuisse Reginae post abdicatum gubernium in Hispaniam discedenti.

CAPVT III.

De praestantia, et usu Numorum Hungariae, ac Transilvaniae ex postrema Regum periodo, a FERDINANDO I. et JOANNE *Zapolya* ad nostra usque tempora.

§. 13.

De Numis FERDINANDI I. *et* JOANNIS *Zapolyae, hujusque filii* JOANNIS SIGISMVNDI.

Postrema haec Rei Numariae Hungarorum Periodus complectitur non modo Numismata, et monetas Regum Hungariae ex Augusta Domo Austriaca oriundorum, verum etiam Numos Principum Transilvaniae in altera praemissi Catalogi Parte descriptos. Juvat enim compendii, et historiae causa hos illis temporum ordine junctos recensere. Exordior a FERDINANDO I. Hujus Numismatum Series in *cit. Catal. p.* 118. *seqq.* descripta, et nonnullis observationibus jam illustrata, quibusnam aliis insuper numis ad historiam ejusdem facientibus augeri possit, hoc loco indicabo. Sunt autem sequentes: 1) in memoriam Sponsalium anno 1515. Viennae celebratorum, quibus ANNA, *Wladislai II.* Regis Hung. filia Imp. *Maximiliano* ea lege desponsata fuit, ut alterutri hu-

jus filio, aut *Carolo* scilicet, aut *Ferdinando* nuberet. Editus ac descriptus a Jo. Dav. *Köhlero* in deliciis numariis P. IV. p. 81. et a Marquardo *Herrgott* in *Numoth. Princ. Austr. P. I.* nec non ab Adaucto *Voigt Beschr. der böhm. Münz. P. III. p.* 159. ita habet: IMP. CAES. PIVVS (*sic* pro DIVVS) MAXIMILIANVS P. F. AVG. Protome Imperatoris ad laevam conversi, caliptra tecti, ad pectus cum veste pellicea, et aureo vellere. Infra est flosculus.)(. ANNA RE. PAN. FI. IN RO. IM. MAXI. DESPONSATA. Protome Annae, Regis Pannoniae filiae, ad dextram conversae capite coronato, ad pectus cum pretioso monili. Infra quam flosculus. *Arg. unc.* Vid. etiam *Notit. Rei Num. Hung. p.* 346. — 2) Numus anno 1518. signatus, in quo est Imp. *Maximilianus I.* cum duobus nepotibus suis, *Carolo* qua Rege Hispan. et *Ferdinando* qua Rege Siciliae designato. MAXI. ROM. IM. ARCH. DV. AVST. ET DO. TER. OCCI. ORI. Protome Imp. *Maximiliani* uti supra.)(. SVI NEPO. CAROL. HISPA. AC FERTI (*sic* pro FERDI.) SICIL. RE. AC T. (*sic* pro D.) AV. BV. Protome amborum sibi oppositae, *Caroli* pileati, in toga pellicea cum ordine aurei velleris, et Ferdinandi togati, capite nudo, ad pectus dependente ex collo cruce, cujus extremitatem manu tangit. Infra legitur annus 1518. *Apud Köhler l. cit. P. III. p.* 177. et *Herrgott. cit. Numoth. P. II. Tab. III. n. XXXII. non commemorato metallo.* Hujus Numi auctoritate refellitur J. C. *Behr*, Au-

ctor Biographiae Archiducum Austriae, adserens Regnum Siciliae Ferdinando I. nonnisi post Imp. *Maximiliani* mortem, quae in annum 1519. incidit, fuisse decretum. Immo vero e sequentibus numis innotescit, *Ferdinando I.* post obitum avi sui, a fratre *Carolo V.* pro *Sicilia* datas fuisse provincias Austriacas cum Ducatu Würtembergico regendas. 3) Numus anni 1520. † FERDINAND. PRINC. ET. INFANS HISP. Protome Ferdinandi loricati, pileo Archiducali tecti, dextrorsum conversi.)(. ARCHIDVX AVSTRIÆ. DVX BVRGVNDIÆ 1520. Scutum continens Insignia Austriae, Burgundiae, et Hispaniarum. *Aur. pond. 5½ ducat cit. Numoth. P. II. Tab. I. n.* 1. Anno sequente 1521. FERDINANDVS I. Lincii in Austria superiore celebravit nuptias cum ANNA Hungara sibi jam-dudum desponsa. An harum nuptiarum numus mnemonicus extet, incertum. 4) Numisma anni 1522. exhibet *Ferdinandum* velut Sacri Romani Imperii *vexilliferum*, ob Ducatum Würtembergicum sibi attributum, estque hujusmodi: FERDINANDVS. DEI GRACIA. PRINCEPS. HISPANIARVM. Effigies Ferdinandi loricati, et galeati, Equo armato insidentis, cum vexillo, in quo est aquila simplex parmulam Austriacam pectore gestans, manu dextra in humerum dextrum reclinato. In stragulo Equi conspicua est Crux Burgundica cum ignitabulis aurei velleris, et in fimbria ejusdem Straguli legitur: VERTINA. (*sic pro* FERDINA*nd*) Infra Equum in area est annus 1522.)(. AR-

CHIDVX. AVSTRIE. DVX. BVRGVNDIE. ET CARINT. Scuta heraldica provinciarum Austriae, Burgundiae, Habsburgi, Hispaniarum, Carinthiae, Tyrolis, Carnioliae, Alsatiae, Würtembergiae, Styriae. *Aur. pond. unc. et 2. drachm. Numoth. l. c. n. 2.* — 5) Numisma iconicum FERDINANDI et ANNÆ ad annum 1523. pertinens. FERD: ARCH: AVSTR: ET. ANNE: HVG: REG. COIVGV. EFFIGIES. ÆTA: VTRIVSQ. ANNO. XX. In area: MDXXIII. Protomae jugatae, amborum capitibus serto revinctis, ad dextram conversae, civili amictu aulico illius aevi. *Ferdinandi* a sinistris cum aureo vellere.)(. Monogramma ex A. et F. in circulo, ex torque aurei velleris facto. *Arg. unc. maj. ibid. n. 3.* 6) Aliud Numisma laureato circulo inclusum, in quo *antica* spectatis figuris et inscriptione, sculptoque anno MDXXIII. est eadem cum praecedente; sed pars *aversa* repraesentat navim veliferam submersam, circa quam nudi homines alii mediis in nudis, alii duo jam in littore stantes. Juxta est piscator pileatus sedens cum corbe reticulato. Eminus conspiciuntur urbis moenia, et prope adveniens navicula. *Fusum ex aere magni moduli cit. Numoth. Tab. I. n. VI. Marquerd. Herrgott. l. cit. p. 7.* arbitratur in hoc numismate exhiberi ludicram in Danubio navigationem oblectandis Principibus institutam. 7) Sequitur hoc loco elegantissimum aliud numisma iconicum *ibidem n. VII.* editum, quod etiam in collectione Széchényiana exstat, ac

describitur in *Catal. p.* 118. *n.* 1. aerique incisum proponitur *Tab.* 17. in quo *Ferdinandus* Romani Imperii Vicarius constitutus annum aetatis suae XXI. ejusdem vero Conjux *Anna* adhuc XX. habet adnotatum. Videatur nostra ibidem animadversio de tempore signati hujus numismatis. Cur autem *Anna*, Ferdinando Conjuge nondum Rege, jam tamen *Regina Hungariae* appelletur tam in isto Numismate, quam in praecedentibus, Auctor *Numothecae Principum Austriae l. cit. p.* 7. non aliam hujus rei causam adsignat, quam inductum eo tempore morem, filias Regum Hungariae appellandi Reginas, idque probat alio documento Numismatico, in quo altera *Anna* hujus filia, Alberto Duci Bavariae nupta, aeque titulum habet Reginae Hungariae. Ceterum de priore *Anna* scribit Gerardus *Roo*, eam occasione Sponsalium ab Imp. *Maximiliano* coronatam, et Reginam fuisse appellatam. *Ferdinandus* Archidux non prius, quam ab obitu *Ludovici II.* 1526. REX appellari coepit, coronatus anno sequente 1527. Cujus quidem coronationis numi siqui extiterunt, hodie rarissimi sunt. Marquardus quidem *Herrgott* cit. *Numoth. p.* 9. huc refert Numum anni 1528. qui Regem exhibet coronatum, Equitem, sceptrigerum, in medio Procerum partim adstantium cum vexillis, partim ad genua provolutorum, cum inscriptione † FERDINAND. D. G. HVNG. BOEM. DAL. CROA. ZC. REG. INF. HISP. ARCHID. AVST. DVC. COMIT. TIROLIS 1528; (Vide

plenius descriptum in *Catal. p.* 120.) Sed hic Numus a Tyrolensibus erat oblatus *Ferdinando* honoris, et obsequii causa tempore praestiti *homagii.* 8) Numis anni 1529. ad historiam belli Turcici, et obsidionis Viennensis spectantibus, qui in *Catal. p.* 122. *seq.* recensentur, addi potest, alius hujus inscriptionis: TVRCK. BLEGERT. WIENN. DEN. XXIII. TAG. SEPTEMBER ANNO D. 1529. Pars aversa exhibet in Scuto majori coronato Insignia Hung. et Boh. in minore autem superposito, Insignia Hisp. Burg. et Belgii. Accedunt aliae tres parmulae Austriae, Burgundiae, et Styriae ad totidem Numi arg. quadrati angulos. Vid. *cit. Numoth. Tab. V. n.* *LXVIII.* 9) De coronatione Ferdinandi I. in Regem Romanorum Aquisgrani 1531. peracta. FERDINANDVS HVNG. ET BO. REX. ARC. D. AVST. Protome Regis coronati, loricati, sinistrorsum conversi, dextra sceptrum, sinistra globum crucigerum tenentis. *Aversam* implet haec epigraphe: CORONATVR. IN ROM. REGEM. AQVISGNI. XI. IANVA. ANNO MDXXXI. *Arg. dr. cit. Numoth. Tab. I. n. XI.* Aliud anni 1532. ita habet: COR. REGIS. IN. MANV. DOMINI. EST. PROVER. 21. Protome *Ferdinandi* coronati, ad laevam conversi, cum paludamento, et aureo vellere. In *aversa*: AQVILA ROMANI IMPERII SIMBOLVM. Aquila simplex, alis expansis, pectore gestans Insignia Austriae, et Castiliae, in area annus 1532. occurrit. *Ibidem n. XIV.* — Aliud elegans Numisma ejusdem anni 1532. videatur

in praemisso *Catalogo p.* 121. Item annorum 1536. et 1537. *ibidem pag.* 119. *et seq.* Numisma iconicum Ferdinandi anno aetatis ejusdem 37-*mo*: FERDINANDVS. DEI. GRACIA. ROMAN. VNGARIE. ET BOEMIE. REX. ANNO SAL. MDXXXVIIII. ÆTATIS SVÆ XXXVII. Protome Ferdinandi pileo rotundo tecti, vultu modice barbato dextrorsum spectante, ad dimidium corpus expressi, amictu hispanico, dextera vacua elevata, sinistra volumen tenentis. In *aversa*: Aquila simplex, alis expansis, gerens pectore scutum in quo insignia Bohemiae cum Hungaricis alternant, et parmula Austriaco-Hispanica medium obtinet locum. Infra Aquilam legitur: FERDINANDVS REX. et siglae H R. *Ibidem n. XVII.* — Numismata equestria *Ferdinandi* anno 1541. signata, et serius quoque restituta, recensentur in *Catalogo* cit. *p.* 123. *seq.* Item iconicum ejusdem et Maximiliani *ibidem* 124. 11) In memoriam obitus Annae Reginae anno 1547. FERDINANDVS D. G. ROMA. HVNGARIE. BOHEMIE ECZ. REX. MDXLVII. Protome Regis caliptra operti, barbati, palliati, ad pectus cum aureo vellere ex ligula. *Aversa*: WIER † KLAGENS † GOTT † (id est: *lamentamur apud Deum*) A coronatum, et annus MDXLVII. cum infra posita calvaria inter duo folia cupressina. *Arg. ibidem n. XXII.* et apud *Voigt P. III. p.* 171. — 12) Ob victoriam de sociis foederis Schmalcaldici: FERDINAND. D. G. RO. HVNGA. BO. REX. C. Protome Regis barbati, loricati, paludati, sini-

strorsum conversi, capite nudo, ad pectus cum aureo vellere. *Aversa*: DISCITE IVSTITIAM MONITI. Jupiter aquilae insidens gygantes, olympum oppugnare ausos, fulmine prosternit. *Arg. fusus max. mod. ibidem Tab. III. n. XXXI.* Eadem pars aversa reperitur in *Caroli V.* numismate apud Köhlerum P. XVI. p. 125. — 14) Ob captum anno 1547. Joan. Fridericum Saxoniae Ducem: LVMINA. ET. ORA. CAROLI. V. IMPERATORIS GER. FERDINANDVS ROMANO. BOE. HVNG. Z. REX. Protome Imp. *Caroli V.* et Regis *Ferdinandi* sibi oppositae infra arcum. In *aversa*: Praelii ad Mulbergam commissi adumbratio, et haec epigraphe: CAPTIVITAS IOANIS FRIDERICI DVCIS SAXONIAE. MDXLVII. *Ex aere fusum magni moduli cit. Numoth. P. I. Tab. XXIII. n. XLVII.* — Numisma iconicum *Ferdinandi I.* et Imp. *Caroli V.* oblatum iisdem in Comitiis Augustanis 1550. habitis. FERDINANDVS D. G. ROMANOR. HVNGARI. BOEMINI (*sic*) INFANS HISP. ARC. AVS. REX. 1550. Protome *Ferdinandi* loricati, dextrorsum conversi, aureo vellere ornati, capite nudo, cum barba prolixa. Pars *Aversa*: PROGENIES DIVVM QVINTVS SIC CAROLVS ILLE IMPERII CAESAR. LVMINA. ET. SVAE. L. Protome *Caroli V.* eodem habitu, quo prior Ferdinandi, sed cum barba nonnihil prolixiore. *Ibidem P. II. Tab. IV. n. XXXIX. Aureus pond.* 50. *ducatorum, et arg. magni moduli.* — 15. Ob receptam anno 1551. Transilvaniam. SVB VMBRA ALARVM TVARVM PROTEGE

NOS. Protome Regis barbati, coronati, ad laevam conversi inter duos flosculos. *Aversa:* PATERNA REGIS FERDINANDI PII VISITATIO TRANSILVANIAE REGNI. SVB ANNO MDLI. Supra, et infra est flosculus. *Arg. Tetragon. pond.* 3. *drach. cit. Catalog. P. II. p.* 6. *Rarus, non occurrit in Numoth. Princ. Austr.* Transilvania sibi Regni titulum arrogabat in hoc primum Numo, postea in pluribus aliis. — 16) Numisma Symbolicum sine anni nota, verisimiliter tamen ob receptam Transilvaniam Ferdinando oblatum. FERDINAND. D. G. RO. HVNGA. BO. REX. C. Protome Ferdinandi, capite nudo, barbati, loricati, paludati, ad laevam conversi, aureo vellere ornati. *Aversa*: IN SPEM PRISCI HONORIS. Vir barbatus, nudus, in arundineto recumbens, dextra tenet inclinatam urnam, ex qua aquae profluunt, sinistra nititur gubernaculo: ad ejus pedes legitur: DANVBIVS. *Ex aere fusum magni moduli elegans. cit. Catal. P. I. p.* 125. Idem Numisma paucos post annos restitutum fuit cum inscriptione partis anticae: FERDINAND. ROM. IMP. ELECTVS. Animadvertendum est praeterea, extare Numisma Imperatoris *Caroli V.* a Pontifice Romano Bononiae anno 1530. coronati, in cujus aversa parte Fluvius *Tiberis* specie viri nudi repraesentatur addito lemmate: IN SPEM PRISCI HONORIS. — 17) Castrenses Numi, apud Saxones Transilvanos Cibinii nomine *Ferdinandi I.* signati, sic habent: F. R. V. id est: *Ferdinandus Rex Vngariae.*

Aquila monocephala pectore gerens parmulam Hungarico-Austriacam: infra quam sunt duo enses in decussim positi, et numerus 52. *pro* 1552. Pars *aversa* est vacua. *Arg. heteratypus tetragonus. Notit. Hung. Rei Num. p.* 356. *et cit. Numoth. P. II. Tab. V. n. LXXII.* ubi et alii duo formae irregularis occurrunt ejusdem typi, sed sine anni nota. — 18). Ob titulum Electi Romanorum Imperatoris sumptum anno 1558. id est, biennio post Caroli V. abdicationem. FERDINANDVS D. G. ELECTVS ROMANORVM IMPERATOR ANNO MDLVIII. MARCII DIE IIII. ÆT. SVÆ. 55. Protome Ferdinandi coronati, loricati, sinistrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere. *Aversa:* SE. AVG. INF. HISP. REX. GER. HVNG. BOH. ARCHIDVX AVSTRI. D. BVRG. CO. TIROL. Aquila biceps, coronata, gerens pectore Insignia Hung. Boh. et Austr. Margo Numi laureatus. *Arg. cit. Numoth. Tab. III. n. XXVII.* — Aliud Numisma sine anno: FERDINAND. D. FAV. CLE. EL. RO. IMP. GER. HVNG. BOHQ. REX. Protome ejusdem barbati, caliptra tecti, fronte adversa, nonnihil tamen ad laevam Flexa, togam pelliceam induti, dextra chirothecas, sinistra chartam tenentis, ad medium corpus expressi, cum torque aurei velleris. *Auersa* sine inscriptione exhibet Aquilam bicipitem in magno Scuto sculptam, gerentem in duobus aliis scutis, quorum alterum alteri superponitur, Insignia Hung. Boh. Hisp. Austr. Burg. cet. Pro telamonibus stant duae virgines cum palmae

ramis, manu altera Coronam, supra Scutum principale elevatam, simul sustinentes, una cum duobus Angelis ad superiorem coronae partem conspicuis. *Arg. ibidem Tab. III. n. XXVI.* — 19) Numisma Symbolicum anni 1562. FERDINANDVS D. G. ROM. IMP. S. AVG. GER. HVN. BOE. REX. Protome Caesaris nudo capite, barbati, loricati, ad laevam conversi. *Aversa:* AQVILA. ELECTA. IVSTE. OMNIA. VINCIT. Aquila biceps coronata, gerens pectore imaginem crucifixi servatoris. *Arg. pond. 3. drachm. ibidem n. XXVIII.* Inscriptio aversae continet quinque vocalium A. E. I. O. V. quam abavus Ferdinandi Imp. *Fridericus III.* sibi pro Symbolo delegit, antiquam interpretationem: recentiores postea factae sunt innumerae. — 20) Numus exequialis. DIVI CAESAR. FERDINANDI PRIMI. Protome Caesaris coronati, barbati, loricati, ad pectus cum aureo vellere, sinistrorsum conversi. *Aversa*: AVGVSTI. PII. FOELICIS. MEMORIA. FVNEBRIS. ANNO 1565. in fine flosculus. *Aur. et arg. l. cit. n. XXIX.* Ex annalibus constat *Ferdinandum I.* diem suum obiisse 25. Julii 1564. adeoque annus numismatis est ab obitu proximus. Natae erant Ferdinando I. ex Anna Conjuge quindecim proles; nempe quatuor filii, Maximilianus II. Ferdinandus Tyrolensis, Carolus Styrensis, et Joannes in pueritia mortuus: Illorum trium Numismata et monetae separatas constituunt series in Numotheca Principum Austriae, sed filiarum numi iconici jun-

guntur Numis augusti parentis, quos breviter indicare placet. 1) *Elisabethae* 1526. natae, et Sigismundo Poloniae Regi 1543. nuptae duo diversa numismata: in priore est utriusque effigies: in altero solius *Elisabethae* in parte antica, et *S. Jacobi* Apostoli in aversa. 2) *Annae* 1528. natae, et 1546. *Alberto V.* Bavariae Duci matrimonio junctae. Inscriptio primi habet: *ANNA D. G. Ducissa Bavariae, Vngariae, Bohemiae Regina, Archidux Austriae.* Alterius vero epigraphe est: *Anna ab Austria Divi Ferdinandi I. Caes. Augusti Pii Filia.* In utroque effigies utriusque. 3) *Mariae* 1531. natae, Guilielmo Juliae Cliviae Montium Duci nuptae 1546. Effigies utriusque. Inscriptio: *Maria Leonora Ducissa aetatis XVI.* 4) *Magdalenae* 1532. natae, et 1568. in Collegio Virginum Hallensium Deo consecratae. Hujus nomen et effigies in antica, et *S. Petri* in adversa parte. 5) *Catharinae* 1533. natae, et 1549. Francisco Duci Mantuae, post hujus vero mortem Sigismundo II. Poloniae Regi nuptae 1553. In Numo extat qua Regina Poloniae. 6) *Eleonorae* 1534. natae, et Guilielmo Gonzagae, Mantuae Duci 1561. nuptae. Quatuor numismata diversi moduli habet. 7) *Barbarae* 1539. natae, Alphonso Duci Ferrariae 1565. nuptae. Numus cum ejusdem effigie et inscriptione: *Barbara Austr. Esten.* 1565. 8) *Joannae* 1547. natae, Francisco, Magno Hetruriae Duci nuptae 1565. quatuor numismata. Primi ante nuptias signati inscri-

ptio est: *Johanna Ferd. Prim. Imp. Filia. Ann. MDLXI.* In altero legitur: *Joanna Florent. et Senar. Archiduc. Austriae.* In tertio: *Joanna Austriaca Magna Ducissa Etruriae.* In quarto funebri: *Joanna Austriaca Mag. Dux Etruriae.* Pars aversa exhibet aquilam cum quinque pullis supra nubes evolantem addito lemmate: *Ad Ethera.* Reliquarum trium Ferdinandi filiarum, *Margarethae* et *Helenae* in monasterio, et *Ursulae* extra hoc in juventute mortuarum, nulla ibi occurrunt numismata. Hactenus de *Mnemonicis*, nunc pauca de *usualibus monetis* ejusdem Regis ac Imperatoris. Monetae *aureae* describuntur in *Catal. p.* 126. *seq.* Aurei simplices partim *Cremnicii*, partim *Nagybaniae* signati typum retinent sub *Wladislao II.* et *Ludovico II.* usitatum, nempe effigiem hinc Deiparae, inde S. Ladislai solitis cum attributis, sed addita infra Deiparam parmula Austriaca. Sub *n.* 16. *et* 17. mentio fit aureorum Ferdinandi ann. 1564. et 1567. signatorum: posterior annus erat ab obitu hujus Regis proximus, atque ideo attentione dignus. Sequitur *ibidem p.* 127. Moneta major *argentea*: Solidi *Imperiales* vulgo *Thaleri*, integri, ac medii; qui etiam unciales, et semunciales audiunt. De prima origine magnae idgenus monetae argenteae variant opiniones. Quidam censent, primum in Germania fuisse *Albertum* Austriacum, qui Numos ex argento unciales anno 1429. cuderit; alii antiquissimum reputant uncialem *Sigismundi*

Archiducis anno 1484. signatum. Huic pares aetate sunt Saxonici, qui *Fridericum III.* Electorem cum *Johanne* et *Georgio* Ducibus repraesentant, nec non Bohemici *Schlickiani*, qui cum in valle Sancti *Joachimi* cuderentur, *Vallensium*, et ex theutonico vocabulo *Thal*, quod vallem significat, *Thalerorum* nomen acceperunt: iidem simul ab effigie divi *Joachimi*, qua principio signabantur, appellati *Joachimici*. Genuinum *Joachimicum*, a *Schlikiis* nomine *Ludovici Primi Bohemiae Regis*, qui a *Ludovico II. Rege Hungariae* non erat diversus, insignitum, possidet Numophylacium *R. Univ. Pest.* In Hungaria jam quidem hujus Ludovici pater *Wladislaus II.* monetas unciales, et his majores, minoresque numos argenteos uti praecedente Capite vidimus, signavit; verum *Thaleri* proprie dicti primum omnium sub *Ferdinando I.* in hoc Regno cusi sunt. Horum inscriptiones ac figurae videantur in *Catalogo p.* 127. *et seqq.* Deest adhuc in praesente collectione Thalerus *Ferdinandi I.* cum titulo *Electi Romanorum Imperatoris*, qui titulus non ab anno 1556. (uti perperam adseritur in libro *Notitiae* p. 360.) sed primum 1558. id est, biennio post abdicationem *Caroli V.* inchoat, teste numismate mnemonico isthic sub *num.* 18. descripto: id quod inscriptiones quoque *Thalerorum* in *Catalogo nostro p.* 129. occurrentium confirmant, in quibus, licet anno 1556. et 1557. signatis, nondum tamen *Ferdinandus* titulum

habet *Imperatoris*, sed *Regis* tantum Romanorum. Qua ratione Hungarici Thaleri hujus Regis differant a Germanicis, colligi potest ex Numo cit *Catal. p.* 129. *n.* 8. proposito, in cujus parte aversa pomum Imperii, infra aquilam occurrens, inscriptum habet numerum 72. quo totidem cruciferorum argenteorum valor indicatur. — Minor *moneta* Ferdinandi I. constanter habet in *antica* imaginem Deiparae cum Jesulo, et in aversa Scutum continens Insignia Hungariae cum parmula Austriaca *in medio*. Qui typus ut in monetis hungaricis retineretur, postulatum fuit in Comitiis anni 1550. *Decreto XII. Art.* 47. De *Grosso* cum inscriptione partis aversae: † MONETA NOVA ANNO DOMINI. 1528. *ead. p.* 129. *n.* 10. descripto, notandum est, hanc epigraphen coepisse sub *Ludovico II.* in vilioris argenti monetis, satque diu a Successoribus continuatam: praeterea idgenus grossos *Joannis Zapolyae* fuisse a *Ferdinando I.* vetitos, non modo quia legitimo pondere carebant, verum etiam quia in illis *Zapolya* se Regem Hungariae appellabat. Exemplum Regii hujus Mandati ad status et ordines inferioris Austriae anno 1529. die 19. Febr. dati, una cum delineato Zapolyiano Grosso, ac Denario annum 1527. praeseferente, exstat ad calcem Operis *Adami Berg*, *Neu Münzbuch* inscripti, et 1597. in fol. editi, in quo *Joannes Zapolya* non aliter, quam *Graf Janusch*, *Wayda in Sibenbürgen* nominatur. Qua ratione nihilominus factum sit, ut

postea

postea idem hic adversarius non modo Regium titulum, verum etiam partem Regni Hungariae cum Transilvania retineret, continuata monetarum suarum cusione usque ad annum 1540. vitae suae postremum, constat ex patriis Annalibus.

Numus *coronationis Zapolyianae* apud Albam Regalem mense Novembri anno 1526. peractae, sic habet: IOANNES. I. REX VNGARIE. Protome Regis barbati, coronati, dextrorsum conversi, ad pectus cum paludamento. *Aversa:* DEXTRA. DEI. FECIT VIRTVTEM. Lupus Zapolyanus medio corpore ex tricolle adsurgens, dextrorsum conversus, ante quem in area Crux patriarchalis, retro autem Scutum fasciatum Regni Hungariae. *Aur. duplus Mus. Caes. Vindob.* editus in *Notit. Rei Num. Hung. Tab. XX. n.* 386. *Rarissimus.* — In aliis ejusdem *aureis simplicibus*, quales in *Catalogo p.* 115. describuntur, parte una occurrit icon Deiparae cum Jesulo, et infra hanc parmula modo lupum, modo monocerotem continens, in peripheria circuli legitur: IOANNES D. G. REX VNGARIE. Altera parte est consueta effigies S. Ladislai stantis cum inscriptione: S. LADISLAVS REX addito anno 1527. vel posteriore aliquo usque ad annum 1540. in cit. *Catal. p.* 216. *n.* 2. annus 1525. mendum est Typothetae pro 1529. E Siglis monetariis colligitur monetas *Joannis Zapolyae* plures in Transilvania, quam Hungaria cusas fuisse. Castellum pro sigla positum no-

tat officinam Claudiopolitanam, duo enses decussati Cibiniensem. F. G. *Fratrem Georgium Monachum*, seu *Martinusium*, H. *Hermanstadium*, lat. *Cibinium* Transilvaniae. Haec obiter; nunc de numis *Isabellae* viduae, hujusque filii *Joannis Sigismundi* pauca. Recensentur *Parte II. Catalogi nostri pag. 7. seqq.* Aurei *simplices* tantum. Sed in Libro *Notitiae p.* 485. commemoratur *Aureus decuplus*, rarissimus, hujus inscriptionis, ac typi: ISABELLA D. G. R. HVNG. DALMAT. CROAT. ETC. Scutum quadripartitum corona aperta tectum, in quo area I. in quatuor areolas divisa exhibet 1) Lupum dimidium erectum in tricolle. 2) Crucem hungaricam aeque super tricolle. 3) quatuor fascias Hung. 4) Monocerotem. Area II. continet Aquilam Polonicam. III. Boam Mediolanensem, seu serpentem coronatum specie glutientis infantem. IV. Insignia Dalmatiae. Pars aversa constat hac sola epigraphe: 1.5.5.7. SI DEVS NOBISCVM. QVIS CONTRA NOS. S. F. V. id est: *Sic Fata Volunt*. Familiaris Viduae Reginae *Isabellae* sententia, qua etiam filius utitur in omnibus monetis aureis suo et matris nomine signatis. Patrem *Isabella* habuit *Sigismundum* Poloniae Regem, matrem vero *Bonam Sfortiam* Mediolani Ducem. Fata illius, et filii posthumi ex Annalibus notiora sunt, quam ut isthic referri debeant. Ex monetis communi utriusque nomine signatis extant solummodo *Aurei simplices*, suntque hujus modi. *Antica*: IOHAN. SIGISM. R. VNG.

S. F. V. effigies Deiparae cum Jesulo sub pedibus luna, infra hanc vel duo malleoli Nagybanyenses, vel duo enses decussati Cibinienses occurrunt. *Aversa:* YSABE. D. G. REG. VNGA. addito anno 1557. vel sequente usque ad 1560. Scutum continens omnia illa insignia, quae superius in Aureo decuplo sunt descripta. Tametsi *Isabella* jam anno 1558. extincta fuerit, adhuc tamen ejusdem nomen cum filio *Joanne Sigismundo* in nonnullis monetis anni 1559. et 1560. reperitur apud *Seivert in Köleseri Auraria p.* 142. *n.* 6. *et* 143. *n.* 8. In reliquis nummis post *Isabellae* obitum signatis hic Princeps omisso altero *Sigismundi* nomine inscribitur *Joannes Secundus Electus Rex Vngariae*, vel sine vocabulo *Electus*; hoc nempe modo in *aureis:* IO. SEC. D. G. ELE. R. VN. 1560. vel alio e sequentibus annis usque 1571. qui huic Principi postremus erat: typus hujus partis exhibet in Scuto coronato praeter Insignia consueta Hungariae et Dalmatiae etiam alia tam patris, quam matris suae gentilitia, superius memorata, id est, lupum, Monocerotem, Aquilam Polonicam, et Boam Mediolanensem. *Aversae* autem inscriptio est PATRONA VNGARIE, typus: effigies Dei parae cum Jesulo, et siglae monetales. Extant etiam nonnulli aurei simplices annorum 1561 et 1562. diversis conflati formis, ita ut in una parte circa Scutum insignia continens legatur: IOH. SEC. D. G. ELE. REX. V. 1561. in altera vero: SIGISM. R. VNG. S. F. V.

circa solitam Deiparae imaginem. Vid. *Notit. Hung. Rei Num. p.* 488. *n.* 4, — Demum *uncialia* ejusdem Numismata, quae hactenus innotuerunt, tam aurea, quam argentea, sunt ex genere *heterotyporum* omnia, id est unica dumtaxat ex parte signata, parte altera vacua, et glabra. Unciale argenteum anni 1562. haec habet. In medio numismatis est sigilli instar expressum Scutum parvum, exhibens lupum dimidium erectum super tricolle intra lunam, et stellam, annumque 1562. et supra scutum literae I. E. R. V. id est: *Johannes Electus Rex Ungariae.* Vid. *Catal. P. II. p.* 9. *n.* 1. Idem lupus gentilitius inter Stellam, et lunam in aliis *uncialibus aureis*, et *arg.* anno 1565. signatis repraesentatur cum inscriptione. IO. (vel IOH.) SE. REX. VN. 1565. *ibidem et cit. Notit. p.* 488. *n.* 6. *et* 8. Minores hujus Principis monetae, *grossi*, vel *denarii* an uspiam hodie supersint, non memini. —

Ex Numis illustrium *Hungariae*, ac *Transilvaniae* personarum ad aetatem *Ferdinandi I.* pertinent: 1.) Comitis *Nicolai Zriny argenteum unciale:* NICOLAI D. G. COMITIS ZRYNEN. IC. 1535. A. *sic.* Galea coronata, cujus apicem ornat Draco. *Aversa:* IN TE DOMINE SPERAVI. NON CONFVNDAR IN ÆTERNVM. PS. 75. Effigies Regis Cytharam pulsantis adscripto juxta nomine: DAVID REX. et in basi, cui Cythara insistit, nomen incisoris: S. R. *Musei Caes. Vindob. Monnoies en argent p.* 420. cum hac adnotatione:

Nicolas Esdrin Comte de Zrin, ou Serin en Croatie, née l'an 1517. signala la valeur contre les Turcs, et fut tué en defendant la ville de Zigeth assiégée par Soliman I. l'an 1566. — 2) Numi mnemonici *Joannis Castaldi*, ad recipiendam pro *Ferdinando I.* Transilvaniam Ducis Exercitus, videantur descripti ac editi P. II. *Catalogi p. 7. et P. III. p. 29.* 3) Mnemonicus *Jacobi Haller* in bello Turcico ann. 1554. interfecti: IACOB HALLER V. HALLERSTEIN. ÆT. 1554. Protome ejusdem loricata, nudo capite, vultu adverso, barbato. *Pars aversa*: SVFFICIENTIA NOSTRA EX DEO EST. Tropaeum ex thorace, hasta, gladio, sagitta constans, in lateribus hinc occurrit galea, inde Scutum gentilitium trunco arboris adpensum. *Arg. Musei Festeticsiani descriptus cit. Notit. p. 558.* ubi notatur *Petrum Haller* Comitem nationis Saxonicae in Transilvania, Consulemque Cibiniensem, *Jacobi* patrem, hujus Numismatis fuisse auctorem.

§. 14.

De Numis MAXIMILIANI II. *et* STEPHANI BATHORI.

MAXIMILIANVS II. primogenitus FERDINANDI I. Vindobonae natus 1527. in iconicis numis occurrit primum qua Archidux Austriae anno aetatis suae XVI. Bini editi sunt in *cit. Numoth. P. II. Tab. VII. n. I. et II.* Prior se-

lum aetatis annum, alter simul annum currentem epochae vulgaris inscriptum habet hoc modo: MAXIMILIAN VON GOTES. *sic.* GNADEN. ERZHERZOG. ZV. ESTEREICH. *sic.* ÆTAT. 16. 1543. Protome Archiducis loricati, dextrorsum, (in altero sinistrorsum) conversi, capite nudo, capillis recisis. Aversa est vacua. *Arg. uncial.* alter *pond.* 3. *drachm.* Rudimenta militiae, posuit bellis, a patruo suo CAROLO V. in Italia, et Germania gestis. Rursus igitur amictu militari, seu loricatus repraesentatur, in duobus Numis anno aetatis suae *vicesimo*, qui sic habent: MAXIMILIANVS D. G. ARCHIDVX AVSTRIE. ÆTAT. SVE. 20. Protome uti in praecedentibus, sed accedit circa collum focale crispum hispanicum. et ad pectus vellus aureum. Sub sinistro brachio legitur annus 1548. *Aversa* pars sine inscriptione exhibet Crucem Burgundicam, vulgo S. Andreae, cum quatuor ignitabulis aurei velleris ad totidem Crucis angulos. Horum unus est *aureus pond.* 2½ *ducat.* alter *arg. fusus pond. drachm. Ibidem N. III. et IV.* Eodem anno 1548. in Hispaniam profectus MARIAM, patrui sui *Caroli V.* filiam, duxit uxorem, sumpsitque titulum *Regis Bohemiae*, patre *Ferdinando* annuente, et consentientibus Regni Bohemiae ordinibus, coronatione tamen in serius tempus dilata. Profectio Hispanica, et nuptiae compluribus monumentis numismaticis celebratae sunt. En praecipua: 1) MAXIMILIANVS. D. G. BOHE. REX. Hujus protome lori-

cata, capite nudo ad dextram converso, cum crispo collari hispanico, ad pectus aureo vellere ex ligula pendente. Pars *aversa*: QVO. ME. FATA. VOCANT. Mercurius solitis cum attributis per aera volans, infra quem nubes, domuncula, pyramis, arbusculae. *Arg. sex unciarum, ac 3. drachm. l. cit. n. V.* — 2) DIVA. MARIA. DIVVS. MAXIMIL. REG. BOHE. CONIVG. Protomae amborum jugatae, ad laevam conversae, Maximiliani loricati, paludati, capite corona radiata ornato, ad pectus cum aureo vellere, Mariae multis monilibus ornatae. *Aversa*: CASTE. ET. SVPPLICITER. Mulier stolata, et velata stans, et ambas manus arae, supra quam ignis ardet, imponens. *Magni moduli numisma ibidem n. VIII. non commemorato metallo.* 3) *Antica*, ut in praecedente, sed protomae dextrorsum conversae. *In Aversa parte*: MAIORA. A. CONCORDIBVS. Neptunus tridentem, Pallas hastam valido impetu in terram incutientes, ex qua hinc Equus prosilit, inde Olivae arbuscula exsurgit. *Magni moduli fusus ex aere. Ibidem n. X.* 4) *Anticae* inscriptio ac typus, uti in praeced. Pars *aversa*: † ARTIBVS. QVESITA. *sic.* GLORIA. Vir nudus barbatus juxta fornacem ardentem sedens super incude, laevaque manu tenens malleum, in cujus conspectu diversa artium instrumenta sunt, coronatur ab accedente Minerva galeata, hastata, manuque altera lauri ramum et sertum adferente. *Arg. 1. unc. et 2. drachm. ibid. n. XI.* — 5) DIVA. MA-

RIA. DIVVS. MAXIMIL. REG. BOH. CONIVG. Effigies utriusque, ut in praecedentibus. In *Aversa*: MAIORA. A. CONCORDIBVS. Monogramma ex duobus M. utpote initialibus nominum *Mariae*, et *Maximiliani*, compositum, ligatumque aureo vellere inter tria scuta coronata, quorum medium Bohemicum pendens ex arbore lauro sustentatur a duobus geniis. *Arg. deaur. Semunc. ibidem n. IX.* Postremum hunc Numum Auctor *cit. Numothecae p.* 50. ad coronationem *Bohemicam* anno 1562. peractam refert: verum ob titulum *Divorum* vivis Principibus datum malim existimare tam hunc, quam tres alios priores, non publica auctoritate, sed privatorum arbitrio, et ingenio fuisse factos. Geminus coronationis *Bohemicae* Numus editus est in libro: *Das Königliche böhmische Krönungs-Ceremoniel. Francof. et Lipsiae* 1723. in 8-*vo* qui sic habet: MAXIMILIANVS D. G. REX BOHEMIÆ. Protome Regis ad laevam conversi, corona clausa coronati, regioque pallio amicti. In *Aversa* est sine figuris haec epigraphe: CORONATVS EST IN REGEM BOHEMIÆ. 1562. *Arg. Semunc.* Eodem anno secuta est coronatio germanica in Regem Romanorum, quae sequentes habet Numos. — 6) MAXIMILIANVS D. G. REX BOHEMÆ. *sic.* Protome loricata Regis, capite corona clausa redimito, ad laevam conversi. *Aversam* implet haec epigraphe: CORONATVS EST IN REGEM ROMANORVM 1562. *Aur. pond.* 2. *ducat. et arg. cit. Numoth. P. II. Tab. VII. n. VII.* 7) MA-

XIMILI. D. G. ROM. BOHE. REX. Protome Regis corona radiata cincti, loricati, sinistrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere.)(. A. DOMINO. REGNVM. VENIT. IMPERIIQ. POTESTAS. Litera M inter duos lauri ramos, interque coronam supra, et pomum Imperii infra occurrens. *Ibidem n. III.* — 8) Eadem antica, sed protome dextrorsum spectat. In *Aversa:* DOMINVS PROVIDEBIT. Litera M. inter coronam, pomum Imperii, sceptrum, et gladium medio loco. *Arg. drachm. ibidem N. XIV.* Ad Hungaricam denique coronationem; Posonii die 8. Sept. 1563. habitam, spectant: 9) VNO. ANNO REGEM. BOHEMIA MAXIMILIANVM. VNCTVM. ROMANVM. VIDIT. ET VNGARICVM. MDLXIII. Rex sub Conopeo sedens in throno, amiotu regio, palliatus, aureoque vellere ornatus, capite nudo, ad laevam converso, dextra tenet Sceptrum, sinistra globum crucigerum, adstantibus forma mulierum hinc *Jusitia*, inde *Pace*: illa gladio armata, haec ramo olivae, ambae altera manu elevata tres coronas supra thronum pendentes sustentant. In parte *aversa.* Pavo explicata in orbem cauda exhibens oculorum loco viginti duas parmulas Regnorum, et Provinciarum divisas in duplicem seriem circularem, et in pectore gestans parmulam Austriaco-Burgundicam, infra quam tria majuscula Scuta coronata occurrunt, quorum medium continet Insigne Regis Romanorum aquilam monocephalam; cingiturque aurei velleris


torque; dextrum complectitur solitâ Insignia Hungariae crucem patriarchalem, et quatuor taenias, sinistrum Leonem Bohemiae. Infra est hinc Sceptrum jacens cum pomo Imperii, inde gladius, et lauri ramus. Praeterea cruces Burgundicae exteriorem parmularum seriem interstingunt. *Arg. unciali major Musei Univ. Pest.* et *in cit. Numoth. Tab. VII. n. XV.* Triplex in hoc Numo inauguratio *Maximiliani II.* commemoratur intra unius anni spatium peracta, videlicet *Bohemica* Pragae 1562. die 20. Septembr. *Romano-germanica* Francofurti eod. anno, 30. Novembr. et *Hungarica* Posonii 1563. die 8. Septembr. In alio simili Numismate Madaiano praeter inscriptiones supra memoratas legitur etiam sententia Maximiliano II. familiaris: DEVS PROVIDEBIT. supra thronum conspicua. — 10) MAXIMILIAN. D. G. RO. HVN. BO. REX. 1563. Duae Protome jugatae, dextrorsum conversae, *Maximiliani II.* coronati, loricati, et *Mariae* Conjugis, ad pectus cum aureo vellere. *Aversa*: FER. D. G. EL. RO. IM. S. AV. GE. HV. BO. R. 1563. Protome Imp. *Ferdinandi I.* capite nudo, sinistrorsum spectantis, loricati, ad pectus cum aureo vellere, ex ligula pendulo. *Arg.* 1½ *Semunc.* in *cit. Catal. p.* 131. *n.* 1. Vid. aliud simile *ibidem n.* 2, *restitutum* 1577. *Aur.* 8. *Ducat.* et *arg.* 1¼ *Semunc.* — Anno Hungaricam coronationem subsequente scilicet 1564. *Maximilianus* defuncto Patre suo Imperatoriam dignitatem consecutus in Numis

mnemonicis partim cum Augusta Conjuge sua, partim solus hoç modo exhibetur: 11) MAXIMILI. II. ROM. IMP. SEMP. AVGV. Protome loricata, sinistrorsum spectans, capite nudo, barbato.)(. MARIA IMPERATRIX. S. A. hujus protome dextrorsum conversa, amictu Hispanico. Arg. deaur. didrachm. *cit. Numoth. Tab. VIII. n. XVI.* — MAXIMILIA. D. G. ROM. IM. S. AV. G. H. B. Z. REX. Protome Imperatoris loricati, dextrorsum conversi, aureò vellere ornati, capite nudo.)(. AQVILA ELETA. *sic.* IVSTE. OMNIA VINCIT. 1566. Aquila biceps nimbata, coronata, expansis alis, gestans pectore parmulam Austriacam. *Arg. Semunc. ibidem N. XVIII.* Anno hujus numismatis 1566. Imp. Maximilianus contra Turcas rem sat feliciter in Hungaria gessit, Palota obsidione liberata, Vesprimio, et Tata receptis. — 13) Ad eundem annum Auctor *cit. Numoth. p. 56.* nefert aliud quoque Numisma, in cujus aversâ parte Aquila biceps insistit lunae bicorni, cum inscriptione. COMMINVAM. VEL. EXTINGVAM. *ibid. n. XIX.* et apud *Luckium* p. 204. — Pro reliquis Imp. *Maximiliani II.* annis extant sequentia Numismata iconica, allegorica, et symbolica: 14) MAXIMILIANVS. RO. IM. Æ. XXXX. Protome Imperatoris laureati, loricati, ad dextram conversi, ad pectus cum aureo vellere ex ligula pendulo.)(. DOMINVS PROVIDEBIT. Aquila biceps coronata alis expansis, dextro pede sceptrum, sinistro gladium tenens, et pectore ge-

stans parmulam Austriaco-hispanicam, *infra* caudam globus cruciger. *Arg. Semunc. ibidem n. XX.* Annus aetatis *quadragesimus* hujus Imperatoris fuit annus epochae vulgaris 1567. — 15) MAXIMILI. II. ROM. IMP. SEMP. AVGV. Protome ejusdem loricati, crispo cum collari, ad laevam conversi, capite nudo.)(. DOMINVS PROVIDEBIT. Aquila simplex pede sinistro elevato orbem terrarum fascia ligatum sustinet. *Arg. ibidem n. XXI.* — 16) MAXIMIL. II. ROM. I. S. AV. Protome Imperatoris laureati, loricati, dextrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere.)(. DOMINVS PROVIDEBIT. 1570. Aquila simplex, globo insistens alis expansis. *Arg. ¼ Semunc. in Catal. p.* 132. *n.* 5. — 17) MAXIMIL. II. ROM. IMP. SEM. AVG. Protome ejusdem loricati, capite nudo, sinistrorsum conversi.)(. DOMINVS PROVIDEBIT. 1572. Aquila simplex, alis expansis, dextro pede globum sustinens. *Argent. didr. ibid. n.* 7. — 18) MAXIMIL. II. AVG. IMP. CAES. Protome ejusdem loricati, paludati, capite nudo, ad pectus cum aureo vellere, ad laevam conversi. Retro in margine siglae: AN. AB.)(. MARIA IMPER. MDLXXV. Protome Imperatricis Mariae in stola pellicea replicata, cum crispo collari, capite vittato, dextrorsum spectantis. *Aereus fusus magni moduli, cit. Numoth. Tab. VIII. n. XXII.* — 19, MAXIMIL. ROM. IMP. REX. GERM. HVNG. BOHE. ELECT. POLONIAE. Protome Maximiliani, dextrorsum conversi, loricati, capite

nudo.)(SIC ALIENA. Imperator eques galeatus, habitu romano, hasta configens prostratum militem peditem galeatum. *Ibidem n. XXIII.* et apud *Luckium p.* 261. Metallum non memoratur. Auctor *cit. Numothecae* p. 59. arbitratur, hunc Numum a Proceribus Poloniae oblatum fuisse *Maximiliano* Caesari anno 1576. quo illum hortati sunt, ut electionem suam in Regem Poloniae armis tueretur contra factionem aliam, quae *Stephano Bathory*, Principi Transilvaniae, ad Regnum évocato favebat. Caeterum Imp. Maximilianus eodem anno Ratisbonae, durantibus Imperii comitiis, diem supremum clausit. *Funebria* ejusdem *Numismata* sunt: — 20) DIVVS MAXIMILIANVS SECVNDVS CAES. P. F. Protome Caesaris ad laevam conversi, corona Imperiali coronati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.)(. NIL. HVMANA. MOROR. DVM. SVPER. ASTRA. FEROR. *Inferius.* OBIIT. RATISB. 12. OCTOB. AN. 1576. Aquila in altum evolans, relictis in terra Insignibus Imperii, corona, globo crucigero, sceptro, gladioque. *cit. Numoth. Tab. VIII. n. XXV.* — Eadem antica.)(. Pyramis in lunam decrescentem fastigiata; cui inscriptum: ANIMÆ ÆTERNÆ et in peripheria: AVGVSTI OPTIMI PRINCIPIS. *Ibidem n. XXVI.* — 22) Antica uti n. 1.)(In corona myrtea legitur: ANNO MDLXXVII. in peripheria vero: MEMORIA FVNEBRIS PRAGÆ BOHEMIAE. *ibidem n. XXVII.* — 23) Antica ut n. 1.)(. Duo capricorni clypeum, globo ter-

restri impositum simul tenentes, in quo, et *in* peripheria, legitur: ANIMÆ ÆTERNÆ AVGVSTI OPTIMI PRINCIPIS. *Ibidem n. XXVIII.* Imp. *Maximilianus II.* ex Maria Conjuge sua suscepit quindecim proles, quarum pleraeque in diversis numis, quos longum foret recensere, occurrunt; ex filiis duo successerunt in Imperio, alter post alterum, quorum numismata suis locis referentur. Habuit etiam filium sibi cognominem *Maximilianum* Archiducem Magistrum Ordinis Teutonici, cujus numismata edita sunt *cit. Numothecae P. II. Tab. XVIII.* inter quae illud etiam, quod in *Catalogo* p. 132. non rite Patri ejusdem attributum est, occurrit, estque hujusmodi: MAXIMIL. D. G. ARCH. AVST. Protome Archiducis loricati, paludati, capite nudo, dextrorsum conversi, in margine 1583. In *Aversa*: FRANGIT ET ATOLLIT. Pallas galeata, stolata. stans, d. hastam tenet, simulque funiculo retinet leonem, s. clypeum, unaque aprum adstantem vinculo coercet. Quo symbolo alluditur ad militarem Archiducis conditionem, inscriptio enim sumpta est ex *Propertio*, apud quem hoc distychon legitur: FRANGIT, ET ATTOLIT *vires in milite causa: Quae nisi iusta sit; excutit arma pudor.*

Sub *Maximiliano* Hungariae Rege post mortem *Joannis Sigismundi* rebus Transilv. praefuit *Stephanus Bathory* de *Somlyo*, qui antea, quam Rex Poloniae eligeretur, pacis causa profitebatur sese fiduciarium Vajvodam Tran-

silvaniae, et in partibus Hungariae Locumtenentem. Hujus Numi praeter illos, qui in *Catalogo* P. II. *p.* 10. *et seq.* recensentur, complures alii referuntur in *cit. Notitia p.* 492. *seqq.*, quorum nonnullos §*pho* sequente descriptos reperies.

§. 15.

De Numis RVDOLPHI II. *et Synchronorum Principum Transilvaniae*, BATHOREORVM, *nec non* STEPH. BOTSKAI, *et* SIGISM. RAKOCZI.

Inter Numismata mnemonica RVDOLPHI II. primus ordine est Numus missilis coronationis Hungaricae tam in *Numotheca Principum Austriae P. II. Tab. XII. n. I.* quam In *Catalogo* nostro p. 137. 1) Antica exhibet Scutum coronatum, complectens Insignia Hungariae Dalmatiae, et Bohemiae, parmulamque Austriacam in medio cum inscriptione: RUDOLPH9. ARCHIDV. AVSTRI. In *Aversa*: CORONATVS. EST. REX. IN HVNGARIA. 1572. *Arg. parvi moduli.* Auctor *Numothecae* in hoc Scuto leonem censet non esse Bohemicum, sed Habsburgicum, vel pantheram Styriae. Coronationis tamen Bohemicae, quae anno 1575. subsecuta fuit, nec ibi, nec apud *Voigt* occurrit numus. Qui autem ejusdem in Regem Romanorum coronationem referunt, in cit. *Numoth.* ita habent. 2) RVDOLPHVS II. D. G. ROM. REX. ELE. In area: XVII. OCT. COR. I. NOW MDLXXV. RATISB.)(†

CONSENTIENTIB. VOTIS. In medio est mensa cum 4. et in alio Numo cum sex calculis superpositis, uno praeterea calculo altius, veluti in aere haerente. *Ibid. Tab. XII. n. II. et III.* et *apud Luckium p.* 259. 3) RVDOLPHVS II. D. G. ROM. REX. Caput corona radiata cinctum, barbatum, ad laevam conversum, cum crispo collari, et cum lorica, atque paludamento ad pectus.)(. A. DOMINO. REGNVM. VENIT. IMPERIIQVE. POTESTAS. In area R magnum coronatum, infra quod globus cruciger inter sceptrum, et gladium, interque binos lauri ramos. *Ibidem n. IV.* Imperatoriam dignitatem adeptus est *Rudolphus*, post obitum sui patris *Maximiliani II.* id est anno 1576. quae sequentibus Numis celebrata fuit: 4) RVDOLPHVS II. ROM. IMP. AVG. REX HVNG. BOH. Protome adversa Imperatoris, capite laureato; cum mystacibus, et barba, cumque collari crispo hispanico, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere. In parte *aversa*: FVLGET CÆS. ASTRVM. Capricornus globo incumbens, supra quem stella, et supra hanc aquila volans. *aereus, et stann. figurae ovalis cit. Numoth. Tab. XII. n. XII.* 5) In alio rotundo pars *aversa* eundem fere typum habet, sed cum inscriptione: VADVNT. SOLIDA. VI. *Ibidem n. XIII.* 6) Pars *aversa* alterius numismatis exhibet in Zodiaco Capricornum, Aquilam cum duabus stellis, et coronam. Inscriptio est: FVLGET CÆS. ASTRVM. *Ibidem n. XIV.* 7) RVDOLPHVS II. IMPER. Caput laurea-

tum,

tum, ad laevam spectans, pectore loricato, cum aureo vellere.)(FVLGET CAESARIS ASTRVM. Capricornus globum pedibus complectens; ante illum stella; supra vero Aquila volans cum telo. *Arg. parvi moduli elegans cit. Catalog. p.* 143. *n.* 16. In alio simili aquila supra Capricornum volans gerit sceptrum. *cit. Numoth. n. XV.* 8) RVDOLPHVS II. D. G. ROM. IMP. AVGV. Protome ejusdem, sinistrorsum versa, capite nudo, cum crispo collari, ad pectus cum lorica, et paludamento. Infra: C. PRI. C. In *Aversa* R inter coronam, et pomum Imperii, interque Sceptrum, et gladium, cum duobus lauri ramis. Perigraphe: A DOMINO REGNVM VENIT IMPERIIQ. POTESTAS. *Arg. Semunc. ibidem n. V.* 9) R coronatum inter siglas: IMP. et II. In *Aversa*: Aquila biceps, infra quam sceptrum et gladius in decussim positi, et infra hos pomum Imperii. *Arg. dr. ibidem n. VI.* 10) RVDOLPHVS II. ROM. IMP. AVG. REX. HVNG. BOHE. Imperator in ornatu Caesareo palliatus, coronatus, dextra sceptrum gerens, sinistra tenens habenas Equi, in quo lente progreditur, advolante desuper Victoria cum serto. In area, utroque ex latere, cernuntur moenia, et aedificia urbis fluvio adsitae. Inferius figura viri nudi jacentis. Pars aversa repraesentat eundem Imperatorem coronatum, in throno sedentem cum sceptro, et pomo Imperii, adstantibus eidem duabus mulieribus, quarum dexterior seminuda sertum capiti Imperatoris imponit, sinisterior autem Palladis

instar galeata, et vestita gladium evaginatum elevans, manu altera palmae ramum tenet; circumsidentibus in eodem palatio, columnis ornato, Electoribus Imperii. Adhaec in superiore parte throni est aquila biceps, inter duos genios alatos Coronam Imperialem eidem aquilae imponentes. Juxta sunt duae pyramides in alias duas coronas fastigiatae. Infra thronum jacet vir nudus manibus a tergo revinctis. *Maximi moduli ex aere* fusum Numisma *cit. Numothecae Tab. XIII. n. XXIV. et p.* 93. — Ad historiam belli Turcici mutuis cladibus sub Imp. *Rudolpho II.* gesti pertinent sequentes Numi. 11) Ob receptum anno 1595. *Strigonium*: RVDOLPHVS II. ROM. IMP. SEMP. AVGVS. Protome Caesaris loricati, ad laevam conversi, capite laureato. Pars aversa solam hanc epigraphen germanicam offert: 1595. CHRIST. SCHLAGN. D. TVRKEN. V. EROBERN. GRAN. II. SEPT. id est: Anno 1595. Christiani caedunt Turcas, et expugnant Strigonium. *Arg. tetragonus pond. drachm. Ibidem Tab. XII. n. XI.* Aliud majus, et elegantius de recuperato *Strigonio* Numisma recensebitur inter Numos *Matthiae II.* 12) Ob recuperatum anno 1598. *Jaurinum*, videantur in *Catalogo* nostro *p.* 137. *seqq.* tria diversa numismata. Unum *argenteum tetragonum Semunciale* in una parte repraesentat Christum post resurrectionem suam apparentem Apostolis suis praesente Thoma, dicentemque PAX *Vobis*: Pars ejus-

dem altera exhibet R coronatum inter duas stellas, et hanc epigraphen: 29. MARCI. *sic.* IAVRInVM erIpItVr. VIVIt VIraVte rVDoLphI. Cum hoc forte numo incepit insulsus chronostichorum usus. — 13) Alius Numus bilinguis, opus *Valentini Maler Norimbergensis cum privilegio Caesareo*, in Antica habet ichnographicam Urbis Jaurinensis imaginem cum accedentibus ad eandem copiis Caesareis, et epigraphen: OMNIS VICTORIA A DOMINO. In aversa vero hanc inscriptionem: ANNO. MDXCVIII. IST DIE VESTVNG RAAB DEN 29. MARTI. N. C. (*Neuen Calenders*) DVRCH WVNDER HILFF GOTTES AVS DES TVRCKEN GEWALT WIDERVMB EROBERT. DARVM GOTT ALLEIN DIE EHR. *Arg. pond.* 3. *drachm.* In tertio Numismate *aeneo maximi moduli* sequentes occurrunt inscriptiones: 14) IAVARIN. AVTORE DEO. AVSPICIO RVDOLPH II. CAES. NVBE OPPORTVNISS. LVNAM OBDVCENTÆ. *sic.* DIRECTORE ADOLPH. COM. A. SCHWARZENB. RECVPERATVR. A. MDIIC. D. XXIX. MART. In *Aversa* vero parte: SIGIS. BATH. TRANSYL. PRINC. AQVILAE ET STELLAE CRINITAE FOELICISS. PRAESAG. CAESOS TVRCAS INTER DANVB. ET SAV. FLV. AD TERGOVIST. FORTITER FVGAVIT. A. MDVC. D. XVIII. OCTOB. Descriptionem Figurarum utrinque occurrentium vide in praemisso *Catalogo* p. 138. *et seqq.* 15) Ob receptam 1601. *Albam regalem* in eodem Catalogo reperies binos Numos communem habentes partem anticam cum inscriptione: OMNIS VICTORIA A DOMINO, et re-

praesentatione urbis Albae regalis cum adventante exercitu Caesareo. Partes autem aversae hoc modo differunt. In *priore* legitur: ALES VT PHOENIX REVIVISCIT. SIC VNGARIA OPE DEI SVB IMP. RVDOLPH. II. EXPVGNA. ALBAE ARCE MDCI. D. XX. SEPT. REVIRESCIT. Phoenix gerens pectore Insignia Hungariae cet. In *altero*: 16) OPE DEI. PRECE. CONSILIO. ET ANIMO. ALBAE REGIAE MVNIMEN ILL. PRIN. DD. PHIL. EMMANVELIS DE LORRAIN ET MERCVRIO ELECTI AB IMP. RVDOLPH. II. CHRIST. EXERCITVS CONT. TVRC. DVCIS EXPVGNAT. A. S. MDCI. XX. SEP. *ibid*: *p*. 146. Ob alias victorias, de Turcis relatas. — 17) RVDOLPHVS II. ROM. IMP. AVG. REX HVNG. BOE. Protome adversa Imperatoris laureati, loricati, paludati, ad pectus cum aureo vellere. *Aversa:* CVI MILITAT AVSTER. Aquila segmento globi terrestris uno pede insistens, altero lunam bicornem, Imperii Turcici tesseram, unguibus stringit, vento meridionali flante. *Arg. Sen unc. cit. Numoth. Tab. XII, n. XX.* 18) ADIVTORIVM. DOMINI. SIT. INIMICIS. TIMOR, Aquila pede sinistro sagittam gerens. *Aversa* exhibet in laurea hanc epigraphen: D. O. M. RVD. II. CAES. AVG. ET EXERCITIBVS. IN. TVRCAM. MILITANTIBVS. HOC ANIMI. ET VIRTVTIS. MONVMENTVM. FIERI. F. 1596. *Ibidem n. XVI.* 19) RVDOLPHVS II. ROM. IMP. REX HV. BO. Protome adversa Caesaris laureati, paludati, loricati, cum torque aurei velleris.)(. Aquila sagittam dextro pede stringens, laevo insistit Schedae volanti, in qua

legitur: ADSIT. Quinque hae literae sunt initiales totidem vocabulorum, quae continent epigraphen praecedentis Numi: *Adjutorium Domini sit Inimicis Timor. Ibidem n. XVIII.* 20) RVDOLPHVS. II. ROMANORVM. IMPERATOR. SEMP. AVG. Protome Imperatoris, ad laevam conversi, loricati, paludati, dextera vacua pectori admota, sinistra sceptrum tenentis. X. VICTORIA DACICA. Effigies mulieris seminudae stantis super congerie armorum, inter duos captivos vinctos sedentes, interque vexilla, manuque dextra facem ardentem inversam tenentis, sinistra vero supra caput suum elevata lauream ostentantis. *Arg. maximi moduli cit. Numoth. Tab. XIII. n. XXI.* Hoc Numisma carens anni nota pertinere videtur ad annum 1603. quo *Rudolphus* Imperator per Georgium *Bastam* Exercitus sui Ducem, *Michaelem* Valachum profligavit, Mosem Siculum devicit, Daciamque recuperavit. — 21) RVDOLPHVS II. ROM. IMP. AVG. Protome adversa Imperatoris laureati, paludati, loricati, crispo lato collari, et aureo vellere ornati. *Aversa*: AVT. PACEM. AVT. BELL. DELige. Imperatori in basi stanti, palliato, loricato, d. gladium, s. palmae ramum tenenti manus ex nube porrecta lauream imponit, adsidentibus ad eandem basim, bicipite aquila ornatam, duobus captivis Turcis, circumque positis armis, et vexillis Turcicis. In *Exergo* legitur: CVM PRIVIL. CÆ. C. M. (*Christian. Maler*) 1604. *Arg. fig. oval. pond. Se-*

munc. ibidem n. XXII. Anno hujus Numismatis 1604. agebatur de induciis mortuo Mahomete III. 22) RVDOLPHVS &c. ut in antica praecedentis Numi. Pars *aversa* exhibet coronam quernam, duobus capricornis globo terraqueo incumbentibus connexam, in cujus medio legitur: OB CIVES SEX. (*sic erronee pro SERvatos*) *Arg. Semunc. ibidem n. XXIII.* Elegans hic numus imitatione veterum signatus fuit anno 1606. quo XI. Novembr. pax cum Turcis in XX. annos decernebatur. 23) RVDOL. II. RO. IMP. VIctor. AC. TRIVmphator. SEmper Augustus. Imperator laureatus, loricatus, Equo phalerato ad cursum concitato insidens dextra tenet sceptrum belli Ducum proprium. *Aversa*: DA. PACEM. DOMINE. IN DIEBVS. NOSTRIS. HILDESHEM. Aquila biceps pectore gerens Insignia urbis Hildesheimensis. *Aur. pond. decem ducat. Catal. p.* 141. *Tab.* 23. *in fine.* Plura alia numismata *Rudolpho II.* diversis temporibus dicata, nec non ejusdem Monetae usuales aureae, et argenteae videantur partim in praemisso *Catalogo* a p. 141. usque 150. partim vero in supra laudata *Numotheca Marquardi Herrgott. Tab. XIII. et XIV. p.* 92—104.

Ad historiam *Rudolphi II.* qua Regis Hungariae pertinent simul Numi Transilvanici Principum eidem coaevorum. I. STEPHANI BATHORY de *Somlyo.* Hic modestiae, et pacis causa in suis aureis monetis, tempore *Maximiliani II.* signatis, abstinet *Principis* titulo, quae sic ha-

bent: MON. TRANSIL. S. B. D. S. id est: *Moneta Transilvanica Stephani Bathori de Sómlyo* addito anno 1572. vel sequente usque ad 1576. Typus repraesentat S. Ladislaum stantem coronatum, loricatum cum bipenne in dextra, et globo crucigero in sinistra. In parte aversa est icon Mariana solitis cum attributis, et perigraphe PATRONA VNGARIE. additis infra iconem duobus ensibus decussatis, si numus fuit *Cibinii* percussus. Meminit tamen *Köleserus* in *Auraria Rom. Dac. p.* 146. alterius a prioribus longe diversi numismatis aurei, cujus *antica* est: STEPHANVS BATHORI DE SOMLYO. Caput ejusdem. *Aversa*: VAIVODA TRANSILV. ET SICVLOR. COMES. Insigne Domus Bathoreanae tres dentes draconis (an lupi?) intra circulum a dracone in gyrum acto effictum. Rex Poloniae factus *Nagybanyam* in Hungaria pro *Szathmarino*, quod familiae suae patrimonium erat, ab *Rudolpho* Rege Hung. obtinuit, ubi complures dein monetas suo nomine feriundas curavit. En *aureum* ejusdem ex officina Nagybanyiensi. 3) STEPHANVS D. G. REX PO. PRV. Deipara cum Jesulo, infra quam est parmula gentilitia Bathoreorum, tres dentes complexa. In *aversa*: S. LADISLAVS REX. 1586. Consueta S. Ladislai effigies, et siglae: N. B. indicantes *Nagybanyam*. *Aur. simpl. R. Univ. Pest* editus *cit. Notit. Tab. XX. N.* 389. En et *argenteum uncialem*: 4) Pars *antica*: STEPHAN. D. G. REX. POLON. MAG. DVX L. Protome capite coronato, pectore, et

brachiis loricatis, d. sceptrum humero admotum, s. capulum gladii. *Aversa:* RVSS. PRVS. MAS. SAM. LIVO. PRIN. TRAN. 1585. Scutum coronatum, quadripartitum, in quo Aquila Poloniae, et Eques Lithvaniae alternant: medium obtinente locum parmula Bathoreana. In area: N. B. in alio simili est annus 1586. Vid. *Notit.* *p.* 493. *n.* 5. *et P. II. p.* 10. *seq.* — II. Etiam CHRISTOPHORVS *Bathori*, frater STEPHANI, hujusque in Praefectura Transilvaniae successor, ab ann. 1576. ad 1581. RVDOLPHO II. regnante, suis in monetis abstinet a titulo Principis. In *Catalogo P. II. p.* 12. *seq.* primum recensentur majora ejusdem Numismata *aurea*, pondere partim decem, partim quinque ducatorum singula, in quorum parte antica est Scutum coronatum exhibens tres dentes, et pro telamonibus habens duos genios stantes, alatos, stolatos, cum inscriptione circulari: CHR. BATH. DE SOM. VAIVODA. TRANSILVA. ET SIC. COMES. In peripheria partis aversae legitur: ANNO DOMINI. MILLESIMO. QVINGENTESIMO. SEPTVAG. SEPTIMO et in area circuli: VIRTVS. VNITA VALET. In alio simili est perigraphe. † ANNO: D: MILLESI: QVINGEN: OCT: TERTIO. *Christophorum* quidem *Bathoreum* obiisse anno 1581. die 27. Maji, constat ex ejusdem Epitaphio per Car. *Wagner* in *Collectan. geneal.* vulgato, sed solennes illius exequias usque ad annum 1583. fuisse dilatas testatur *Wolfg. Bethlen Tom. II. Rer. Transilv. p.* 478. *seq.* pro hac igitur solemnitate

posterius hoc numisma cusum ad genus *Restitutorum* pertinet. Ducati simplices hujus Principis habent consuetas imagines Deiparae, et S. Ladislai, cum inscriptionibus: PATRONA VNGARIE. et MON. TRANSILV. C. B. D. S. 1579. vel 1580. uti est *cit. Catal. p.* 13. *n.* 4. *et* 5. ubi sub n. 6. et Moneta argentea Castrensis occurrit cum solis his literis C: B: D: S. 1580. supra Scutum Bathoreum sculptis. III. ELISABETHÆ BOTSKAI, *Christophori Bathori* nuptae Numisma hodie oppido rarum, in parte *antica* exhibet arma gentilitia familiae Botskaianae, Leonem videlicet sedentem, dextroque pede anteriore tenentem sagittam; in peripheria legitur: ELISAB. BOCSKAI. CONSORS ILL. PRINC. TRANSILVANIE. Partis autem aversae perigraphe est: ANNO DOMINI. MIL. QVINQ. SEPTVAGE. SEPTIMO. In area: VICTRIX CASTA. FIDES. *Aur. decupl. et quintupl.* Vid. *cit. Notit. p.* 496. In Catalogo non occurrit. — IV. SIGISMVNDVS BATHORI primus ab obitu parentis sui *Christophori* annis utebatur *Vaivodae* titulo, uti constat ex numismate aureo decuplo anni 1583. quod in *Catal. p.* 14. *n.* 1. describitur hoc modo: SIGIS: BATORI: DE: S: VAIVO. TRAN: ET: S: Ç. Scutum coronatum, in quo tres dentes gentilitii, adstantibus telamonum vice duobus geniis alatis, quorum capita crucula, pectora vero duabus fasciis ornantur. In *aversa*: ANNO: D: MILLESI: QVINGEN: OCT: TERTIO. in area circuli: VIRTVS VNITA VALET. — *Aureorum simplicium* typus

communis, hinc Deipara, inde S. Ladislaus consuetis cum attributis; inscriptiones: vel PATRONA VNGARIE. et MONE. TRA. IL. SIGI. B. D. S. vel SIGISMVNDVS BATHORI, et LADISLAVS REX addito ann. vel SIGISMVND. BATHORI. et in aversa: PRINCEPS TRANSIVV. vel SIGIS. D. G. TRA. MOL. WA. T. S. R. I. P. cum typo Aquilae bicipitis coronatae, gerentis pectore Scutum gentilitium familiae Bathoreae, circumdatum torque aurei velleris, et in aversa effigies S. Ladislai cum inscriptione: S. LADISLAVS REX. 1598. in area: N. B. *Argentei* vero *unciales* ejusdem Numi parte *antica* cum inscriptione: SIGISMVNDVS BATHORI. exhibent protomen Principis ad laevam conversi, loricati, capite nudo, capillo brevi, a fronte reflexo, dextera sceptrum humero admotum tenentis, sinistra capulum gladii, quo praecinctus est, tangentis; in *aversa* est perigraphe: PRINCEPS TRANSILVANIÆ. 1590. vel alius annus e sequentibus; in medio Insigne Bathoreanum in scuto, pro telamonibus duos genios alatos habente. Alius similis *Thalerus* in antica parte habet cruculam ante vultum Principis positam. *Conf. cit. Catal. p.* 14—16. et *Notit. Rei Num. Hung.* p. 497—502. Numis modo recensitis rarius aliud Numisma *Sigismundi Bathori*, hactenus ineditum, extat in *Museo Exc. C. Joann. Nep.* ESZTERHAZY, in quo titulus *Equitis aurei velleris* ad plures alios titulos accedit. Sic autem habet: SIGISMVN. D. G. TRAN. MOL. WAL. TRANSAL. S. R. I. P. Effigies

Principis, uti supra. *Aversa*: PAR: REG: HVN: DOMI: AV. VEL: E: ET: SI: CO: 1598. Aquila biceps nimbata, coronata, torque aurei velleris cincta, habens in pectore Insigne familiae Bathoreae. *Sigismundus Bathori* anno 1595. foedus cum Imp. Rudolpho inivit ea conditione, ut sibi titulus S. R. I. Principis cum ordine aurei velletis, cunctaque Transilvania cum finitima Hungariae parte, nec non Moldavia, et Valachia Transalpina, cujus Vajvodae Turcicum jugum excutientes clientelam Sigismundi expetebant, pleno jure ad dies vitae concederetur, post suam vero mortem, si haerede careret, provinciae istae Regno Hungariae adnecterentur: tum ut sibi detur conjux ex Augusta Domo Austriaca. Hoc foedere inito duxit Mariam Christiernam, Caroli Archiducis in Styria dominantis filiam, eodemque anno bellum in Turcas feliciter gessit ad Tergovistum in Valachia, teste Numismate, superius inter numos mnenonicos Imp. Rudolphi recensito. Idem anno 1597. Principatum Transilvaniae resignavit pro Ducatu Opoliae, et annuis 50 millibus aureorum: verum haud multo post e Silesia reversus Principatum opera Stephani Botskai resumsit. Anno 1599. Conjugem suam *Christiernam* Archiducem remisit in Styriam, ipse vero Principatum cedens *Andreae Bothoreo* Cardinali et Episcopo Varmiensi secessit in Poloniam, unde anno 1601. ad vindicandam Andreae Cardinalis caedam redux, apud *Coronenses* cum exer-

citu substitit, qui hac occasione Monetam eidem obtulerunt hujus inscriptionis ac typi: SIGIS. TRANS. SAC. RO. IMP. PRINC. Aquila biceps coronata, et aureo vellere ornata, gerens in pectore Insigne Bathorianum. In *aversa*: MONETA CIVITATIS CORONENSIS. Insigne hujus Civitatis radix coronata; Superius legitur: DEO VINDICE PATRIAE. 1601. *Arg. Numisma quadrangulare e Museo Com. Festetics.* Vid. *Notit. p.* 502. Sed Caesar *Sigismundo* non minus, quam ceteris faedifragis offensus, exercitum duce *Georgio Basta* provinciae infudit, victumque adegit, ut anno 1602. Patriae suae in perpetuum valedicens, Pragam deinceps ad obitum usque incoleret. — De Numis ANDREAE BATHORI Cardinalis, septem dumtaxat mensibus Principis Transilvaniae nihil certi constat. — V. MICHAELIS, *Valachiae Transalpinae Vajvodae, et per Transilvaniam Locumtenentis Numisma aureum rarissimum*, in memoriam victoriae de Cardinali *Andrea Bathoreo* relatae cusum, ita habet: MICHAEL. VAL. TRANS. VAIW. S. C. REAE. M. CONS. PER. Ejus protome facie adversa, barba promissa, capite mitra Zobolina cristata, gemmata, tecto. In *aversa*: TRANSIL. LOCVMT. CIS. TRAN. PAR. BI. SVP. EXER. GE. CAP. In area legitur: VIGILANTIA. VIRTVTE. ET ARMIS VICTORIAM NACTVS. A. D. 1660. *Extat in Mus. Caes. Vindob. editus in supplement des Monnoies en Or. p.* 68. — VI. MOYSIS *Siculi Transilvaniae Tyranni* 1603. *Aureus rarissimus*,

in cujus antica est haec perigraphe: MOISES ZEKEL DE SEMENFALUA VAIVODA TRANSILVANIAE. ET. SI. COMES. Scutum gentilitium exhibens binos leones erectos, pedibus anterioribus gladium, per coronam apertam transeuntem, una tenentes: in area superiore duae lunae, ac totidem stellae. Pars *aversa:* ANNO DOMINI MILLESIMO SEXCENTESIMO TERTIO CLAVDIOPOLI. In area Numi: DEVS PROTECTOR MEVS. *Extat in collectione Széchényiana.* Vid. Catal. P. II. p. 21. — VIII. GEORGII BASTA *Caesarei exercitus in Transilvania Capitanei Generalis anno* 1603. Aurea et argentea numismata *fig. oval.* exhibent ejus protomen loricatam, barbatam, sinistrorsum conversam cum inscriptione: GEORGIVS BASTA. DNS. IN. SVLT. EQ. AV. In *aversa:* S. C. M. AC. CATH. REG. HISP. CONSI. BEL. ET. IN. TRAN. CAPIT. GENERAL. In area; Laurea cum tribus palmae ramis, infra quam haec epigraphe: VALL-*acho* PROF-*ligato.* SIC-*ulo.* DEV-*icto.* DAC-*ia* REC-*epta* 1602. Vid. *P. II. Catal. p.* 22. — VIII. Huc quoque pertinet *Numus Transilvanicus* in memoriam calamitatum anno 1660. toleratarum, inscriptus: TERRENA CONSIDERES et reliqua, quem editum ac descriptum vide ibidem p. 21. — IX. STEPHANVS BOTSKAY *de Kis Maria*, Sigismundi *Bathori* avunculus, variis perfunctus magistratibus, anno 1605. post aliquot prosperas cum Caesareanis dimicationes profectus Claudiopolim Principatum Transilvaniae in praesentia Legati Ottomanici die 14.

Septembris solenniter invasit, ac postea opibus, copiisque Turcicis adjutus Hungariam subjugare conatus est; quonam symbolo uti consueverit, ad excitandum civile bellum sub specioso Religionis et libertatis obtentu, docet ejus Numisma hujus inscriptionis ac typi: STE. BOCHKAY D. G. HVNG. TRAN. Q. PRIN. ET. SICV. COMES. Protome Principis pileati, barbati, loricati, sinistrorsum conversi, pectore tenus. *Aversa:* DVLCE EST PRO PATRIA MORI. 1605. brachium loricatum manu tenens gladium, cui scheda circumvoluta hanc exhibet epigraphen: PRO DEO ET PATRIA. *Aur. decuplus P. II. Catal. p.* 25. *Tab.* 4. *Transilv. n.* 7. Communes ejusdem aurei simplices habent consvetas effigies Deiparae, et S. Ladislai. Inscriptiones ita variant, in quibusdam circa effigiem S. Ladislai legitur: STEPH. D. G. HVN. TRAN. P. ET. SIC. CO. In parte *aversa:* PATRONA HUNGARIAE 1605. circa iconem Marianam, infra quam est parmula cum leone Botskaiano. In aliis vero circa effigiem Deiparae est perigraphe: STEPHA. BOCHKAY PR. TRANSYL. In *aversa*: S. LADISLAUS REX. 1605. consveta imago S. Ladislai et Siglae: N. B. *Rursus* in aliis *aureis simplicibus*, et *duplis*, *Antica* exhibet protomen Principis pileati, loricati, ad laevam conversi cum inscriptione: STE. BOCH. D. G. HVN. TRAN. PRI. Siglae: C. V. *Aversa* habet in circulo per draconem formato leonem cum sagitta. Extat etiam ejusdem *Aureus Sextuplus* typario, et inscriptione *Grossi*

argentei Sextuplicis percussus, in cujus antica est protome Principis capite nudo, pectore loricato, dextra sceptrum tenentis: infra est parmula continens duos enses decussatos Civitatis Cibiniensis. In aversa vero perigraphe est: GROS. ARGENT. SE. REG. HV. ET TR. 1605. Typus: Scutum in quo nunc primum occurrunt propria Transilvaniae insignia, videlicet Aquila simplex inter solem, et lunam, nec non septem castella; et in medio gentilitium aliud Insigne familiae Botskaianae. Praeterea extant nonnulli aurei simplices a *Stephano Bocskai* antea quam se Principem Transilvaniae proclamari fecisset, hoc modo sine anni nota, sine Auctoris nomine signati; *Antica:* PATRONA UNGARIE. Deipara coronata, dextra gerens Jesulum: sub pedibus luna, infra hanc duo malleoli decussati. *Aversa:* MON. OR. TRANISLA (*sic*) VNG. S. Ladislaus stans coronatus loricatus, d. bipennem, S. globum crucigerum. Infra est parmula exhibens leonem Bocskaianum. *Argenteae* ejusdem Monetae partim sunt unciales seu *Thaleri*, et semunciales, partim *grossi triplicati*. In illis vel est una ex parte effigies Deiparae cum Jesulo, et siglis N. B. ex alia vero Scutum Bockaianum cum leone sedente, ac sagittam tenente, inclusum circulo per Draconem effícto: Perigraphe utriusque partis junctim accepta sic habet. STEPHANVS BOCHKAY DE KIS MARIA. PRIN. TRANSYLUA. 1605. PARTIVM REGNI HVNG. DOMINVS ET

SICVLOR. COMES. vel in aliis pars antica exhibet Protomen Principis loricati, capite nudo, ad laevam conversi, dextra sceptrum humero admotum tenentis, perigraphe: STEPHANVS BOCHI. D. G. HV. TRANQ. PRINCEPS, vel haec alia: STEPHANVS D. G. HVNGARIAE TRANSILVANIAE Q. In *aversa* prioris: SICVLORVM COMES ET. 1606. in posteriore: PRINCEPS ET SICVLORVM COMES 1606. Typus aversae: Scutum coronatum, complectens Insignia Hungarico-Transilvanica, et in medio leonem gentilitium circulo serpentino inclusum. Aglae in uno H. S. et infra scutum parmula Cibiniensis. *Grossorum* porro inscriptio ac typus est: STEPH. D. G. HVN. TRAN. P. ET SI. C. Caput nudum Principis. *Aversa:* GROS. ARG. TRIP. REGNI HVNG. 1606. Tria scutula, Hungaricum, Transilvanicum, et Bocskaianum. 15.) Monetae aureae, et argenteae Civitatis Cibiniensis anno 1605. nomine et effigie Imp. *Rudolphi II.* anno autem sequente 1606. nomine et effigie Principis *Bocskay* signatae, hanc habent communem aversam: SOLI DEO GLORIA. CIVITAS CIB. ANNO 1605. in alio 1606. Duo enses in decussim positi ac triangulo foliato juncti, sub corona aperta ad latus dextrum lit. H. *Hermenstadt*, ad sinistrum est AR in monogramma contractum *Albertus Huet*, vel *Huterus*: inferius Monoceros cum ligula pendente ex collo. De omnibus his *Stephani Bocskai* Numis conf. *Notitia Hung. Rei Num. p. 506. seqq. et P. II. Catal. p. 25.* — X. *Bocskayo successit* SIGISMVNDVS

MVNDVS RAKOCZI ab ann. 1667. ad 1608. licet vi Pacificationis Viennensis mortuo sine liberis *Botskayo* Transilvaniam oportuisset ad legitimum Hungariae Regem revolvi. Numisma symbolicum Sigismundi *Rakoczy* sic habet: SIGISMVNDVS RAKOCZI. D. G. PR. TR. PAR. RE. HV. D. ET SIC. CO. Protome Principis barbati, loricati, capite nudo, d. sceptrum tenentis, sinistra capulo gladii admota. In *aversa*: SOLI DEO GLORIA. ANNO DO. MDCVII. et in medio numi haec altera epigraphe: NON EST CVRRENTIS: NEQVE VOLENTIS: SED MISERENTIS DEI. *Charactere monastico. Aur. decupl. P. II. Catal. p.* 27 *n.* 1. R. In aliis monetis aureis, seu *ducatis* simplicibus: SIG. RAKO: D. G. PR. TR. PAR. RE. HVN. DO. Protome Principis uti supra: siglae C. V. id est: *Colos - Vár*, seu Claudiopolis. In aversa: ET SICVLORVM COMES MDCVII. *Charactere veteri monastico.* In medio Aquila simplex dextro pede stringens gladium, laevo stans in basi addito vocabulo: AQVILA. infra basim septem castella Transilvaniae ruditer expressa, et infra haec aliud majus castellum Claudiopolitanum. *Ibidem.* Hic Princeps abdicato Principatu redux in Hungariam obiit 5. Dec. 1608.

§. 16.

De Numis MATTHIAE II. *et* GABRIELIS *Bathori.*

Quae ad historiam MATTHIAE II. faciunt Numismata, inchoant ab A. C. 1577. quo is oblatam sibi ab Ordinibus Belgii Praefecturam, inscio ac invito fratre suo Caesare *Rudolpho*, acceptavit, confectoque celeriter itinere Bruxellas sese contulit. Belgae adventum Archiducis, unaque apparitionem Cometae his Numis *missilibus* ad posterorum memoriam transmiserunt: 1) SPEM. FERT. MATHIAS. 1577. 14. No. Archidux specie Phaebi, quadrigis celerrime vecti in nubibus, dextra flagrum elevatum, sinistra habenas equorum tenens. Supra est Sol oriens. In parte *aversa* apparet Cometa, infra quem cernitur pars urbis cum adsita regione: perigraphe: OFFENSI. NVMINIS. ASTRVM. *Numus missilis cit. Numoth. P. II. Tab. XV. n. II.* — 2) SPEM. ADFERT. MATHIAS. Vir nudus quadrigam impellens in nubibus.)(. OFFENSI. NVMINIS. ASTRVM. 1578. Conspectus Bruxellarum, supra quas Cometa conspicuus. *Ibidem n. III.* Spem nempe conceperant Belgae, fore ut per adventum Matthiae Archiducis avertatur patriae ruina, quam Numen offensum minari videbatur. Apparentis illo tempore Cometae meminit *Strada lib. X. de Bello Belgico.* Alia *Matthiae* qua *Gubernatoris* Belgii Numismata. 1) MATHIAS. D. G. ARCH. AVST. GVB. ET CAP. GEN. BELG. Protome Archiducis loricati, palu-

dati, cum crispo collari, capite nudo, ad laevam conversi.)(. AMAT VICTORIA CVRAM. Scutum pileo archiducali tectum, complectens Insignia Hungariae, Bohemiae, Hispaniarum, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, ac Tyrolis. *Arg. Semunc. ibidem. n. I.* Cum eadem sententia: *Amat victoria curam:* occurrunt diversae figurae in sequentibus numis. 2) MATHIAS D. G. ARCHI. AVST. D. BVRG. CO. TY. ZC. GVBER. Z. CAP. GRL. BELG. *Inferius* 1578. Protome Matthiae loricati, paludati, capite nudo, sinistrorsum conversi)(. AMAT VICTORIA CVRAM. Perseus armatu advolans Andromedam scopulo alligatam liberat a monstro marino. *Arg. semunc. ibidem n. IV.* Alii tres cum Perseo Andromedam liberante, et eadem cum inscriptione, diverso tamen typario signati: horum unus infra Protomen habet annum 1579. alter 1581. simulque in isto *Mathias* non amplius gerit titulum Gubernatoris et Capitanei Generalis Belgii. *Ibidem n. V. VI. et VII.* — 3) MATHIAS. ARCHIDVX AVSTRIAE. Z. Protome Archiducis loricati, paludati, ad laevam conversi, capite nudo, mystacato.)(. AMAT VICTORIA CVRAM. Scopulus, in cujus summitate cernitur laurea, alis instructa. *Arg. fusus. ibidem n. VIII.* 4) MATHIAS D. G. ARCHID. AVST. DVX. BVR. COM. TYR. Protome ejusdem, uti in praecedente, sed accedit in pectore aureum vellus.)(AMAT VICTORIA CVRAM. Grus in congerie armorum Turcicorum stans, pede altero elevato tenet lapidem: ad

Regis coronati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. *Aur. simpl. ibidem p.* 151. *seq.* 10) MATTHIAS etc. uti in aversa praecedentis.)(ABVNDANTIA DILIGENTIBVS TE. Mulier serto redimita stans in medio florum, dextera tenet ramum palmae, sinistra cornucopiae. *Arg. drachm. ibid. p.* 152. *n.* 6. 11) Antica eadem quae in praeced.)(. MEMORIAE ERGO: CIVITATES. ET. OPPIDANI. INFERIORIS AVSTRIAE. PROPRIIS SVIS SVMTIBVS FIERI FECERVNT. Supra epigraphen laurea cum duobus palmae ramis decussatis. *Aur.* 4. *ducat. Cit. Numoth. Tab. XVI. n. XVII.* — 12) MATTHIAS II. D. G. REX HVNGARIAE. ETC. Protome Regis corona hungarica coronati, barbati, mystacati, cum lato collari hispanico, paludati, loricati, sinistrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere.)(. Scutum Hungariae in medio positum, et novem aliis minoribus Scutis Regnorum, ad Coronam Hung. spectantium, circumdatum, addito circa illud vocabulo: HVNGARIAE. aliis vero Scutulis adpositae sunt literae initiales Regnorum, nempe D. C. S. R. S. G. L. C. B. *Aur. sextupl. Catal. p.* 151. *n.* 1. et *cit. Numoth. Tab. XVI. n. XV.* 13) MATTHIAS II. D. G. REX HVN. DESIG. IN REG. BOHE. Protome Regis pileati, cristati, amictu Hungarico, sinistrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere.)(. COELESTI LVMINE SVRGO. Rex in Equo ad rursum concitato sedens, dextraque gladium vibrans. Infra equum conspectus urbis. In *Exergo*: C. M. C. PRI. C.

id est: *Christianus Mahler cum privilegio Caesareo. Arg. didr. ibidem n. XVIII.* — 14.) *ob coronationem in Regem Bohemiae*, anno 1611. Primus horum in antica habet intra lauream monogramma nominis *Matthiae II.* cum superposita corona, ac duobus lauri ramis: in aversa legitur: CORONAT. BOHEMIAE REX. 1611. in laurea. *Arg. missilis: ibidem n. XIX.* In *alio* pars *antica* laureata exhibet Protomen Matthiae pileati, cristati, amictu hungarico, ad pectus cum aureo vellere: *Aversa* vero aeque laureata hanc epigraphen: MATTHIAS II. D. G. HVNG. REX. CORONAT. IN REGEM BOHEMIAE. AN. 1611. DIE. 23. MAII. superius est Corona Bohemica inter duos lauri ramos. *Aur. dupl. ibidem n. XX.* In *tertio*: SALVTEM EX INIMICIS NOSTRIS. Ciconia rostro serpentem arripiens. Pars *aversa* eadem est, quae in praecedente. *Arg. ibid. n. XXI.* — 15.) Alia numismata ejusdem anni 1611. MATTHIAS II. D. G. HVN. ET BOHE. REX. ARCI. AVS. DVX BVR. CO. T. Protome Regis pileati, cristati, barbati, chlamidem hungaricam induti, sinistrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere. *Aversa* sine inscriptione exhibet congeriem diversorum armorum, et in medio thoracem, cui pede uno grus insistit, altero globum tenens. *Arg. sesquidr. ibid. n. XXII.* 16) Antica eadem quae in praecedente, In parte *aversa*, Victoria amplectens Vigilantiam, adstante inter arma Grue, vigilantiae symbolo: accedit epigraphe: AMAT VICTORIA CVRAM. *Arg.*

3. dr. ibid. n. XXIII. — 17) *Ob connubium cum Anna Austriaca celebratum anno* 1611. In parte *anticâ*: MATTHIAS II. REX. HVNGARIAE CORONATVS MDCVIII. Protome Regis, coronati, loricati, paludati, sinistrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere. In *aversa:* QVI CVM ANNA AVST. ARCHID. VIEN. NVPTIAS CELEBRAVIT. 4. DEC. ANNO 1611. Protome Annae Reginae ad laevam conversae cum lato collari hispanico. *Arg. semunc. ibid. n. XXV.* — 18.) MATTHIAS D. G. ARCH. AVSTR. HVNG. ET BOHEM. REX. Protome Regis pileati, cristati, amictu hungarico ad laevam conversi cum torque aurei velleris.)(. CONSOCIATIO RERVM DOMINA. Mulier stolata gradiens dextrorsum inter arma humi jacentia, capite laureato, dextra tres ramos tenet junctos, sinistra coronam. *Numisma magni moduli, non commemorato metallo: ibidem n. XXIV.* 19) MATTHIAS II. D. G. HVNGARIAE ET BOHE. REX. Protome Regis pileati, et more Hungarico vestiti, ad laevam spectantis. *Aversa*: MANET VLTIMA COELI. CVM PRI. C. M. Figura galeata, stolata cum sceptro in dextra, et palmae ramo in sinistra, sedens inter duas coronas, tertia superius intra nubem conspicua. *Arg. Com. Festet. Vid. Notit. p. 376. n. 5.* — 20.) *Ob electionem, et coronationem in Regem Romanonum.* IN MEMORI. AVSP. ELEC. MATTH. REG. HV. ET BO. IN REG. RO. 1612. $1\frac{3}{1}$ IV. Matthias ornatu regio indutus, coronatus, in throno sedens d. sceptrum, s. globum crucigerum tenet. Pars altera exhi-

bet tres coronas, infra quas duae matronae, *Justitiam*, et *Pacem* repraesentantes occurrunt: accedit perigraphe: SVB TRIPL. MATH. DIADEM. PAX ET IVSTIT. SE OSCVLAB. *Arg. sescunc. Ibidem n. XVI.* — 21) MATTIAS II. D. G. H. B. REX CORO. IN REG. RO. 24. IVN. 1612. Protome Regis laureati, loricati, poludati, ad laevam conversi, cum aureo vellere.)(. CONCORDI. LVMINE. MAIOR. Corona Germaniae inter Solem, et lunam. *Aur. dupl. et quadrupl. ibidem n. XXVIII.* In alio minore cum eadem parte aversa, legitur in antica idem quod in praecedente, sed sine effigie Regis. *Arg. dr. ibid. n. XXIX.* — 22) *Matthiae*, et *Annae coronatio in Regem, et Reginam Romanorum.* MATTHIAS. II. D. G. H. B. REX. CORON. IN RE. ROM. 24. IVNI. 1612. Protome Regis laureati, paludati, loricati, ad laevam conversi, cum aureo vellere.)(. ANNA MATTHIAE CAES. CONIVNX. I. REGI. ROM. CORON. 26. IVNI. Protome Reginae coronatae, ad dextram conversae, cum torque aurei velleris. *Arg. didr. figurae oval. ibidem, n. XXXIII.* 23.) MATTH. ROM. IMP. CAES. ET ANNA AVSTR. AVG. Protome utriusque capitibus jugatis, ad laevam conversis, Matthiae laureati, Annae pretiosis monilibus ornatae.)(. ELECT. REG. ROM. FRANCOF. RITE PERACTAE MEM. A. MDCXII. Templum, in quo septem Electores genuflexi ante aram, quorum primus cor ardens offert. Humi in tapete aquila biceps. In *Exergo*: DOMINVS REGNA CONSTITVIT. DAN. II. *Ibidem n. XXXI.*

— 24) Eadem antica, quae in praecedente.)(. Figura triceps coronam radiatam habens in vertice, sedensque dextra tenet gladium circumvoluto serpente, simulque bilancem, sinistra palmae, laurique ramum, in pectore gerens monogramma nominis Jesu, et in sinu codicem, coronatur a duobus Angelis, cum sceptro, et pomo Imperii advolantibus. Inferius a dextris pelicanus proprio sangvine pullos pascens, et prope hunc globus cum instrumentis Mechanicae: a sinistris accubat leo in clypeo, inter cornucopiae, et gruem. Perigraphe: HIS SCEPTRA VIREBVNT. *Infra*: C. PRIVIL. CAES. M. C. M. *Arch. 5 dr. ibidem n. XXXII.* 25) MATTH. ROM. IMP. CAES. ET ANNA AVSTR. AVG. Protome amborum capitibus jugatis, uti supra.)(. ZVR GEDECHTNIS. K. M. EINRITS. VND REICHSTAGS ZV REGENSPVRG. ANNO 1613. DEN 4. AVG. C. P. C. M. Imperator Eques sub umbella, a quatuor Proceribus gestata, lente progrediens sinistrorsum. *Arg. deaur.* 1 $\frac{1}{4}$ *semunc. in Catalogo p.* 156. et *cit. Numoth. Tab. XVI. n.* XXXIV.

— 26) MATTHIAS D. G. EL. RO. IMP. S. A. GER. HVN. BOH. REX. Protome adversa Imperatoris laureati, paludati, loricati, cum lato, uti alias, collari crispo hispanico, et ad pectus cum aureo vellere, ex ligula pendulo.)(. AMAT VICTORIA CVRAM. Arbor fructifera nubibus circumfusa in horto, ante cujus portam Draco excubat. *Plumb. ex 2. laminis, ibidem n. XXXVI.*

27) *Numisma Protestantium de aedificato Pra-*

gae Templo sub Rege Matthia II. sic habet: AB HOC SOLO SEMPITERNA SALVS. Protome adversa Christi servatoris, dextera ad benedicendum elevata, sinistra tenentis globum crucigerum. Pars aversa continet hanc epigraphen: TEMPLVM SALVATORIS G. D. (*Gratia Dei*) ET CÆS. RVD. II. SVB BOHE. REGE MATTHIA II. FVNDARVNT GERMANI EWANGELICI PRAGÆ IN VRBE VETERI DIE CAROLI A. S. H. 1611. *Fusum ex aere ibidem n. L.* — 28) *Numi Matthiae Augusto oblati a Norimbergensibus.* D. MATHIÆ RO. IMP. ET ANNÆ CONIVG. AVGVS. Protomae amborum jugatae capitibus coronatis.)(. NORIBERGA OVANS FOELICEM GRATVLATVR INGRESSVM. Tria Scuta urbis Norimbergensis, cum adposito inferius anno 1612. *Aur. semunc. apud Köhler P. V. p. 50. et cit. Numoth. n. LII.* — 29.) IVSTITIA. SOPHIA. ET. CONCORDIA. VINCVLA. REGNI. Tres Mulieres, *Justitiam*, *Sophiam*, seu Palladem, et *Concordiam* repraesentantes, et alveare ad latus sinistrum. *Infra.* CVM PRIVI. C. M.)(. MEM. REV. ET SERENISS. S. R. I. VIIVIRVM ELECT. NVREMBERGÆ. FELICI CONGRESSORVM. A. MDCXI. M. IIX-BRI. Insignia septem Electorum in Scutis hexagonis, medium tenente locum Scuto Bohemiae, cui reliqua sex circumposita sunt additis nominibus: TRE. COL. MOG. PAL. SAX. BRA. *Arg. pond. 3. drachm. in Catal. p. 155. seq. et cit. Numoth. n. 21.* — 30) ROM*anorum* IMP*eratorum* EX SERENISS*ima* AVSTRIACA DOMO IN INVICTISS*imi* (continuatur

in parte aversa) *Regis* MATTHIAE EIVSDEMQVE. DOMVS HONOREM NORI*Bergae* *fecit* *Christianus* M*ahler* *cum* PRI*Vilegio* CÆ*sareo*. In medio Anticae Aquila biceps coronata gerens pectore scutum Burgundico Austriacum. Circa eandem Aquilam sunt in sex circulis totidem protomae Imperatorum ex Domo Habsburgica a *Rudolpho I.* inchoando usque ad *Maximilianum I.* additis eorum nominibus: in parte autem aversa sunt quinque protomae reliquorum Caesarum Austriacorum a Carolo V. usque ad Matthiam II. circa tabellam coronatam in medio sitam cum ejusdem Matthiae II. Symbolo. AMAT VICTORIA CVRAM. *Aur. et Arg. ibidem Tab. XVII. n. LIII.* —31) MATTHIAS D G. ROM. IMP. S. A. G. H. BO. REX. Protome Matthiae paludati, loricati, capite nudo, sinistorsum conversi, cum aureo vellere. Inferius pro siglis: leo, stella, et luna.)(. MAX. I. CARO. V. FERD. D. G. ROM. CAES. REG. HISP. Tres protomae horum Caesarum, jugatae, coronatae, loricatae, ad laevam conversae, cum aureo vellere ad pectus. *Aur. et Arg. unc. ibidem n. XXXVIII.* Quod attinet ad monetas usuales MATTHIAE II. in his ab anno 1608. usque 1611. inscribitur: MATTHIAS II. D. G. REX HVN. DE*signatus* IN REG. BO*hemiae* AR. AVS. pro typo in *Aureis* est in *antica* effigies ejusdem stantis, pallio S. Stephani et omni illo apparatu, quo Reges Hung. in solemnitate coronationis utuntur, ornati, dextra cambucam (*Bozogany*) pro sceptro, sinistra

globum cruce patriarchali conspicuum tenentis: in *aversa* est icon Deiparae coronatae, nimbatae, radiis undique circumfusae, sedentis, ac dextra tenentis sceptrum, sinistra Jesulum gerentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc est parmula Austriae. Ceteris aureis rarior est *Nagybaniae* 1614. signatus cum effigie sancti *Ladislai* descriptus in *Notit.* p. 380. n. 8. *Argenteae unciales monetae* ita habent: MATTHI. II. D. G. REX. HVN. ZC. DESIG. IN REG. BO. in fine hujus inscriptionis occurrit iconcula Mariana. In area Numi est Protome Regis diademate hungarico, dependentibus catenulis conspicuo, coronati, ad laevam conversi, paludati, loricati, cum lato collari hispanico, et ad pectus cum aureo vellere. In *aversa*: ARCHID. AVS. DVX BVR. MAR. MO. CO, TYR. 1610. Scutum corona hungarica coronatum, ac torque aurei velleris circumdatum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Dalm. Morav. et in medio parmula Austriae: Siglae: K. B. Anno hujus numismatis 1610. inita fuit ratio quaedam concordiae inter fratres Imp. Rudolphum et Matthiam Regem, minime tamen diuturna; nam tumultu Passaviensi exorto, Matthias Bohemiam ingressus, Rudolphum, ut hanc etiam sibi vivus cederet, coegit. Ab anno 1612. titulos in Numis habet: MATHIAS D. G. R. I. S. A. G. H. BO. REX. ARC. AV. DV. BV. MA. MO. CO. TYR. Sed haec et alia vid. *cit. Catal. p.* 156. *seqq. et Notit. p.* 372. *seqq.*



Principatum Transilvaniae hoc tempore obtinuit GABRIEL BATHORI ab anno 1608. usque 1613. In praemisso *Catalogo* ad singulos hujus Principis annos refertur unus alterve numus, variante plerumque typo: ad annum 1608. occurrit *argenteus uncialis*: GABRIEL: BATHORY: D: G: PRINCEPS: TRANSYLVÁNIÆ. Hujus protome loricata, capite nudo, sinistrorsum converso, dextra sceptrum humero admotum, sinistra capulum gladii tenens. *Aversa*: PARTIVM: REGNI HVNG: DOMINVS: ET SICVL: COMES. 1608. In medio circuli serpentini tria scuta sub eadem corona, unum exhibens septem castella, alterum aquilam simplicem dimidiam, tertium in medio tres dentes Bathoreos. In alio anni 1609. Protome Principis, et inscriptiones ut in praecedente, sed in uno eodemque scuto horizontaliter diviso, in area superiore est media aquila gerens pectore Scutum Bathorianum, inferior autem continet septem castella. Scutum ipsum inclusum est circulo serpentino coronato; in area: N. B. Ad eundem annum spectat alia moneta argentea minor hujusmodi: GABRIEL D. G. PRI. TR. E. S. C. Caput nudum, loricato collo, ad laevam conversum. *Pars aversa*: Tres dentes circulo serpentino inclusi, supra est numerus III. in lateribus 1609. infra vero legitur: GROS. ARG. TRIP. REG. TRANSYLVANIÆ. *Grossus triplex seu novem cruciferorum*. Alius grossus simplex anni 1610. sic habet: GABRIEL D. G. PRIN. TRANSYLVANI. Deipara velata sedens cum

Jesulo in sinu dextro, siglae: N. B. *In aversa:* PAR. REG. HVN. DOMINVS ET SI. CO. 1610. Scutum quadripartitum exhibens Insignia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae; temere utique, ac nullo ad haec regna jure. Alius Grossus minor arg. in *antica* habet coronam Principatus, infra quam legitur: 1611. GAB. BATHO. D. G. PRIN. TRAN. in *aversae* medio est Aquila simplex alis expansis habens in pectore Insigne Bathorianum. Siglae: N. B. Perigraphe: GROSSVS REGNI TRANSIL. Eundem annum 1611. praeseferunt Numismata sequentia: 1) GABRIEL D. G. PRIN: TRANSIL. Protome illius loricati, ad laevam conversi, capite nudo, dextra sceptrum humero admotum tenentis; in area: C. V. *Aversae* perigraphe: PAR. REG. HV. DO. ET SICV. CO. 1611. Circulus serpentinus, in quo est scutum coronatum continens tres dentes. Inferius est Castellum Claudiop. *Aur. simpl.* — 2) GAB. D. G. PR. TRA. VAL. TRANSAL. Protome, et partis aversae inscriptio ac typus, ut in praeced. *Aur. simpl.* In hoc aureo ceteris rariore Gabriel Bathori inscribitur non modo Transilvaniae, verum etiam Valachiae Transalpinae Princeps ob devictum *Radulem* Vajvodam. 3) GABRIEL. D. G. PRIN. TRANSYLVA. Caput barbatum, loricato collo. *Aversa:* PAR. RE. HVN. DO. ET. SIC. CO. 1611. Aquila simplex pectore gerens parmulam Bathorianam. *Aur. simpl.* 4) GABRIEL. D. G. PRIN. TRAN. PAR. REG. HVN. D. ET. SI. COMES. In circulo serpentino Insignia Transilvaniae et

familiae Bathorianae; infra legitur: CIBIN. Aversa continet solam hanc epigraphen: PRO PATRIA. ARIS. ET FOCIS. 1611. *Aureus decuplus.* 5) GABRIEL et reliqua omnia uti in antica parte prioris, sed vocabulo CIBIN. additur annus 1611. Pars aversa est vacua. *Arg. Thal. castrens.* 6) Perigraphe: PRO. PATRIA. ARIS. ET FOCIS 1611. Circulus serpentinus includens scutum gentilitium Bathoreorum, cum circumpositis literis: G. B. P. T. vocabulo CIBIN. Pars aversa vacua. *Thal. castrens.* Hoc anno 1611. quo haec Numismata castrensia *Cibinii* cusa fuerunt, *Cibinium* a *Radule* Vajvoda Valachiae, et Sigismundo *Forgács*, exercitus Caesareo-Regii Duce, arcta obsidione cingebatur a viginti septem millibus armatorum, sed cum essent tormentis, aliisque bellicis machinis destituti, obsidione in longius tempus protracta, Princeps *Gabriel Bathori* interea evocatis per *Gabrielem Bethlenium* Turcicis auxiliis, accitisque Siculis, hostes suos magna strage affecit, et obsidionem solvere coegit. Ex Numis anno 1612. signatis, rarissimi sunt, qui memoriam conservant oppugnatae ab eodem Principe *Bathoreo* civitatis *Coronensis*, suntque hujusmodi: 7) GABRIEL BATHORI D. G. PRINC. TRANSILV. Protome Principis chlamidem induti, et caput pileo cristato tecti. *Aversa*: PART. REGNI HVNG. DOM. ET SIC. C. 1612. Miles galeatus, loricatus, dextra gladium vibrans. Infra est civitas Coronensis, et exercitus illam oppugnans. *Aur. decupl. a Kä-*

lesero

lesero in Auraria Rom. Dac. p. 166. *descriptus.* 8. Numi Coronensium oppositi Bathoreano; *Antica*: ILLE IN EQVIS ET CVRRIBVS. haec epigraphe est in corona querna, seu civica. *Aversa*: NOS IN NOM. DOM. CONFIDIMVS. 1612. Radix arboris coronata, insigne civitatis Coronensis, et siglae: C. B. id est: *Civitas Brassovia,* alias *Corona* dicta. *Aur. decupl. et quintupl. ibidem p.* 169. et apud *Schmeizel Tab. IV. N.* 23. 9) Alius ejusdem urbis; DEVS PROTECTOR, NOSTER. Radix arboris coronata, et siglae: C. B. *Aversa:* PATRONA VNGAEIÆ. 1612. Icon Deiparae, solitis cum attributis. Insigne urbis hujus est ex genere illorum, quae *loquentia* vocantur: alludit enim simul ad nomen civitatis Coronensis, simulque regionis, in qua est sita, germ. *Burczen*, seu *Wurzenland* dictae. In defensione hujus urbis occubuit *Michael Albinus*, germ. *Weiss*, Praetor Coronensis, in cujus Numo mnemonico haec sunt: MICHAEL ALBINVS A. P. B. id est: *Amplissimus Praetor Brassoviae.* Scriptum in laurea e liliis contexta. Partis *aversae* perigraphe: AD VTRVMQVE IMP. PRO PATRIA LEGAT. in area vero legitur: PRÆSTITIT. QVÆ DEBVIT. PATRIÆ. *Aur. decupl. Notit. p.* 561. *descriptus.* Anno 1613. *Gabriel Bathori* ob crudelitatem omnibus exosus, occubuit conjuratorum manu Varadini, quo venerat praestolaturus auxilia ab Matthia Rege Hungariae, cum quo foedus contra Turcas inierat. Numos ejus-

dem anno 1613. signatos vide cit. *Notit. p.* 516. *et Catal. P. II. p.* .

§. 17.

De Numis FERDINANDI II. *et* GABRIELIS BETHLEN.

FERDINANDVS II. patre Carolo Archiduce, lineae Styrensis Statore, matre Maria Bavara, Graecii natus anno 1578. paternam haereditatem adiens 1596. provincias Styriam, Carinthiam, Carnioliam, et Goritiam regendas suscepit. Ab hoc tempore inchoant ejusdem Numi iconici, symbolici, mnemonicici cet. 1) FERDINANDVS D. G. ARCHI. AVST. Protome Archiducis loricati, paludati, capite nudo, ad laevam conversi, aureoque vellere ornati.)(. LEGITIME CERTANTIBVS. In medio Corona aperta. *Arg. didr. cit. Numoth. Tab. XXIV. n. I.* Hoc symbolo pientissimus Archidux per omnem vitam sese ad virtutis studium excitabat; sumptum enim est ex his *Pauli* Apostoli (2. ad Timoth. cap. 2. v. 5. verbis: *nam qui certat in agone, non coronatur nisi legitime certaverit.* 2) FERDINAN. ARCHI. AVSTRIÆ. Hujus Protome loricata, paludata, dextrorsum spectans.)(. DVX STYRIÆ. CARINT. CARNI. Z. COM. GORI. Scutum quadripartitum continens Insignia Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Goritiae, et parmulam Austriacam in medio. *Arg. didr. ibidem n. II.* 3) *Sequens Numisma fuit oblatum a Carnioliae*

provincialibus MARIÆ ANNÆ, *Guilielmi V. Bavariae Ducis filiae, Conjugi primae* FERDINANDI II. *anno* 1600. *nuptiarum occasione:* FER. D. G. ARCH. AVST. D. BVRG. STYR. CARINT. CARNIOLIÆ. ET WIRTENB. COMES. TYROLIS. ET. GORI. Protome Archiducis loricati, cum insigni Ordinis aurei velleris, ad laevam conversi.)(. NVMISMA D.D. MARIÆ ANNÆ ARCH. AVST. SPONSÆ SERENISS. A\CARNIOLÆ. *sic.* PROVINCIALIBVS. OBLATVM. 1600. Tria scuta; quorum duo superiora juncta sub uno pileo Archiducali continent Insignia Austriae, et Bavariae: tertium inferius sub pileo Ducali exhibet Insigne Carnioliae: ad latera duo rami oleae. *Magni moduli, non commemorato metallo in Numoth. Princ. Austr. l. cit. n. III.* — 4) *Ob erectum Graecii Templum et Mausoleum* 1615. FERDINANDVS ET MARIA. ANNA. ARCHIDVCES. AVSTRIÆ. ETC. GRÆCII. FVNDAVERVNT ANNO MDCXV. Protomae jugatae amborum, ad laevam conversorum, cum lato focali hispanico, *Ferdinandi* loricati, paludati, ad pectus cum aureo vellere; et *Mariae Annae* multis monilibus ornatae.)(. D. O. M. ET SANCTÆ CATHARINÆ ÆDEM SIBI VERO SVISQ. MAVSOLEVM. Conspectus Templi, et Mausolei Graecensis in Styria. *Fusum ex aere, maximi moduli: ibidem n. IV.* Prima in hoc *Mausoleo* reposita fuit *Maria Anna*, quae sequente mox anno 1616. obiit, susceptis ex *Ferdinando II.* tribus filiis, totidemque filiabus. — Sequuntur Numi coronationum Bohemicae, et Hungaricae,



vivente adhuc, et volente *Matthia II.* peractarum. 5) *Ob coronationem Ferdinandi II. in Regem Boh. Numismata missilia.* FERDINAND. II. CORONAT. IN REGEM. BOHEMIÆ. AN. 1617. 29. IVNII. intra lauream. Supra est corona Bohemica cum duobus palmae ramis.)(. LEGITIME CERTANTIBVS. In medio corona aperta. *Arg. dr. N. V.* — Alius, in cujus *antica* intra lauream est F. coronatum, et infra hoc numerus II. in aversa intra lauream haec epigraphe: CORONAT. BOHEMIÆ REX. 1617. *Aur. ½ ducat. ibidem n. VI.* — Matthias II. improles Comitiis Pragae habitis Ferdinandum II. in filium adoptavit, fecitque coronari. 6) *Ob coronationem in Regem Hungariae.* Corona Hungarica super duobus palmae et lauri ramis, infra quam epigraphe: FERDINANDVS II. BOHEMIÆ REX. CORONATVS IN REGEM HVNGARIÆ. DIE. 1. IVLII. ANNO 1618. *Aversa* exhibet coronam apertam, quam transit Schedula in modum literae S. inflexa cum inscriptione: LEGITIME CERTANTIBVS. *Arg. dr. ibidem n. VII.* et *uncial. in Catal. p.* 165. — Alius minoris formae: Infra coronam duobus palmae laurique armis impositam litera F. inter duo ignitabula velleris aurei, et sub hac numerus II. In aversa infra similem coronam ramis duobus impositam legitur: CORONATVS IN REGEM HVNGARIÆ. 1. IVLII. 1618. *arg. ibid. n. VIII.* et *Catal. l. cit.* — Alius formae quadrangularis ejusdem typi et inscriptionis. *aur. ibid. n. IX.* — 7) *Ob coronationem in Regem Ro-*

manorum. In *Antica* epigraphe: FERDINANDVS II. HVNGARIÆ ET BOHEMIÆ REX CORONATVS IN REGEM ROMANORVM D. IX. SEPT. MDCXIX. Aversa exhibet manum dexteram e nube protensam, tenentemque coronam apertam, brachio circumvoluta est Scheda cum symbolo: LEGITIME CERTANTIBVS. Haec omnia intra lauream. *Arg. ibidem n. X.* — Alius formae quadrangularis in *antica* exhibens literam F. sub corona duobus ramis imposita inter duo ignitabula: infra est numerus II. In aversa legitur sub simili corona haec epigraphe: CORONATVS IN REGEM ROMANORVM IX. SEPT. 1619. *aur.* ½ *ducat. ibidem n. XI.* — Alius orbiculatus, praecedenti similis. *aur. et arg. parv. ibid. n. XII.* — 8) AD PERP. MEM. ELECT. FERDIN. II. R. HVN. ET BOH. IN. REG. ROM. Ferdinandus in throno sedens palliatus, cum sceptro, et globo, coronatur a duabus mulieribus, quarum una palmam, altera gladium tenet. In parte aversa medium locum occupat protome Ferdinandi intra lauream. Circa hanc sunt in quatuor circulis totidem virtutes cardinales forma mulierum depictae PRVDENTIA. IVSTITIA. TEMPERANTIA. FORTITVDO. Accedunt vocabula aliarum virtutum: ÆQVITAS. VERITAS. FIDENTIA. LIBERALITAS. *Aur. 7. ducat. Tab. XXV. n. XVII.* 9) *Ejusdem qua Imperatoris Numus quadrangularis:* FERDINAND. II. D. G. ROM. IMP. SEMP. AV. HV. B. CO. FRANCOF. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad laevam conversi: in quatuor angu-

lis totidem capita angelorum.)(. LEGITIME CERTANTIBVS. Corona cum duobus palmae, et lauri ramis imposita sceptro et gladio decussatis. Supra coronam laurea radiis illustrata: in quatuor angulis totidem flosc uli. *Arg. ibidem n. XIII. et in Catal. p.* 165. *n.* 6. — 10) FERDINANDVS II. ROM. IMP. AVG. REX HVNG. BOL. Protome Ejusdem, ut supra, ad pectus cum aureo vellere.)(. Corona aperta inter duas Schedas consuetum Symbolum LEGITIME CERTANTIBVS complexas. *figurae ovalis non commemorato metallo:* ibidem n. XIV. — 11) FERDINANDVS II. ROM. IMP. S. AVG. GERM. HVNG. BOE. REX. D. B. C. T. Protome adversa Imperatoris laureati, paludati, loricati, cum lato collari hispanico, et ad pectus cum torque aurei velleris)(LEGITIME CERTANTIBVS. A. 1619. Corona Imperialis imposita sceptro et gladio decussatis, supra quam literis hebraicis vocabulum *Jehova* radiatum. *Arg. Semunc. fig. ovalis* ibid. n. XV. — 12) FERDINAND. IMPER. Protome Imperatoris uti num. 8.)(FIRMATVM COELITVS OMEN. Corona Imperialis, supra quam duae manus ex nubibus protensae tenent aliam apertam. *arg. parv. ibid. n. XVI. et in Catal. p.* 165. *n.* 7. — Sequuntur Numismata *in memoriam victoriae de rebellibus Bohemis, ac de Friderico Palatino Comite et Electore ad Pragam relatae* 1620. — 13) FERDINANDVS II. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome Caesaris laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.)(. DEXTERA DOMINI FECIT

VIRTVTEM. Victoria stans dextrorsum conversa dextra tenet clypeum, sinistra Stylum, quo scribit in eodem clypeo, duabus figuris coram illa provolutis in genua, quarum altera coronata Fridericum victum, altera Bohemiam repraesentat, adstante alia muliebri figura, quae dexteram pectori admovet, sinistra vero deprimit unam ex genuflexis figuris. In medio stat labarum, cui aquila, velut legionaria priscorum Romanorum, insidet. Humi jacent arma, inter quae conspicuum est Scutum cum inscriptione: ANNO 1620. NOVEMB. 8. *Arg. magni moduli cit. Numoth. Tab. XXV. n. XIX.* 14) *Antica* eadem, quae in praeced. In *aversa*, Jupiter gigantes, coelum oppugnare ausos, fulmine ferit, disjicitque, quos inter medius corruens amittit coronam radiatam. Jovi adstant a dextris aquila, a sinistris Justitia cum gladio, et bilance. Accedit consuetum Ferdinandi symbolum: LEGITIME CERTANTIBVS. *Arg. fusum magni moduli, ibidem n. XX.* 15. Aliud numisma *tam hujus Victoriae, quam Templi quoque ac monasterii propter hanc Victoriam octavo post anno fundati, memoriam conservans.* Pars antica exhibet *Ferdinandum II.* deposita humi corona, flexis genibus orantem coram imagine Deiparae, atque a divino pusione, in gremio Matris sedente, recipientem coronam Bohemiae. perigraphe est: SVB TVVM PRÆSIDIVM 1628. 25. APR. In aversa parte cernuntur duae acies praeliantes. In margine superiore legitur:

S. MARIA DE VICTORIA: inferius: VICTORIA. A. FERD. II. PARTA. PRAGÆ VIII. NON. MDCXX. *Arg. Semunc. ibidem n. XXX. et in Catal. p.* 168. — *Numismata Imp.* FERDINANDO *oblata ob nuptias cum* ELEONORA *Vincentii Mantuae Ducis filia*, 1622. *celebratas.* 16) FERDINAND D. G. R. I. S. A. GE. H. B. REX. Protome sinistrorsum conversa Imperatoris laureati, paludati, loricati, crispo focali, et aureo vellere ornati: in margine sub brachio: C. H. 1622.)(. ELEONORA D. G. R. I. H. B. REG. DV. M. Protome Imperatricis dextrorsum conversae, crispo focali, et mundo muliebri comptae. *Aur.* 7. *ducat. Numoth. l. cit. n. XX.* 17) FERDINANDVS II. D. G. R. I. S. A. G. H. ET B. REX. EC. ARCHI. AVS. ET CARINTHIÆ. D. BV. EC. ELEONORA. IMPERATRIX. G. H. BO. EC. REGINA. DVCISSA MANTVANA. EC. Protomae jugatae coronatae amborum, sinistrorsum spectantes: infra est parmula Carinthiae, Pars aversa continet in medio circulo Aquilam bicipitem coronatam. Hanc circumdant duae series scutorum heraldicorum in orbem collocatorum, inter quae loco supremo medium tenent duo Scuta Hungariae, et Bohemiae sub eadem corona: his proximae sunt a dextris, et sinistris parmulae coronatae regnorum Castiliae, Legionis, Arragoniae, Siciliae, quas in eodem circulo subsequuntur aliae quatuor provinciarum tesserae, pileis Principatuum ornatae, nimirum Tyrolis, Silesiae, Austriae superioris, et Moraviae. Interiorem vero seriem constituunt aliae

quatuor parmulae, scilicet Austriae, Burgundiae, Styriae, et Carnioliae. Infra haec demum occurrit scutum continens *S. Vitum* Martyrem in olla, addita inscriptione germanica: DIE STAT S. VEIT. 1622. *Aur. pond. 3). Ducat. et arg. 4. Semunc. in Catal. p. 166. sq.* — 18) FERDINANDVS II. ROM. IMP. SEM. AVG. Super congerie armorum laurea, et intra hanc Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad laevam conversi. Pars *aversa* exhibet Solem radiantem, coronatum Imperiali corona, inter tres alias coronas, quarum uni infapositae incumbit signum Zodiacale Virginis Perigraphe est: LEGITIME CERTANTIBVS. Inferius: H. V. P. id est: *Hans Von der Put.* artifx. *Numisma unciali majus. cit. Numoth. Tab. X. V. n. XXIII.* 19) Eadem pars aversa cum qatuor coronis recurrit in aliis duobus numis, protomen Imp. *Ferdinandi II.* partim laureati, partim sine lauro expressi, habentibus. *Arg. etaer. ibidem n. XXIV. et XXV.* — 20) *De adventu Ferdinandi et Eleonorae Augg. Ratisbonam ad Comitia.* Duae parmulae juncta exhibentes nomina, titulos, et effigies Ferdinandi II. et Eleonorae Augg. occurrente superis columba cum ramo oleae in rostro, infra est globus terraqueus. In margine legitur: E DANTE IEHOVA SIC DEINDE VIREBIT. Partis aversae inscriptio germanica hunc sensum habet *Adventus Imperatoris cum Conjuge sua Ratisbonam Comitiorum causa ad $\frac{2}{1}\frac{4}{4}$ Novemb. 622.* In margine

legitur: *cum Privil. Caes. C. M.* id est: *Christianus Mahler. Arg. Semunc. ibidem n. XXVI. et Catal. v.* 167 *n.* 10. — 21) *Numus Iconicus Ferdinandi II. cum duobus fratribus Leopoldo, et Carolo Posthumo.* FERDINAND. II. ROM. IM. S. A. G. H. B. REX. D. S. 1624. Effigies Ferdinandi Aug ad dimidium corpus expressi, loricati, ad laevam conversi, cum lato focali, et aureo vellere.)(. LEOP. D. G. A. D. A. D. B. EA—P. CAR. *reliquae literae detritae.* Effigies horum duorm fratrum, sese respicientium, ad medium corpus expressae. Infra sunt duo Scuta, gentilitium unum, et alterum Crucem Ordinis Teutonici exhibens. *plumb. octogonum cit. Numoth. Tab. XXIV. n. XXXV.* 22) *Numi a civitate Viennensi Imp. Ferdinando II. oblati.* FERDINANDVS I. D. G. RO. IM. S. AV. GER. HVN. BOHEM. REX. Fotome aversa Imperatoris laureati, amictu solenni Imperiali d. sceptrum, s. pomum Imperii gerentis.)(. ARCHID. AVST. DVX. BVR. MAR. MOR. - - Conspectus urbis Viennensis ex parte Danubii, supra quam Aquila biceps. Inferius in ripa fluminis Eques pileatus, quem Venator pedes sequitur cum duobus canibus. Infra media reperitur annus 1626. *Arg. fus. Semunc. ibidem Tab. XXV. n. XVIII. Apud Khevenhill. T. V. Annal. col.* 1096. mentio fit venationis anno 1626. Viennae in foro palatii Caesarei ab Imp. Ferdinando II. tempore Saturnalium institutae. 23) FERDINAND. II. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. ELEONORA. I. G. H. BO.

REGI. Protomae jugatae amborum, ad laevam conversae, Ferdinandi laureati, paludati, loricati, et Annae monilibus ornatae, cum focali denticulato. Pars *aversa* exhibet Viennam cum parte Danubii, superius Aquila biceps inter duos genios alatos, in encarpis alias aquilas tenentes. In imo margine: MDCXXVII. *Arg. Semunc. ibid. Tab. XXVI. n. XXIX.* 24) FERDINANDVS II. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. S. A. AVST. ELEONORA D. G. R. I. G. H. BO. REG. D. MANT. Protomae jugatae, uti in praecedente. Infra legitur 1630. Pars aversa exhibet rursus Viennam, cum parte Danubii, et suburbii. Supra est Aquila biceps inter duos genios alatos. Inferius legitur: VIENNA. AVSTRIÆ. MDCXXX. *Arg. Semunc. ibidem n. XXXI.* Anno hujus Numismatis 1630. Imp. Ferd. II. habitis Ratisbonae Comitiis, Eleonoram Conjugem suam coronari fecit. — *Alia Numismata praecedentibus annis signata*: 25) FER. II. D. G. R. I. S. A. GE. H. B. REX. Protome Imperatoris laureati, cultu hispanico, ad pectus cum torque aurei velleris, cui manus e nubibus protensa Coronam Hungariae offert; brachio circumvolutae Schedae inscriptum: LEGITIME CERTANTIBVS. Infra occurrunt siglae H. G. (*Hans Gebhard*) In *aversa*: † HVNGARIÆ. scriptum circa Scutum Regni Hung. in medio positum, ambientibus illud aliis novem scutulis Regnorum ad coronam Hung. spectantium, quorum nomina primoribus literis D. C. S. R. S. G. L. C. B. indican-

tur. *Arg. in Notitia Hung. Rei Num. p.* 385. *n.* 4. — 26. FERDINANDVS II. D. G. R. I. S. AVG. G. H. B. REX. ELEONORA IMP. G. H. B. REG. DV. MANT. Protomae jugatae *Ferdinandi II.* et *Eleonorae* in circulo, extra quem occurrunt quatuor scuta, Imperiale, Hungaricum, Bohemicum, et Austriaco-Burgundicum.)(. FERDINANDVS III. D. G. REX HVNG. ARCHID. AVS. D. BVR. CO. TYR. Protome Regis junioris pileo cristato, et cultu reliquo hungarico: extra circulum ornatus causa sunt tria capita angelorum: *Arg. tetrag. ibidem, et Catal. p.* 178. Hoc numisma iconicum Jacobus *Mellen* in *Sylloge Num. uncial.* p. 128. et *Herrgott* in *Numothec. P. II. p.* 231. referunt ad Sopronienseṃ *Ferdinandi III.* coronationem praesentibus Augustis parentibus anno 1625. peractam. — Inscriptiones ac figuras monetarum usualium *Ferdinandi II.* in Hungaria signatarum compendii causa isthic praetermitto: videantur in praemisso *Catalogo p.* 169—176. Occurrunt illic, praeter *aureos simplices* formae consuetae, etiam *decupli*, et *quintuplus*, quorum nulla fit mentio in Libro *Notitiae.* Ex duobus quidem decuplis aureis prior Bohemicus est, Hungaricis ob similitudinem additus, differt tamen ab illo, quem P. Adauctus *Voigt* in descriptione Bohemicarum monetarum *P. IV. p.* 72. *Tab. II. n. IV.* edidit, diversam enim habet siglam monetariam, diversum cusionis annum, et praeterea valorem nostri exprimit nota numerica 10. infra effigiem

Imperatoris stantis conspicua, qua caret Aureus decuplus Voigtianus. Moneta argentea *Ferdinandi II.* cum inscriptione partis aversae *Grossus Regni Ungariae novem denariorum* 1623. est summae hodiae raritatis, utut is, qui *cit. Catal. p.* 175. describitur, ab adulteratoribus cusus fuisse videatur. In libro *Notitiae p.* 388. recensetur alius ejusdem anni, diversi tamen typi grossus, vilissimo constans argento, cum hac admonitione: *Joachimum Leibizerum*, apud Car. *Wagner P. II. Analect. Scep. p.* 67. prodere, multos monetarum adulteratores anno supra memorato 1623. in Hungaria observatos fuisse.

Ex monetis *Transilvanicis* huc pertinent Numi Gabrielis Bethlen, qui exauctorato per Turcas *Gabrieli Bathoreo* die 27. Octobr. 1613. suffectus primis quidem sui Principatus annis pacem coluit, sed anno 1610. rebellibus Bohemis junctus contra Imp. Ferdinandum II. arma corripuit, seque Regem Hungariae in Comitiis Neosoliensibus die 25. Aug. 1620. per suos asseclas proclamari fecit, quem tamen titulum postea cum novo S. R. I. Principis, ac Opoliae, Ratiboriaeque Ducis titulo commutavit vi pacis Nicolspurgensis, jam quidem sub exitum anni 1621. confectae, sed paullo serius promulgatae. Inquietus nihilominus deinceps quoque arma iterum, ac iterum resumpsit. Extinctus die 25. Nov. 1629. In suis itaque Numis *primum* inscribitur: *Gabriel Bethlen Dei Gratia Princeps Transilvaniae, Partium Regni Hun-*

gariae Dominus et Siculorum Comes; ab anno scilicet 1613 usque 1617. Dein sic: *Gabriel D. G. Regnorum Hungariae, Transilvaniae Princeps, ac siculorum Comes*, postquam nempe Hungariam invadens, capto Posonio sacram coronam cum clenodiis occupasset; id quod labente adhuc anno 1619 accidit. Sequentibus autem annis 1620—22. utitur Electi Regis titulo hunc in modum: *Gabriel Dei Gratia Electus Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae Rex, Transilvaniae Princeps et Siculorum Comes.* Sed in Numis anni 1622. et 1623. modo idem resumitur titulus, modo Regis titulo emanente, hic alius succedit: *Gabriel Dei Gratia Sacri Romani Imperii et Transilvaniae Princeps, Partium Regni Hungariae Dominus, Siculorum Comes, Opoliae, Ratiboriae Dux*, isque demum usque ad postremum vitae annum 1629. retinetur, simulque arma heraldica Ducatus Opoliensis et Ratiboriensis junguntur Transilvanicis, atque gentilitiis familiae Bethlenianae. Insigniora porro hujus Principis Numismata, et monetae sunt hujusmodi: 1). GA. BET. D. G. P. T. P. R. H. DO. ET. SI. CO. Caput Principis pileo hungarico cristato tectum, sinistrorsum spectans, ad pectus cum lorica. Pars *aversa*: DEI. DON. EST. NE QVIS GLO. 1614. Scutum gentilitium familiae Bethlenianae, circulo serpentino coronato inclusum, continens duas aves eadem sagitta per collum trajectas. *Aur. simpl. Mus. Caes. Vindob.* — 2) GAB. BETLEN D. G. P.

TRAN. PART. REG. HVN. DO. ET SI. CO. Protome Principis barbati, pileati, cristati, loricati, dextrorsum conversi. *Aversa:* DNS. ILLVM. MEA. ET. SALVS MEA. QVEM TIMEBO 1616. brachium loricatum ex nube descendens, manuque stringens gladium, cui inserta est corona, et in fascia spirali hoc lemma inscriptum: CONSILIO FIRMATA DEI. *Aur. decupl. ibidem, et in Museo Instituti Nation. Széchén.* 3) GAB. BET. D. G. P. T. Caput barbatum, pileatum, cultu hungarico, ad pectus cum lorica. In *aversa:* PAR. RE. HV. DO. ET. SI. CO. 1614. Scutum, a dracone coronato cinctum, in quo duae aves, sagitta per collum transeunte, confixae. Infra est castellum officinae Claudiopolitanae. Haec inscriptio cum hoc typo est communis *aureorum simplicium* Principis Gabrielis Bethlen usque ad annum 1618. — 4) GABRIEL. BETH. D. G. PRIN. TRAN. Scutum bipertitum, in area superiore continens aquilam coronatam dimidium expressam, in inferiore septem castella. *Aversa:* PATRONA HVNGARIAE. 1619. Icon Mariana solitis cum attributis. Siglae: A. I. id est: *Alba Julia* locus percussae monetae. *Quadrans aurei simplicis apud L. B: a Bruckenthal descriptus a Seivert p.* 173. R. — GABRIEL BETH. D. G. PRIN. TRAN. Protome Principis pileati, loricati, ad humeros cum lincea pelle. *Aversa:* PAR. REG. HVN. DOM. ET SICVL. COM. 1619. Tria scuta juxta se posita, quorum unum exhibet arma gentilitia duas aves confixas, alterum septem ca-

stella, tertium in medio locatum, coronatum, ac pro telamonibus binos leones habens exhibet in area superiore solem, ac lunam, inferiore aquilam dimidiatam, Siglae: A. I. *Aureus decupl. Mus. Caes. Vind.* — 6) GABRIEL. D. G. REGNORVM HVNGARIÆ. Protome Principis pileo acuminato, cristaque plumea ornato tecti; chlamidem hungaricam induti, ad laevam conversi, pectore tenus. *Aversa*: TRANSIL. PRINCEPS AC SICVLORVM COMES. *absque anni nota.* Scutum ovale coronatum, continens insignia Hungarico-Transilvanica, et in medio parmulam cum duabus avibus gentilitiis, circulo serpentino inclusis. *Aur. et arg. semunc. in compluribus Museis* — 7.) GABRIEL. D. G. ELECTVS HVNGARIAE. DALMA. Protome Principis pileo cristato tecti, loricati, paludati. *Aversa*: CRO. SCLA. C., REX. TRAN. PRINC. ET SIC. COM. 1620. Scutum continens Insignia Hungarico-Transilvanica, et gentilitium uti supra. Siglae: A. I. *Aur. decupl. apud Seivert p.* 174. — 8.) GAB. D. G. EL. HV. DA. CR. SC. REX. Protome Principis loricati, nudo capite, d. sceptrum tenentis. Siglae: K. B. *Aversa:* TRANS. PR. ET. SIC. COM. 1620. Deipara culcitrae insidens cum filiolo sceptrigero in sinu dextro. Sub pedibus luna; infra hanc parmula Hung. *Aur. simpl. in pluribus Museis.* — 9.) GABRIEL D. G. SA. RO: IM. ET TRANSYL. PRINCEPS. 1622. Protome Principis loricati, paludati, capite nudo. *Aversa*: PAR. RE. HVN. DO. SIC. CO. AC OPOL. RATIB.

DVX.

DVX. Scutum corona Ducali tectum, in quo sunt a dextris arma heraldica Ducatuum Opoliensis, et Ratiboriensis; nempe in superiore area vultur depascens cor, quod unguibus stringit, altero pede insistens tricolli, inferiore autem in area est Aquila simplex ális expansis. A sinistris conspicua sunt Insignia trium Statuum Transilvaniae, et in medio totius Scuti Insigne Bethlenianum, draconis volumine conclusum. Siglae: N. B. *Aur. et Arg.* Plures, alii vid. in *Notit. p.* 517—525. *et P. II. Catal. p.* 34. *seqq.*

§. 18.

De Numis FERDINANDI III. *et* IV. *simulque* CATHARINÆ, STEPH. BETHLEN, *et* GEORGII I. *ac* II. RAKOCZI, *Principum Transilv.*

Missilia coronationis Hungaricae FERDINANDI III. numismata pro symbolo habent pendentem ex Crucifixo bilancem, addita perigraphe: PIETATE ET IVSTITIA. 1625. In area partis aversae infra coronam legitur: III. FER. CORONATVS IN REGEM HVNGARIÆ. VIII. DEC. Marginem ambit laurea. *Arg. drachm. cit. Catal. p.* 176. *et Numoth. Tab. XXXII. n. I. et II.* In alio Numo pars antica exhibet urbem Sopronium, hujusque Insigne in scuto infraposito inter duas parmulas, quarum una crucem duplicem tricolli coronato insistentem, altera quatuor fascias Regni Hungariae continet; Parti aversae inscriptum est: 1625. GEDECHTNVS DER KHINIGLICHEN KHRENNVNG ZV EDENBVRG 8. DE. *Sic,*

Memoria Regiae coronationis Sopronii 8. *Dec.* 1625. Vid. *Catol. l. cit.* In *Bohemicae* Coronationis Numis missilibus idem retinetur symbolum bilancis ex Crucifixo pendentis, et inscriptionis *Pietate et Justitia*, sed addito anno 1627. Alterius partis epigraphe est: FERDINANDVS III. HVNGARIAE REX CORONA. IN REGEM BOHEMIAE. XXVI NOVEMB. in area superiore cernitur corona inter duos palmae ramos. In alio minore pars *antica* exhibet in medio literam F inter coronam desuper, et numerum III. inferius occurrentem, interqne duo ignitabula velleris aurei ad dextram, et laevam expressa. In aversa legitur: HVNGARIÆ REX CORON. IN REGEM BOHEMIAE XXV. NOVE. *Arg. cit. Numoth. Tab.* XXXII. *n. V.* In alio ejusdem coronationis numismate exhibetur elegans Protome Regis juvenis, corona radiata cincti, paludati, loricati, lato collari crispo, et aureo vellere ornati, cum inscriptione circulari: FERDINANDVS III. HVNGARIAE. BOH. REX. A. N. (forte pro AA). Pars aversa repraesentat Aquilam suo cum pullo volantem versus Solem, cum lemmate: IMITABOR PARENTEM. *Arg. pond. Semunc. et* 3. *dr. ibidem n. VI.* Primum FERDINANDI III. connubium fuit cum MARIA Hispano-Austriaca, *Philippi III.* filia. Quod ut bene verteret, Dominicanis Viennensibus novum Templum aedificavit. Numisma primi lapidis continet historiam simul veteris templi et Caenobii eorundem Religiosorum. Sic autem habet Pars *adversa*. In

medio stat templum cum turri radiis e nube promicantibus illustratum. Supra tectum adsidet turri Virgo Deipara coronata, et nimbata, in gremio tenens Jesulum, simulque altera manu coronam radiatam porrigens duobus *Ferdinandis Secundo*, ac *Tertio*, coram illa humi genuflexis, palliatis, coronatis: in pallio unius conspicuae sunt literae F. II. in alterius F. III. Ex opposita ejusdem Templi parte flectunt *Leopoldus VIII.* Dux Austriae, et *Ferdinandus I.* itidem palliati, et literis nominum suorum insigniti. Perigraphe est: PER NOS REGES REGNANT. ET CONDITORES LEGVM PIE IVSTA DECERNVNT. PER NOS PRINCIPES AVSTRIAE IMPERANT. Inferius vero legitur: DVRABIT TALIBVS FVLTA PRÆSIDIIS. addita in fine laureola. Partis autem *aversae* haec est inscriptio: D. O. M. *sacrum.* LEOPOL*dus* VIII. D.*ux* A.*ustriae* PRÆD*icatorum* ORDINI SACRO TEMPL*u*M ET COENOB*iu*M AMPLIS*sima* AB ANTIQVO CONSTRVCTA DEDIT. A*nno.* 1225. FERD*inandus* I. IN SOLVMAN*ni*CA OBSIDIONE DESTRVCTA REPARAVIT. A*nno* 1530. FERD*inandus* II. VICTOR GLORI*osus* CONTRA REBEL*les* REPARA*ta* DEFENDIT A*nno* 1620. AC RESTITVENDO PACEM ET RELIGIONEM CONSERVAVIT A*nno* 1621. DEMVM FERD*inandus* III. CONIVGIO HISPANO AVSTRIACO DEO DIVÆQVE DEIPARÆ ROSARII MARIÆ TEMPLVM NOVVM VOVIT AC PRO FELICI REGIMINE ET OMINE ME POSVIT ANN*o* REG*ni* BO*he*M*ici* III. VNG*arici* V. CHRISTI MDCXXX. Omnia intra lauream. *Arg. maximi moduli Numisma pond.* 5.

unciarum et paullo amplius cit. Numoth. n. VII. Praedicatorum Ordo ex Hungaria in Auſtriam fuit propagatus, sedemque Viennae primum fixit, ubi templum S. Mariae Rotundae, quod antea Templariorum erat, aliquanto post tempore obtinuit. Vid. *Sigism. Calles Annal. Austr. P. 2. l. 4. p.* 231. et *Hanthaler Fast. Campilil. T. 1. p. 715.* — Post aedificatum ex voto Templum sequente anno 1631. *Ferdinandus III.* cum *Maria*, sibi jam anno 1629. Madriti per procuratorem desponsata, solemnes Viennae nuptias celebravit. Huc pertinet *auteum Numisma* cum inscriptione partis aversae circa effigiem Deiparae: FECIT MAGNA POTENS ETC. 1631. Vid. *Notit. Hung. Rei Num. p. 392. n. 1.* ubi tamen non rite Aureus *decuplus* pro *duplo* notatur. Ex hoc dein conjugio nati fuere duo Hungariae Reges *Ferdinandus IV.* et *Leopoldus M.* Prior anno 1633. editus est, eaque occasione Regiis conjugibus oblatum fuit nomine Regni Hungariae Numisma iconicum hujus inscriptionis ac Typi: FER. III. D. G. HV. BO. DAL. CR. SCLA. REX. Protome Regis ad laevam conversi, corona hungarica coronati, paludati, loricati, crispo focali, et aureo vellere ornati. In margine H. G. artificis nomen. Pars *aversa*: MARIA. D. G. HVN. B. REG. INF. HISP. AR. AV. 1633. Protome Reginae dextrorsum spectantis, focali, et monilibus ornatae. *Arg. semunc. ibidem n. VIII.* Reliquorum hujus Regis Numismatum haec sunt argumenta: 1) durante

bello Sueco-Gallico post obitum Czerclasii *Tilii*, ac post necem Alberti *Wallensteinii*, Caesareis exercitibus a patre praefectus rem contra Suecos ad Nordlingam prospere gessit: itaque in Numo anni 1634. *Ferdinandus III.* repraesentatur habitu Supremi belli Ducis equo generoso insidentis: infra quem est conspectus urbis Nordlingensis, et parmula exhibens annum 1634. Perigraphe autem: FERDINANDVS III. D. G. HVNGAR. BOH. REX. ARC. AV. In parte *aversa* est adumbratio praelii cum inscriptione: HAVPT TREFFEN VOR NÖRDLINGEN. i. e. *pugna decretoria ad Nordlingam. Arg. pond. semunc. prox. ibidem n. IX.* 2) Numus *gratulatorius* ad diem natalem Reginae: *Antica* continet intra lauream epigraphen hanc: VIVAT FERDINAN. REX. REGINA MARIA. 18. AVGVS. 1636. *Aversa* exhibet coronatum Monogramma, ex F M. compositum, intra lauream. Inferius occurrit parmula familiae *Dietrichsteinianae. Arg. drachm. cit. Numoth. Tab. XXXIII. n. X.* Idgenus numos, centum dumtaxat numero, per *Franciscum a Dietrichstein* Cardinalem et Episcopum Olomucensem, eo tempore *Leopoldo Guilielmo Archiduci* in administrandis Austriae et Hungariae negotiis absente, *Ferdinando* Aug. adjunctum, inter ceteros ludos populo sparsos fuisse, refert *Marquard. Herrgott l. cit. p.* 226. — 3) *Numismata missilia Coronationis* FERDINANDI III. *in Regem Romanorum* 1636. *die* 30. *Dec.* Corona Imperii Romano-Germanici, infra quam

legitur: FERDINAND. III. HVN. ET BOH. REX. CORON. IN REG. ROMANORVM. XXX. DEC. MDCXXXVI. bilanx pendens ex cruce, adpositis ad vectem bilancis Sceptro et gladio in decussi: accedit lemma: FIRMAMENTA REGNORVM. *Arg. dr. ibidem n. XI.* — Aliud, in cujus *antica* est litera F. inter duo ignitabula aurei velleris, supra est Corona Imperialis, infra vero numerus III. *Aversa* continet solam epigraphen: FERDINAND. III. &c. ut in praecedente. *Aur. ducat. et arg. dr. ibidem n. XII.* — Aliud, cujus antica exhibet Protomen Regis, capite nudo, sinistrorsum conversi, cultu hispanico, ad pectus cum aureo vellere: addita perigraphe: FERDI. III. D. G. HVN. BO. REX. ARC. AVS. In parte *aversa* bilanx pendens ex Cruce, cum lingula eidem inserta; bilancis librae acclinantur sceptrum et gladius decussatim ligata: additur perigraphe: FIRMAMENTA REGNORVM. *Arg. semunc. ibidem n. XV.* — 4) Aliud cum eodem Symbolo Numisma FERDINANDI III. jam *Imperatoris* dignitatem adepti post patris sui obitum 1637. in cujus antica est haec epigraphe: FERDINANDVS ROM. IMP. SE. AV. GE. HV. BO. REX. Protome Imperatoris laureati, sinistrorsum conversi, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. *Aversa* nihil differt ab aversa Numi praecedentis. *Aur.* 10. *ducatorum, et arg. uncial. ibidem n. XIV.* 5) In alio: IMP. CAESAR FERD: III. AVG. Protome ejusdem capite laureato, ad laevam converso, cum paludamento, et lorica, atque au-

reo vellere.)(. FIRMAMENTA REGNORVM. Aquila simplex dextrorsum volans, rostroque tenens crucem, ex qua bilanx pendet, simulque dextro pede gladium, laevo sceptrum. *pl. ibidem n. XIII.* — 6.) Numisma *primi lapidis* a FERDINANDO III. *positi anno* 1638. *pro Templo Collegii Fluminensis Societatis Jesu*, simulque in memoriam auctae a FERDINANDO II. fundationis ejusdem Collegii. Pars *antica* sistit Protomen Imperatoris Ferdinandi II. laureati, paludati, loricati, ad laevam conversi, ad pectus cum aureo vellere. Perigraphe in duos divisa circulos ita habet: FERDINAND. II. ROM. IMP. COLLEGII. SOC. IESV. FVNDAT. AVCT. DECIMIS. FLVMIN. VECTIGALIBVS CASTVÆ. OPE*ribus* FABRICÆ. AMPLISS. PRIVILEGIIS D. O. M. SANXERAT. In parte aversa circa protomen Ferdinandi III. aeque laureati, paludati, loricati &c. legitur sequens inscriptio: FERDINAND. III. ROM. IMP. AVGVSTÆ PATRIS MEMORIÆ ACTIS STABILITIS TEMPLO SOC. IESV FLVM. PRIM. LAPI. POS. AÑO DO*mi*NI. MDCXXXVIII. IMPERII SVI. II. *Num. maximi moduli pl. et ae. ibidem n. XVI.* — 7) *Ad annum* 1639. *pertinet sequens Numisma:* FERDINAN. III. D. G. RO. I. S. AVG. GE. HV. BO. REX. Protome Imperatoris laureati, cultu hispanico, ad pectus cum aureo vellere, intra lauream ex duobus ramis, et alis, atque capite Angeli factam.)(. PIETATE. ET. IVSTITIA 1639. Bilanx inter duo Scuta coronata Hungariae, et Bohemiae, et supra bilancem Corona

Imperii, quam dextera de caelo porrecta sustinet. Inferius est laurea cum Sceptro, et gladio decussatim positis. *Arg. pond.* 1¾ *Semunc. in Catal. p.* 179. *n.* 11. — 8) *Aliud Numisma nomine Hungariae, et Provinciarum adnexarum oblatum* FERDINANDO III. *Imperatoriam dignitatem consecuto*: Antica eadem quae in praecedente. Aversa in medio circuli continet Scutum Regni Hung. cum inscriptione: † HVNGARIA. Cui circumposita sunt alia novem Scuta Regnorum et provinciarum juris Hungarici, additis literis D. C. S. R. S. G. L. C. B. *Arg. unc prox. ibid. n.* 10. — 9) Aliud Numisma oblatum a montanis Hungariae civitatibus anno 1648. continet in parte *Antica* inscriptionem, et protomen *Ferdinandi III.* eodem modo, quo est sub *Num.* 7. sed *aversa* unius Numismatis exhibet solem, alterius vero, lunam in circulo radiantem cum inscriptione: FATA REVIVISCVNT FOELICI SIDERE: ET OFFERT E MINERIS FERNANDE TVIS TERRA HVNGARA FRVCTVS. *Arg. unc.* Vid. *Notit. Hung. Rei Num. p.* 391. *et cit. Catal. p.* 180. *n.* 14. — 10) Ad eundem annum 1648. spectat Numus iconicus *Ferdinandi III.* cum altera Conjuge sua *Maria Leopoldina* patrui sui Archiducis *Leopoldi*, Tyrolensium Principis, filia. Pars *antica* exhibet Protomen Imperatoris adversam, loricatam, capite nudo, ad pectus cum aureo vellere, et perigraphen: FERDINANDVS III. D. G. RO. IM. S. A. G. H. B. REX. *Aversa* sistit effigiem Imperatricis, pecto-

re tenus, adversa fronte, nonnihil tamen dextrorsum spectante, et hanc inscriptionem: MARIA. F. III. ROM. IMPE. CONIVX. REG. H. B. Haec altera Maria Augusta obiit 1649. 11) Tertiae Conjugis *Eleonorae*, Caroli Ducis Mantuae filiae, Ferdinando III. anno 1651. nuptae, et 1656. in Reginam Bohemiae coronatae Numisma habet in antica hanc sine imagine epigraphen: ELEONORA ROM IMPERATRIX AVG. CÆS. FERDINANDI III. CONIVX IN REGINAM BOHEMIÆ CORONATA XI. SEP. ANNO MDCLVI. Pars aversa continet novae Augustae Symbolum, videlicet heliotropium flore ad solem obverso cum interposito hoc lemmate: VNVM SEQVOR. *Arg. pond.* 5. *Semunc. prox. ibid. n. XIX.* In alio Numo est ejusdem Augustae effigies, cum simili typo heliotropii alteram Numi faciem occupante. *Aureus fusus* 8. *ducat. ibidem n. XX.* — Ad historiam praeterea FERDIVANDI III. faciunt Numi de *Pace Westphalica* anno 1648. conclusa, ac de ejusdem *executione* in Comitiis Norimbergensibus decreta 1650. quorum nonnullos vide in praemisso *Catalog. p.* 180. *descriptos.* ubi tamen n. 15. pro MDCXLIII. rescribendum est MDCXLVIII. et addendum 24. OCT. Hic Numus non occurrit in *Numotheca Principum Austriae*; occurrunt vero ibidem complures alii ejusdem argumenti, ex quibus unum alterumve hoc loco referre juvat. Ex. c. 1) IMP. CAES. FERDINANDO III. AVSTR. AVG. ANTIST. ET PRINCIPE FERDIN. I. BAVARO. Effigies

s. Pauli Apostoli, Ecclesiae Monasteriensis Patroni, d. gladium, s. librum tenentis: infra legitur: BONVM CERTAMEN CERTAVI FIDEM SERVAVI. Pars *aversa* exhibet duas dexteras junctas, tenentes caduceum cum duobus oleae ramis: perigraphe: FELICITAS TEMPORVM. IMP. ET REGVM PACIFIC. ET CONCORDIA. et in segmento inferiore: IN MEMORIAM PACIS VNIVERSALIS MONAST. WESTPH. INITÆ. ET PVBLICATÆ ENNO 1648. 24. et 25. Octobris. *Arg. uncial. ibidem n. LI.* — 2) CÆSARIS ET REGVM IVNXIT PAX AVREA DEXTRAS. 24. 8bris. Duae dextrae e nubibus porrectae junctim tenent ramum oleae cum duplici cornucopiae. Supra sol radiat, inferius varii generis arma jacent. In *aversa* parte urbs Monasterium, supervolitantibus duobus geniis, quorum alter cum palmae ramo, tubam ori admovet, pone adscripto vocabulo PAX; alter sertum, et oleae ramum gerit. Accedit perigraphe: HINC TOTI PAX INSONAT ORBI. Inferius: MONASTERIVM WESTPHA. 1648. *Arg. pond. unc. ibid. n. LII.* 3) Antica, ut in praecedente. In *aversa* legitur: HIC MAVORS TVMVLATVS ET HIC PAX ALMA RENATA EST. Urbs Monasterium, volantibus desuper duobus geniis cum ramis oleae, et Scheda, cui inscriptum: MONAS. WEST. *Arg. pond unc. et dr. ibidem n. LIII.* — Usuales, vulgo *currentes* Monetae FERDINANDI III. describuntur in *Catalogo a p. 182. ad* 188. Ceteris rariores sunt, quas vivo patre suo, ex peculiari hujus indulgentia, fe-

riundas curavit. Hujusmodi est *Aureus decuplus* anni 1628. *ibidem n.* 1. in quo est Protome Regis junioris loricati, capite nudo, cum lato crispo focali, et ad pectus cum aureo vellere: addita perigraphe: FERDINANDVS III. D. G. HVN. BOH. &c. REX. Infra effigiem occurrit monogramma ex P. et H. parmulae rotundae inscriptum. Pars aversa exhibet Scutum coronatum, aureo vellere cinctum, continens Insignia Hungarico-Bohemica, et in medio parmulam Austriaco-Burgundicam: cum inscriptione, ARCHIDVX AVSTRIÆ. &c. 1628. in fine est g inter duas rosulas. Idem typus est in *argenteo* ejusdem *Thalero* anni 1629. *ibidem p.* 184. *n.* 1. cum hoc tamen discrimine, quod in isto Rex non loricatus, sed chlamide hungarica vestitus compareat, et quod siglae P. H. monogrammatis forma exhibitae, occurrant in fine inscriptionis partis aversae. Ead. *pag. et seq. n.* 2. recensetur alius elegans *Thalerus* anni 1630. ubi eaedem Siglae P. H. rursus in antica parte infra Regis protomen conspicuae sunt. Pars hujus aversa habet effigiem Deiparae cum inscriptione FECIT MAGNA POTENS. 1630. Extat etiam *Grossus arg.* anni 1631. in quo idem monogramma P. H. infra Scutum partis aversae recurrit; *ibidem p.* 188. Siglas P. H. in his monetis non artificis nomen, nec locum signatae monetae, sed Pro *Hungaria* interpretor; huic interpretationi favet numus *aereus*, sub eodem *Ferdinando III.* serius anno 1652. pro temporaria Hungariae

moneta velut ex necessitate signatus, in cujus parte antica typum et inscriptionem constituunt corona, F. et III. in eadem linea perpendiculari inter duas rosulas posita: in *aversa* vero tantum P. H. 1652. et iterum duae rosulae. *cit. Catal. p.* 188. *n.* 5. Etiam pro *Styria* nonnullas monetas nomine et effigie *Ferdinandi III.* vivo hujus patre cusas fuisse, testis est *Grossus arg.* cit. *Catal. p.* 187. *n.* 1. descriptus, in cujus aversa legitur ARCHIDVX. AV. DVX. BV. ET STI*riae.* 1627. typum vero efficiunt tres parmulae, Hungarica, Hispanica, Austriaco-Burgundica in medio sitae; quarta vero Styriaca intra ipsam perigraphen siglae loco est conspicua. Inter *Bohemicas* monetas *parvas* usuales apud *P. Adauctum Voigt* nulla occurrit *Ferdinandi III.* vivo hujus patre signata, invenio tamen apud eundem *P. IV. p.* 102. *n. III.* descriptum, et *Tab.* 2. *n. III.* editum maximi moduli Numisma anni 1629. ex auro, et argento, uti notat Auctor non commemorato pondere, et valore. Id, quod Numophylacium *R. Univ. Pestiens.* possidet, est optimi auri, et appendit centum ducatos hungaricos. Pars *antica* exhibet protomen Regis imberbis, sinistrorsum conversi, capite nudo, paludati, loricati, latissimo crispo collari, et aureo vellere ornati, cum perigraphe: FERDINANDVS III. D. G. HVNG. BOHEMIÆ REX. Hanc inscriptionem, et effigiem ambit laurea, quam inferius jungit parmula rotunda insculptum habens numerum 100. quo

pondus et valor totidem ducatorum indicatur. In parte *aversa*, intra lauream, Scutum ovale, coronatum, ac torque aurei velleris ornatum, continet solum Bohemiae leonem forma consueta; inscriptio est: ARCHIDVX AVSTRIÆ. EC. infra Scutum annus 1629. Anno hujus Numismatis celebrata fuere Sponsalia *Ferdinandi III.* uti jam supra notatum est, Madriti cum MARIA, Conjuge prima, nuptiis primum anno 1631, Viennae subsecutis: Hoc igitur tantae molis numisma iconicum ob hanc solemnitatem patre imperante fuerit signatum. Qui ex hoc matrimonio primus anno 1633. vitales in auras prodierat FERDINANDVS IV. suarum tantum *coronationum* numos habet, monetas nullas, quia patri suo praemortuus fuit. Docent autem hi numi *Ferdinandum IV.* coronatum fuisse *Regem Bohemiae*, 5. *Aug.* 1646. *Hungariae* vero 16. *Junii* 1647. ac demum *Germaniae*, seu in *Regem Romanorum* 18. Junii 1653. Pars *aversa* horum numorum *missilium* exhibet proprium hujus Regis symbolum: PRO DEO ET POPVLO. in medio est Sceptrum inter duos palmae ramos erectum, et supra hoc divinae Providentiae oculus. In Bohemicis pro sceptro stat gladius laureatus, vel solus, vel arae impositus medio loco inter vas ardens, et pentagonum, literis graecis ΥΓΙΕΙΑ i. e. *Salus*, circumdatum. Supra gladium praeterea est fulmen in laurea. Posterioris hujus typi numisma argenteum unciale videatur apud *Voigt P. IV. p.* 108. *et*

Tab. III. n. 1. De aliis *conf. Catalog. p.* 188. *seq.* — Auctor Numothecae Principum Austriae *P. II. p.* 235. refert ad memoriam funebrem FERDINANDI IV. qui 10. Julii 1654. ex morbillis decessit, aenigmaticos illos numos unciales, quos pater ejusdem Imp. FERDINANDVS III. anno sequente 1655. Cremnicii feriundos curavit, in parte quidem una cum solito Aquilae bicipitis typo, siglisque consvetis K. B. et sui nominis, ac titulorum inscriptione FERDINÂND. III. D. G. RO. I. S. AVG. GER. HV. BO. REX. Sed altera in in parte sine imagine proprii vultus, cum solis quatuor literis I. K. E. M. et anno 1655. in area numi expressis, addita superius stella, inferius crucuia, et medium locum occupante rosa. Existimat enim sensum horum quatuor elementorum esse: I*ch* K*lage* E*s* M*ariae*. idque propterea, quod etiam FERDINANDVS I. luctum suum ob mortem ANNÆ Conjugis suae in Numo exequiali verbis non absimilibus exprimi curaverit † WIER † KLAGENS † GOTT † Caeterum stante hac Siglarum interpretatinne verisimilius apparet, idgenus numis potius occasionem dedisse mortem ELEONORÆ viduae, matris FERDINANDI III. quae anno 1655. die 29. Junii diem supremum obierat. Videatur *Notitia Hung. Rei Num. p.* 392., et *cit. Catal. p.* 186.

Gabriele Bethlen die 29. Nov. 1629. uti supra dictum est, extincto, Principatum Transilvaniae obtinuit ejusdem vidua CATHARINA *Brandeburgica*, cujus numi in Museis supersti-

tes ita habent: 1) CATH. D. G. N. M. B. S. R. I. ET TRAN. PRIN. Protome Catharinae facie adversa.)(. PAR. R. H. D. SIC. CO. A. B. I. C. M. D. 1630. id est: *Catharina Nata Marchio Brandeburgica, Sacri Romani Imperii et Transilv. Princeps, Partium Regni Hung. Domina Siculorum Comes Ac Borussiae, Juliae, Cliviae, Montium Dux.* Scutum ovale coronatum in sex areas divisum; in area 1-*ma* et 2-*da* sunt Insignia Transilv. in area 3-*tia* leo erectus Juliacensis; in 4-*ta* Aquila Brandeburg. in 5-*ta* Gryphus Pomeraniae; in 6-*ta* quadrae Zolleranae. In medio totius Scuti duae aves Bethlenianae. Siglae: C. V. *Colosvár*, seu *Claudiopolis. Aur. simpl. P. II. Catal. p.* 42. — 2.) Pars antica eadem quae in praecedente. *Aversa*: PAR. R. H. D. &c. ut supra. Effigies Deiparae solitis cum attributis; infra quam est parmula continens aquilam Brandeburgicam *Aur. simpl. ibidem.* 3) CATH. D. G. N. M. &c. uti N. 1. Pars *aversa*: TANDEM BONA CAVSA TRIVMPHAT. Leo canem proculcans, volante desuper Victoria cum serto. *Aur. sextupl. formae ovalis*, descriptus in *Notitia Hung. Rei Num. p.* 527. cum animadversionibus. Principatum paucos post menses resignare coacta est. Idem fatum erat STEPHANI *Bethlen* paucorum dierum Principis, cujus proinde numi hodie rarissimi sunt. In *Notitia*, et *Catalogo* unicus occurrit hoc modo: STEPHA. BET. D. G. PRIN. TRA. Protome ejusdem pileo hungarico plumis ornato tecti, loricamque induti. *Aversa*:

PAR. REG. HVN. DOM. ET SIC COM. 1630. Scutum Bethlenianum dracone circumdatum, exhibens duas aves una sagitta confixas. Siglae: C. V. infra coronam apertam sculptae. *Aur. simpl.* Sequitur in Serie Principum Transilvaniae GEORGIVS I. *Rakoci* ab anno 1631. ad 1648. Hujus Numorum inscriptiones ac typi hunc in modum variant: 1) GEORG. RAKOCII. D. G. PR. TR. PAR. RE. HVN. DO. ET SIC. COM. Protome Principis barbati, loricati, pileo hungarico cristato tecti dextra sceptrum tenentis, sinistra manu capulo gladii, quo praecingitur, admota. Pars *aversa*: SOLI DEO GLORIA. ANNO DOM. 1631. Tabula quadrata, in qua haec epigraphe: NON EST CVRRENTIS NEQVE VOLENTIS SED MISERENTIS DEI. Siglae: C. V. *Aur. decuplus. P. II. Catal. p. 48. seq.* Hanc sententiam sibi familiarem, qua et Pater suus *Sigismundus Rakoci* utebatur, in suis quoque tormentis bellicis *Georgius* sculpi fecit. Vid. *Notit. p. 529.* 2) GEO. RAKO. D. G. PR. TR. PAR. R. HVN. DO. (*literis medii aevi monasticis*) Protome Principis barbati, loricati, nudo capite. *Aversa*: ET SICVLORVM COMES. MDCXXXI. Insigne familiae Ra-koczianae, Aquila coronata uni pedi insistens, altero gladium stringens, infra quam occurrit vocabulum AQVILA. et septem castella Transilvaniae in una serie: pro Sigla est castellum Claudiopolitanum. *Aur. simpl. cit. Notit. p. 530. seq.* 3) Eadem inscriptio, idemque typus est in aliis ejusdem aureis diversorum annorum,

non

non tamen charactere medii aevi monastico, sed vulgari romano, et cum siglis aliis: C. V. vel A. I. vel N. B. et Protome Principis est uti hic N. 1. describitur. 4) PATRONA HVNGAR. 1642. Deipara nimbata sedens intra lunam radiantem, d. tenet sceptrum, s. filiolum nimbatum. *Aversa*: GEOR. RAKO. D. G. PRI. TRAN. Scutum coronatum, exhibens utrumque Insigne Hungariae. Siglae: N. B. *Aureolus pond.* 13. *gr. Rarus P. II. Catal. p.* 49. *n.* 2. 5) GEORG. RAKOCI. D. G. PRI. TRA. Protome ejusdem-capite nudo, barbati, loricati, d. sceptrum tenentis, s. capulum gladii. *Aversa*: PAR. REG. HVN. DO. ET. SI. CO. 1648. Deipara coronata sedens amictu hungarico, d. tenet Jesulum pomigerum, s. sceptrum. Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hung. Siglae N. B, *Aur. simpl. ibidem n.* 5. 6) In *argenteis* ejusdem monetis uncialibus et semuncialibus formae rotundae, vel quadratae pars antica exhibet Principem barbatum, pileo cristato tectum, loricatum, dextra tenentem sceptrum humero admotum, cum perigraphe: GEOR. RA. D. G. P. T. vel plenius: GEORGIVS RAKOCI. D. G. PRINCEPS TRANS. In *aversa*: PAR. REG. HVN. DOM. ET SIC. COM. addito anno. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Rakociana cum Transilvanicis variis modis mixta; et siglae N. B. vel aliae. Easdem inrcriptiones ac typos habent Monetae *Georgii II.* seu junioris *Rakoci* ab anno 1649. ad 1660. Transilvaniae Principis. *Conf. P. II. Catal. p.* 51—56.

et cit. Notit. p. 533—537. Senior *Georgius Rakoci*, composita cum decessore suo Stephano Bethlen discordia, et accumulatis quavis ratione opibus contra Caesarem *Ferdinandum III.* foedus cum Suecis inivit, et anno 1644. Hungariam valido cum exercitu ingressus, populationes, et incendia ad Posonienses usque muros circumtulit, Turcarum fultus auxiliis: sequente tamen anno in pacem sibi oblatam consensit, conditionibus familiae suae utilissimis; nam praeter sex Comitatus Hungariae eadem, qua olim Gabrieli Bethlen, lege sibi concessos, obtinuit Tokainum, Regetzium, aliasque arces, ac dynastias. Ad Poloniae tamen thronum eluctari incassum conatus est. Junior *Georgius Rakoci* jam anno 1642. patre volente Princeps Transilvaniae nominatus a Statibus, et Ordinibus Provinciae, successit patri defuncto 1649. Ob susceptam contra Polonos, invita Porta Ottomanica, expeditionem, accepta clade maxima redux jubebatur Principatum dimittere, suffecto in ejus locum *Francisco Redejo*, dein *Achatio Bartsaio.* Conflixit cum Turcis anno 1660. et accepto vulnere cum Varadinum rediisset, obiit, relicto filio Francisco, patre alterius Francisci, qui sub initium saeculi XVIII. bellum civile in Hungaria suscitavit.

§. 19.

De Numis LEOPOLDI *Magni*, *et reliquorum Transilvaniae Principum*, BARTSAI, KEMÉNY. APAFI, TÖKÖLI.

Sub felici, ac diuturno LEOPOLDI *Magni* regimine, quot, quamque diversa prodierint rerum ab eodem gestarum monumenta numismatica, vel istorum, quae in Catalogo nostro à *p.* 190. *ad* 235. recensentur, non contemnendus sane numerus palam facit. Primo ibidem loco referuntur numismata praestiti Leopoldo ab ordinibus Austriae homagii die 26. Jan. 1655. dein coronationis ejusdem in Regem Hungariae die 27. Junii eodem anno 1655. et in Regem Bohemiae 14. Septembris 1656. tum in Regem Romanorum 1. Aug. 1658. Pars horum *aversa* exhibet Leopoldi Symbolum, sub oculo nempe, divinae Providentiae duo brachia humana ex nubibus utrinque porrecta, sceptro et gladio armata, velut protegentia subjectum globum coronatum, triangulo insignitum, addito lemmate: CONSILIO ET INDVSTRIA. Praeterea in Numo coronationis Hungaricae observantur fulmina circa eundem globum ex nubibus ruentia, ad indicandum videlicet, qui tunc erat, Statum Hungariae, continuis velut fulminibus bellorum Turcicorum expositae: et ideo altero

Numo emblematico, qui *ibidem p.* 192. *n.* 9. describitur, quique cusus fuit sub initium anni 1664. dum in Conventu Ratisbonensi de suppetiis ad Hungariam mittendis deliberatum est, Principes Christiani ad bellum contra Turcas unitis viribus gerendum animantur. Quo reipsa anno insignis de Christiani nominis hoste reportata fuit victoria praelio ad oppidum *S. Gothardi* commisso. Secutae sunt induciae usque ad annum 1683. quo Turcae, a rebelli *Tökölio* concitati, castris usque Viennam Austriae promotis, hanc urbem arctissima obsidione cingentes maxima clade affecti, fugatique sunt. Historica hujus obsidionis numismata videantur *cit. Catal. p.* 193—198. Altero post mense jam et Strigonium fuisse Turcis extortum, testatur Numus *ibidem p.* 198. *n.* 34. descriptus. Sequentem annum 1684. signat Numisma confoederationis inter Imp. Leopoldum M. Joannem II. Regem Poloniae, et Marcum Ant. Justinianum Venetiarum Ducem initae, nec non aliud ejusdem confoederationis, accessione Innocentii XI. P. M. auctae, firmataeque. *Ibidem n.* 25. *et* 26. Tum alia, numismata enarrant, domito rursus ad Strigonium fastu Ottomanico, Érsek - Ujvarinum anno 1685. cum pluribus aliis urbibus et arcibus recuperatum, Budam Regni Hungariae metropolim 1686. assultu receptam, foedusque renovatum 1687. accedente Russorum exercitu, se-

culasque eodem anno illustres victorias ad Siclosinum, et ad Mohács duce Maximiliano Emmanuele Bavaro, receptas urbes Albam Regalem, et Belgradum 1688. profligatos iterum ad Widinum et Nissam hostes ann. 1689. Canisam 1690. fame evpugnatam, et 1691. ad Szalankemen per Ludovicum Badensem caesa viginti quinque millia, castraque Turcica cum 158. tormentis bellicis direpta, Varadinum 1692. receptum, Petrique Varadinum 1694. obsidione liberatum, eodemque tempore contra Gallos Turcarum foederatos rem prospere gestam, Rheno Trajecto, Huyo recuperato, et 1697. duce belli Principe Eugenio ad Zentam ac Tibiscum clade viginti millium Turcarum facta, praecipuos Duces deletos, fugatosque, castra universa cum nonaginta novem tormentis, omnique apparatu bellico intercepta, pacem denique Carlovicii 1699. confectam, quam secuta fuit pax universalis. et sacra saecularia anno 1700. celebrata. Accedunt *ibidem p.* 230. *et seqq.* Numismata iconica Eleonorae Magdalenae Augustae, hujusque filiorum ex Leopoldo Magno susceptorum, nec non alia, genealogias Augustae Domus Austriacae, et Palatinae Neoburgicae exhibentia. Ad historiam quoque Leopoldi M. pertinent complures ex Numis mnemonicis Josephi I. vivo patre signatis, veluti coronationis in Regem Hungariae 1687. in Regem Romanorum 1690. Connubii cum Amalia Lunaeburgica 1699. nati Leopoldo nepotis, Jo-

sepho filii ann. 1700. recuperati Landavii 1702. qui *cit. Cat. p.* 258—270. recensentur. Volupe est videre, quonam stylo inscriptionum, ac figurarum argumenta nunc memorata, praecipue de victoriis, in isto Numorum genere pertractentur, quorum alii quidem auctoritate publica, sed alii multi privatorum dumtaxat arbitrio, et ingenio concepti, cusique, vel fusi fuerunt. Inscribuntur modo latine, modo teutonice, nec pauci sunt bilingues; plurimi enim in Germania fabrefacti erant, Vindobonae, Norimbergae, et Augustae Vindelicorum. Continent vel simplicem rei narrationem cum paucis, ut oportet, anaglyphis ad rem facientibus, vel Sententias, et figuras accumulant. Itaque in multis reperias textus biblicos, in aliis occurrunt carmina, rythmi, chronostycha, quin etiam anagrammata, lusus etymologici, et aliae idgenus argutiae, legibus quidem aestheticae numariae repugnantes, sed illius aevi genio arridentes. Extimos numismatum limbos, ne quis circumcidere auderet, primus perigraphis munire instituit *Oliverius Cromvellius* Angliae Protector, in cujus monetae, hodie rarissimae, circulo exteriore legitur: HAS NISI PERITVRVS MIHI ADIMAT NEMO. Sunt igitur etiam inter Numos supra memoratos haud pauci, quorum extimi circuli continent varii generis inscriptiones. En aliquot exempla cum nonnullis animadversionibus: 1) Numisma liberati Strigonii, et recuperati anno 1685. Ujvarini, *Neuheusel* dicti, quod

cit. Catal. p. 200, *n.* 27. discribitur, et in cujus aversa parte Pallas eques clypeum aquila bicipite insignem habens persequitur lupos, praeter inscriptionem chronographicam huic anaglypho additam, AQVILA AVGVSTI &c. offert in exteriore circulo hanc aliam: VIVAT ET FLOREAT IOSEPHVS DIVINA GRATIA IN REGEM HVNGARIÆ CORONATVS. Cum haec altera inscriptio circularis loquatur de coronatione JOSEPHI I. in Regem Hungariae, quae primum 9. Dec. 1687. contigit, nullumque nexum habeat cum argumento praesentis numismatis, suapte patet, hoc numisma hybridis adnumerandum esse. Et vero aliud simillimum Numisma, quod est in Museo R. Univ. Pest. in extimo circulo rectius ita inscribitur: STRIGONIO LIBERATO. HOSTE PROFLIGATO. NEVHEVSELIO EXPVGNATO. CÆSAR TRIVMPHAT. OTTOMANVS TREPIDAT. — 2) In alio, *cit. Catal. p.* 202. *n.* 32. descripto, perigraphe circuli exterioris est haec: PERCVTIES SYROS DONEC CONSVMAS. 2. REG. XIII. V. 7. apposite ad Nvmi argumentum. — 3) In tertio de *Buda* recepta, qui *ibidem p.* 207, *n.* 46. recensetur cum inscriptione anticae: INFELIX BVDAM &c. et cum hac altera partis aversae: STAT SOL. LVNA FVGIT &c. Circulus exterior habet perigraphen eidem argumento accommodam: LVNA CADIT. NIL ÆRA IVVANT. NIL TYMPANA FESSA. SOL CAVE. DVM MINVI SIDERA IVNCTA VIDES. — 4) *Ibidem p.* 212. *n.* 58. de Victoria ad *Mohács* relata: WO LVDOVICI NIEDERLAG &c. et in aversa

parte: ES ZEIGT MOHACZ &c. in extimo circulo legitur: OB FELICITER RESTITVTAS AD MOHAZ OLIM DESTITVTAS RES HVNGARIAE. S. P. Q. A. F. C. (*Senatus Populusque Augustanus Fieri curavit*) 5) *ibid. p.* 226. *n.* 68. de recepto *Belgrado*, exterior Numismatis circulus habet symbola Leopoldi M. et Josephi I. CONSILIO INDVSTRIA. AMORE TIMORE. — 6) *ibid. p.* 119. *n.* 76. de Victoria ad *Szalankemen* perigraphe circuli exterioris: AVTTRIÆ EXCELLENS IN ORIENTE VICTORIA. pertinet ad innumeras alias vocalium A. E. I. O. V. pro symbolo per Imp. *Fridericum III.* assumtarum interpretationes. 7) De Pace *Carlovicensi ibidem p.* 227. *n.* 94. perigraphe exterioris circuli: PAX VIVAX MITI LEOPOLDI EX ORE REFVLGET. Et sic porro: taedet enim plura idgenus non optimi gustus parerga commemorare. Inter Transilvanicos Leopoldi Magni Numos *P. II. Catal. p.* 69. unicus ex genere mnemonicorum occurrit, isque dignus recensione, quia Stylum prisci aevi Romanorum sapit. Pars antica exhibet Protomen *Leopoldi Magni*, laureati, paludati, loricati, ad laevam conversi cum inscriptione: LEOPOLDVS AVG. PANNON. DAC. ILLYR. TVRC. MAX. *Aversa* sistit effigiem junioris, uti ex vultu apparet, Augusti *Josephi I.* sagum, et paludamentum prisco more Caesarum induti, stantis cum gladio in manu dextra, et globo in sinistra, cui advolans Victoria lauream imponit. Ad latus dextrum conspicui sunt duo genii; unus specie

mulieris galeatae humi sedentis, laeva manu tenet bacillum, alter specie pueri genuflexi, ad Caesarem conversi, dextra gerit cornucopiae, sinistra offert pateram. In latere sinistro alii duo genii, muliebris sedens, virilis galeatus adstans cum clypeo: SIC XXX. SIC XXXX. inscripto. In imo segmento tympanum, ac duo clypei. In peripheria legitur: PANNONIIS. DACIA. ILLYRICO. HEREDITARIIS REGNIS ADAVCTIS. Ex clypeo votivo eruitur, LEOPOLDVM Magnum jam tria Regni sui Hungarici decennia complevisse, quartumque decennium inchoasse, quo tempore praesens numisma cusum, eidemque oblatum fuerat: calculo inito ab A. C. 1657. quo Patri suo successit, aetas numismatis incidit in annum 1687. vel sequentem. Constat autem, anno nunc memorato, auspiciis et armis *Leopoldi Magni* potiorem jam Hungariae partem a Turcico jugo liberatam fuisse, atque ideo unanimi Statuum et Ordinum consensu legem de haereditaria successione conditam, *Josephumque* primum sine praevia electione coronatum. Quod ex duabus Pannoniis sub schemate Mulierum in hoc numismate expressis, altera seminuda humi sedens quasi manibus a tergo revinctis appareat, indicio est, partem adhuc Hungariae Turcis obnoxiam illo tempore fuisse. Haec de mnemonicis *Leopoldi M.* numis, nunc pauca de usualibus ejusdem Monetis, describuntur *P. I. Catal. p. 237—257. et P. II. p. 70. seq.* Inter *Aureos* ceteris rarior est, qui parte quidem una

consuetam Deiparae imaginem habet cum inscriptione: PATRONA HVNGARIÆ. 1671. sed in alia parte exhibet effigiem S. Josephi cum his epigraphis: IN. MANIBVS. TVIS. SORTES. MEÆ — CONSILIO ET PATIENTIA. *ibid. p. 239. n. 8.* Editus est etiam in *Notitia Hung. Rei Num. p.* 412. cum nonnullis animadversionibus. In multis Leopoldinis monetis, quae signantur icone Mariana, occurrit nova haec epigraphe: S. IMMACVLATA VIRGO MARIA MAT. DEI. PAT. HVNG. cujus origo repetitur ab inducta per *Ferdinandum III.* Leopoldi patrem peculiari devotione erga immaculatam Deiparae conceptionem, votoque solemni de hac sententia tuenda. Quam varias monetarum ex auro et argento species feriundas curaverit Leopoldus Magnus ostendit Catalogus *l. supr. cit.* Extant etiam monetae *cupreae* sub hoc Imperatore ac Rege signatae, verum temporariae dumtaxat, *ex necessitate*, aliae autem pro montanis solummodo civitatibus. Numus *aereus obsidionis Eperiessinensis*, qui *p.* 257. *N.* 5. refertur, habet pretium raritatis.

In *Transilvania*, post exauctoratum a Turcis *Georgium* juniorem *Rakocium*, FRANCISCVS RÉDEI Principis titulum gessit trium circiter mensium intervallo, videlicet a 3 Novembr. 1657. ad 24. Januarii 1658. cujus Numi siqui exstant, maximae sunt hodie raritatis. Huic successit ACHATIVS BARTSAI ab Anno 1658 ad 1661. qui licet breve, ac turbulentum habuerit regimen, haud paucos tamen numos ex auro et

argento signavit, primum Claudiopoli, dein Cibinii, Brassoviae, et Schaesburgi. In *Claudiopolitanis* Pars *antica* exhibet effigiem Principis barbati, ad medium corpus expressi, tunicam hungaricam induti, dextra sceptrum humero admotum tenentis, ad laevam spectantis, cum inscriptione: ACHA. vel ACHATI. BAR. D. G. PR. TRA. In *aversa* continuantur tituli: PA. REG. HVN. DO. ET. SI. CO. 1659. Scutum coronatum principali corona, in quo sunt Insignia Transilvaniae sol, et luna, Aquila dimidia, et septem castella, cum parmula in medio familiae Bartsaianae, quae continet brachium loricatum, sagitta transfixum, cubito coronae apertae innixo, manu vero gladium stringente. In area Siglae: C. V. *Aur. decupl. et alius simplex.* Vid. *P. II. Catal. p. 56. seq.* et *Notit. p. 537. n. 1. et 2.* Cibinienses, et aliarum duarum Civitatum Numi continent simul memoriam calamitatum, quibus premebantur, durante bello civili sub hoc Principe. Partis anticae inscriptio est: ACHATIVS BARTSAI D. G. P. T. PA. REG. HV. DO. SI. C. 1660. Typus: Scutum coronatum complectens Insignia Transilvaniae, et familiae Bartsaianae propria. In *aversa* Cibiniensium numorum legitur: SVB RAKOCIANA OPPRESSIONE REGNI TRANSILVANIAE ET OBSIDIONE CIBINIENSI. Haec est perigraphe duorum circulorum concentricorum: in medio autem scriptum: DEVS PROVIDEBIT. *Aureus octogonus Semuncialis, et alius Aur. et Arg. rotundus uncialis. Ibidem.*

Brassovienses autem, seu *Coronenses* Numi inscribuntur DE PROFVNDIS CLAMAMVS AD TE DOMINE. hanc perigraphen praecedit caput humanum ore aperto. In area legitur: SERVA NOS QVIA PERIMVS 1660. Infra est corona radici imposita inter Siglas C. B. *Aur. et arg. unc.* Eaedem sunt inscriptiones numismatum cusorum *Schaesburgi*, quod nomen additur infra epigraphen *Serva nos quia perimus.* Sub exitum anni 1660. ob obitu junioris *Georgii Rakocii* Status et Ordines Transilvaniae repudiato *Bortsaio*, Principem elegerunt JOANNEM KEMÉNY, qui confirmatione a Turcis non impetrata ad Caesaris Leopoldi partes transiit, consertoque praelio, ex equo delapsus interiit sub initium anni 1662. In suis Numis, qui rari sunt, repraesentatur ultra dimidium corpus, capite, quod pileo zobelino cristato tegitur, sinistrorsum converso, loricatus, dextraque sceptrum humero admotum tenens, sinistra capulo gladii admota, cum perigraphe: IOAN. KEMEN D. G. PRI. TRA. In parte aversa legitur: PAR. REG. HVN. DO. ET SIC. CO. 1661. In area Numi Scutum coronatum continens Insignia Transilvaniae, cum parmula gentilitia in medio, tn qua est dimidius cervus in pedes anteriores erectus. *Aur. et arg. uncial. cit. P. II. Catal. p.* 60. — MICHAEL APAFI, sublato aemulo *Keményio*, Principatum Transilvaniae novem ac viginti annis varia fortuna rexit ab A. C. 1661. ad 1690. Portae Ottomanicae primum, dein Imp. LEO-

POLDI M. fiduciarius. Exhibetur in suis numis aureis et argenteis, qui copiosi supersunt, eodem modo, quo suus decessor, pileatus, loricatus, ad laevam conversus, d. sceptrum in humero tenens, sinistra capulo admota, addito nomine ac titulis: MICHAEL APAFI D. G. PRIN. TRAN. et in *Aversa*: PAR. REG. &c. uti supra. Scutum coronatum continet Insignia solita Transilvaniae, et in medio parmulam gentilitiam, in qua est supra vitem galea ense transfixa. cit. *P. II. Cat. p.* 91: *seq.* — Extat in Museo Caes. Vindob. aureum et argenteum insolitae magnitudinis Numisma, hujus Principis effigie, nomine, ac titulis signatum, in quo haec praeterea leguntur: SPLENDOR. OPES. AVRVM. MVNDI. MIHI. NVLLA. VOLVPTAS. QVIN PVTO. PRO. CHRISTO HÆC OMNIA DAMNA MEO. In parte autem aversa: SPES CONFISA DEO NVNQVAM CONFVSA RECEDIT. FIDENTEM NESCIT DESERVISSE DEVS. E Siglis A. F. colligitur idgenus Numisma in *Arce Fogaras* procusum fuisse. In Museo autem Exc. *D. Andreae Semsey*, Personalis Praesentiae Regiae in Judiciis Locumtenentis, memini me vidisse aliud centum ducatos appendens Numisma *Apafianum*, in cujus medio est typus aurei decupli, quem circumdant typi simplicium decem aureorum solitis cum perigraphis: MICH. APAFI. D. G. PRIN. TRAN. &c. Rarum est, pauca enim tantae molis Numismata ex auro feriri solent. De Numis junioris *Michaëlis Apafi* nihil certi constat: hic enim patre de-



functo Principatum, quem ab *Emerico Tökölio* captatum, variisque pressum difficultatibus, retinere non valebat, consensu Statuum ac Ordinum Imperatori ac Regi Hungariae Leopoldo Magno tradidit, titulumque S. R. I. Principis cum annua decem millium florenorum pensione adeptus, domicilium Viennae Austriae fixit. Abhinc ergo Monetae Transilvanicae nomine, et imagine Leopoldi M. cudebantur, et quidem *aureae* cum inscriptione DVCATVS NOVVS TRANSYLVANIÆ. *argenteae* vero cum hac: MONETA NOVA ARG. TRANSYLV. addito cusionis anno. Vid. *cit. Catal. P. II. p.* 70. seq. — Ex Numis, oppido raris *Tökölianis*, et *Anti-Tökölianis* commemorandi veniunt sequentes: 1) EME: TÖKÖLY: PRIN: PAR. REGNI: HVN. DOMINVS. Protome Emerici Tököli, pileo hungarico, gemma, et crista ornato, tecti, loricati, ad laevam conversi, d. sceptrum humero admotum tenentis, sinistra capulo gladii admota. In area: SPES MEA IN DNO. Æ. 26. In parte aversa: DVLCE: ET DECORVM PRO PATRIA MORI. 1683. brachium loricatum dextrae manus, tenentis gladium cum circumvoluta Scheda, PRO DEO ET LIBERTATE inscripta. Eidem brachio impositae sunt duae coronae, e quibus assurgunt bini leones coronati, quorum alter gladio armatus. Infra brachium est parmula complectens insignia Hungariae. *Aureus Musei Festeticsiani.* Hujus Numismatis meminit Auctor Synchronus in historia Emerici Comitis Tököli

gallice edita Coloniae 1693. p. 113. ita scribens: *Tökölius* a Supremo Vezirio Princeps Hungariae Superioris renunciatus - - caepit cudere monetam, in cujus antica erat effigies illius propria cum hac epigraphe: *Emericus Tököli Princeps, ac Partium Hungariae Dominus:* in aversa vero parte: *pro Deo et libertate.* Idem refert in vexillis Tökölianis depictum fuisse brachium gladio armatum. 2) EME. TÖKÖLI D. G. P. T. Protome, ut in praecedente. In parte aversa: PAR. REG. HVNGA. D. ET SICVLO. CO. 1690. Scutum continens Insignia Transilvaniae, et familiae Tökölianae propria, in quorum medio est. parmula exhibens aquilam bicipitem. Scuto majori incumbunt binae galeae, ex quibus prominent duo leones coronati, quorum alter gladio armatus est. *Aur. simpl. cit. Catal. P. II. p.* 69. Anno hujus Numismatis 1690. Tökölius post mortem Michaelis Apafi, Transilvaniam invasit validis Turcarum copiis stipatus, seque Principem hujus provinciae inaugurari fecit, quem tamen haud multo post Ludovicus Badensis, exercitus Caesarei Dux inde in Valachiam ejecit. sequuntur *Anti-Tököliana* Numismata. 3) EMERIC. TECKLY. *sic.* DVX PROTEST. IN. HVN. Hujus Protome capite nudo, pectore loricato, ad humeros cum chlamide hungarica. In aversa: SIC VIRTVS NESCIA FRENI. Equus in palaestra revulsis loris, excussoque, et proculcato domitore, ferociens. *Arg. magni moduli in Museo Exc. C. Joan. Nep. Eszterhá-*

zy. Aliud simile ex plumbo describitur a *Matthia Belio T. III. Hung. Novae p.* 191. — 4) EMERIC. TOCKEL. HVNGAROR. REBELL. CAPVT. Ejus protome, capite nudo, tunicam et chlamidem hungaricam induti, ad laevam conversi. Infra: E. F. In *aversa*: RETRO CADIT AVDAX. Mons vertice coronato, ex quo praeceps ruit *Tökölius* gladio armatus, persequente illum aquila; ad pedem ejusdem montis Tygris excubans. *Arg. cit. Catal. P. II. p.* 68, — 5) DEKELI *sic* QVOD MIHI ID TIBI CONTINGET. Duae protomae jugatae Magni Vezirii, Karae Mustaphae, et Emerici Tökölii patrio amictu. Pars aversa vacua. *Arg. magni moduli ibidem p.* 68. *n.* 2. *Kara Mustapha* post clades anno 1683. ad Viennam et in Hungaria variis locis acceptas redux Belgradum strangulatus, in hoc numismate fingitur idem fatum praedicere *Tökölio*, foederato suo. Ceterum *Tökölius* non antea, quam post Carlovicensem pacem, anno 1699. conclusam, exulare coactus, in Turciam sese recepit, ubi prope Nicomediam in Castello Campi Flori vivere, ac tumultuari desiit anno 1705.

§. 20.

De Numis JOSEPHI II. *et* FRANCISCI RAKOCI.

Praeclara numismatum mnemonicorum JOSEPHI I. collectio, quae *cit. Catal. p.* 258—273. describitur, augeri adhuc potest sequentibus:

a) *De*

a) *De Coronatione in Regem Hung.* 1) IOSEPH IM NAHMEN VND ERBRECHT DER ERSTE. (id est: Josephus nomine, et haereditario jure Primus) Protome elegans Regis juvenis paludati, nudo capite, ad laevam converso. In *Aversa*: DIR VND DEINEM SAMEN NACH DIR. DEN 9. DEC. 1687. Regi stanti Mulier genuflexa coronam offert, intermedio scuto haeraldico Regni Hung. *Arg. semunc. prox. Extat in Museo R. Univ. Pest.* — 2) SED ET HÆC QVÆ NON POSTVLASTI DEDI TIBI. 3. REG. 3. CA. Regi manibus junctis, ac elevatis genuflectenti coronam imponit manus e caelo porrecta. Humi adjacent gladius, sceptrum, et globus cruciger; et in prospectu est urbs, arxque Posoniensis. Partis *aversae* perigraphe est: IOSEPHVS ARCHIDVX AVSTRIÆ CORONATVS IN REGEM HVNGARIÆ. POSONII. MDCLXXXVII. DIE. IX. DECEM. et hoc symbolum: AMORE. ET. TIMORE. In medio stat gladius laureatus sub oculo divinae Providentiae. *Arg. semunc. ibidem.* — 3) IOSEPHVS I. REX HVNGARIÆ. Caput laureatum, sinistrorsum spectans ad pectus cum paludamento. *Aversa:* DECRESCENTE RADICABITVR. Arbor, cui incumbit luna decrescens intra nubem. *Arg. pond. drachm. ibidem.* Vid. *Notitia Hung. Rei Num. p.* 419. — b) *De Landavia iterum capta.* 4) IOSEPHVS D. G. ROM. IMPRATOR. protome capite laureato. *Aversa*: SECVRITAS PROVINCIARVM. Mulier turrita, cum clypeo, cui adscriptum est: DE LANDAVIA ITERVM D. XXV. NOV. adsidens tropaeo,

corona murali, duobus palmae ramis, et aquila fulminatrice ornato, retro adstante Victoria in conspectu urbis, prope quam chronostychon: CEDIT BIS CÆSARIS ARMIS. Praeterea in extimo Numismatis circulo occurrit haec perigraphe: REX IOSEPHVS LANDAVIVM ITERATA VICE STRENVE EXPVGNAT. In fine F. K. *Fridericus Kleinert* fecit. *Stann. ibidem. p.* 422. 5) Antica eadem. In parte aversa: LANDAVIA BIS CAPTA D. 25. NOV. 1704. Conspectus urbis Landaviae, et Castrorum cum hoc lemmate: CESSIT SECVNDVM CÆSARI. Accedit haec altera in extimo circulo perigraphe: VICTORIARVM ANNI MDCCIV FELIX COMPLEMENTVM. *Stann. ibidem. p.* 421. — c) *Occasione suscepti regiminis ab obitu patris.* 6) IOSEPHVS D. G. ROM. IMPERATOR S. A. Ejus protome Capite laureato. *Aversa*: SERVATOR ORBIS. GENES. XLI. V. 46. Stans Hercules dextra tenet globum terroqueum, laeva clavam. Perigraphe: PONDERA COELESTI MENTE PATERNA FERET. et in extimo Circulo legitur: PERPETVA SOLVET FORMIDINE TERRAS. *Stann. ibid.* — 7) Antica, ut in praecedente. Pars *aversa*: IOSEPHO IMPER. REGIMEN. FELICIT. CAPESSENTE. MDCCV. Imperator insidens globo terraqueo ab adstante Marte gladium laureatum accipit manu dextera, altera vero gubernaculum globo impositum tenet, cui Victoria palmam porrigit, Felicitas vero adstans cum cornucopiae lauream Caesaris gubernaculo imponit. Accedit epigraphe: FELIX TEMPORVM

REPARATIO: ET in extimo circulo haec alia inscriptio: HOSTES IMPERII PORRO DEPELLE IOSEPHE ET PROSPER PERGENS HOSTICA REGNA PETE. *Stann. ibid. p.* 423. d) *Ob victorias de Gallis relatas armis Imp. Josephi I. et foederatae Britanniae.* 8) EVGENII ET MARLEBORVGII FELIX CONIVNCTIO. Castor et Pollux equitantes, addito lemmate: SALVTARIVM SIDERVM APPARITIO. In *aversa:* MVLT. MILL. GALLORVM CLADES AD ALDENAR. MDCCIIX. D. XI. IVL. Conspectús civitatis Aldenardae, et praelii ad eandem commissi. Perigraphe: VANDOM IN FLAND. SICVT IN ITAL. EVNDEM FVGIT. ET VT FVGIENDVS DOCET. in extimo circulo: NIL DESPERANDVM TEVCRO DVCE ET AVSPICE TEVCRO. *Hor. Stann. Musei Univ. Pest.* 9) RYSSEL VEL INSVLÆ PER PRINCIPEM EVGENIVM OBSESSA 23. AVG. ET 23. OCT. RECEPTA, 1708. Turris Babel cum operariis. Perigraphe: CONFVNDAMVS LINGVAM EORVM VT NON AVDIAT VNVS QVISQVE VOCEM PROXIMI SVI. In *aversa*: SISTE SOL IN GIBEON ET LVNA IN VALLE AIALON. Conspectus urbis oppugnatae, supra quam sol, et luna, et infra hanc arx Insulensis cum addito vocabulo *Citadelle.* In Exergo: CASTELLVM RYSSEL OBSESSVM XXVII. OCT. RECEPTVM VERO IX. DEC. In extimo circulo: VIRTVS VNITA VALET. *Stann. ibidem.* Alia numismata ob *Insulam* Flandriae urbem Gallis anno 1708. ereptam, et ob *Tornacum* receptum, pacisque negotium inchoatum 1709. nec non de pace inita 1710. cum CLEMENTE XI.

Pontifice Romano, vid. *cit. Catal. p.* 270. *seq.* Sequuntur *ibidem p.* 272. Numi exequiales, quorum duo non tantum de morte Imp. JOSEPHI I. meminere, verum etiam de subsecuta Hungariae pace, Rakocianis asseclis ad obsequium redeuntibus. Hoc pacis negotium ab ELEONORA Augusta, defuncti Caesaris matre, terminatum fuisse docet Numus *ibidem n.* 38. descriptus hoc modo: IOSEPHI EXTREMVM ABSOLVIT LEONORA LABOREM. Infra: HVNGARIA RECEPTA. MDCCXI. Imperatrix coronata sedens in throno cum hasta pura, manu altera porrigit ramum oleae mulieri genuflexae, Hungariam repraesentanti per Insignia hujus Regni. Pars aversa numismatis exhibet urnam sepulcralem, in cujus latere ensis, et ramus oleaginus in decussim positi, in apice vero Corona Imperii, supra quam Fama volans manu dextra gerit tubam, sinistra schedam cum inscriptione CAESAREM VEHO. Accedit perigraphe: A FOVEA AD GLORIAM. Infra urnam legitur: MORS ET AETERNITAS IOSEPHI. *Arg. uncialis.* Alterius vero Numi *ibidem n.* 39. recensiti non minus elegans est inscriptio ac typus: PACEM RELINQVO VOBIS. Infra: MORTEM IOSEPHI I. IMP. ET REGIS 17. *April.* MDCCXI. SECVTA PAX HVNGARIÆ. Imp. *Josephus* sedens in nube, capite radiato, dextra vacua elevata, sinistra sceptrum gerit; infra nubem occurrit segmentum globi terraquei, in quo ex vocabulo HVNGARIA postremae tantum tres literae sunt conspicuae, columba cum ramo oleagino huc

advolante. Pars aversa exhibet Josephum patriarcham, Aegypti Pro Regem, ex editiore loco fratres suos alloquentem cum perigraphe: ILLE REGIT DICTIS ANIMOS ET PECTORA MVLCET. *Ar. unc. prox.* — Usualibus JOSEPHI I. monetis aureis, et argenteis *cit. Catal. p.* 273—276. descriptis junguntur exempla rara monetae *cupreae*, pro Magno Varadino tempore obsidionis signatae, cum inscriptione PRO NECESSITATE VARAD. in altera Numi facie est magnum I. coronatum, litera nempe prima nominis JOSEPHI, et annus 1706. Idem typus est alterius numi aerei annum 1708. praeseferentis cum epigraphe: IN NECESSITATE VARADIENSI. Hae monetae sunt parvi moduli, verum extat in Museo *Univ. Pest.* alius numus *aereus* magnitudine Thaleri, in signum fidelitatis anno 1706. percussus, atque, uti arbitror, aeque pro moneta usuali tempore obsidionis habitus vel *Varadini*, vel in alia quapiam urbe illo anno a Rakocianis obsessa. Editus est in cit. *Notitia p.* 423. et sic habet: *Antica* exhibet Aquilam bicipitem nimbatam, coronatam, gladio, sceptroque armatam, gerentemque in pectore Insignia Regni Hungariae Scuto coronato inserta. *Aversam* vero implet haec epigraphe: SIGNVM FIDELITATIS AVG. ROM. IMP. IOSEPHI PRIMI AVSTRIACI. 1706. *Aereus.*

Numismata et Monetae FRANCISCI RAKOCI sunt tristia monumenta belli civilis, quo Hungaria postremis LEOPOLDI *Magni* annis, et sub



JOSEPHO I. Augusto deflagrabat. Recensentur *P. II. Catal. p. 78. seqq. Primum* numisma *aureum pond.* 17½ *ducat.* continet epocham initae confoederationis, coeptique belli civilis. Sic autem habet: FRANCISCVS II. D. G. TRANSYL. PRIN. RAKOCZI DVX CONFOE. STAT. Caput ejusdem nudum, ad laevam conversum: infra quod legitur D. WAROV F. (id est: *Daniel Warov Fecit*; celebris Monetarius, patria *Suecus* Holmiensis) In parte aversa: DIMIDIVM FACTI QVI BENE COEPIT HABET. *Infra*: OPERE LIBERTATIS INCHOATO. ANNO MDCCIII. XIV. IVNII. Libertas captiva sub schemate Virginis stantis, et aviculam alas vibrantem tenentis, adstantibus Justitia, et Legum patriarum Custodia, quae pariter specie Virginum repraesentatae, illa cum gladio et bilance, ista cum codice: LEGES PATR. inscripto, Libertatem vinculis exsolvere incipiunt. Accedit in alio simili argenteo haec praeterea extimi circuli perigraphe: LAQVEVS CONTRITVS EST ET NOS LIBERATI SVMVS. PSAL. 123. v. 7. Auctorem cudendorum idgenus Numismatum fuisse BERCSENIVM Ducem Rakocianum, tradit *Franc. Wagner* in *Hist.* LEOPOLDI M. *T. II. p.* 748. Non minus elegans est *alterum* Numisma, cujus antica exhibet Protomen Francisci Rakoci pectore loricato, capite nudo, sinistrorsum converso, cum inscriptione: FRANCISCVS II. D. G. S. R. I. PRINCEPS RAKOCZI & TRANSYL. Pars aversa repraesentat Herculem, clava armatum, cum hydra decertantem, ad-

dito lemmate: TENDIT PER ARDVA VIRTVS. *Arg.* 4. *Semunc. prox.* In *tertio* Numismate recolitur memoria celebrati conventus Széchénienfis in Comitatu Neogradiensi, ubi confoederati novo sese juramento ad prosequendum Duce Rakocio bellum obstrinxere. Antica exhibet protomen adversam loricatam cum inscriptione eadem, quae est in primo numismate. In aversa parte tres Vestales ad eandem aram sacrificaturae comportant ligna. Superius legitur: CONCVRRVNT VT ALANT. Inferius vero: CONCORDIA RELIGIONVM ANIMATA LIBERTATE. A. MDCCV. IN CON. SZECH. *Arg.* 2½ *Semunc.* Aliud Numisma argenteum, priori oppositum cum inscriptione: PERFIDA CEDE TRIAS &c. in quo Miles Caesareus tres Vestales Rakocianas fugat, et in cujus parte altera exhibetur Arbor cum perigraphe: VERA SALVS &c. videatur in *Catal. p.* 79. *et seqq.* Opponitur autem pars haec altera numo alteri ab factione Rakociana Claudiopoli in Transilvania signato, in quo exhibetur Arbor palma inter siglas K. V. et 1705. cum inscriptione: TANDEM OPPRESSA RESVRGET. Parte alia Scutum coronatum complectitur consueta Transilvaniae Insignia Rakocianis permixta cum perigraphe: MONETA NOVA TRANS. *Aur. simpl. ibidem p.* 82. *n.* 10. Ceterum in aliis monetis usualibus *aureis* et *argenteis*, quas idem *Rakocius* in Hungaria feriundas curavit, *Antica* habet Deiparae effigiem solitis cum attributis, addita inscriptione: PATRONA HVNG. vel REGINA

PATRONA HVNGARIAE 1705. *Aversa* vero continet utrumque Regni Hungariae Insigne Scuto inscriptum, et perigraphen. MON. NOV. AVR. (vel ARG.) REG. HVNG. Ceteris rarior est aureus qui PRO LIBERTATE inscribitur, typario pro monetis *cupreis* parato signatus, cujusmodi unum vide *cit. Catal. p.* 80, *n.* 1. descriptum. *Ibidem p.* 83. *et seq.* recensentur monetae aereae Rakocianae, Scuto Hungariae in antica, et icone Mariana in parte aversa signatae addita epigraphe: PRO LIBERTATE. infra iconem accedit numerus X. vel XX. indicans valorem extrinsecum totidem denariorum. Item aliae, *Poltura* inscriptae. Quibusnam abusibus cuprea idgenus moneta occasionem praebuerit, narrat *Belius T. IV. Hung. Novae p.* 191. et ipsemet *Rakocius* in suis commentariis (*Memoires*) p. 289. Vid. *cit. Notitia Rei Num. Hung. p.* 553. *et seq.*

§. 21.

De Numis CAROLI VI. *Aug.*

Imp. CAROLVS VI. Numis historicis, qui suae institutioni in tenera aetate deserviebant, adeo delectabatur, ut arculam, in qua repositi erant, ne quidem durante expeditione hispanica a se abesse pateretur. Conservatur illa etiamnum Vindobonae in gazis Caesareo-Regiis cum hac epigraphe: AN. MDCCXIV. REPARATVM

EST HOC NVMOPHYLACIVM QVOD PRIMVM CAROLI PRINCIPIS IVVENTVTIS IOSTITVTIONI DEINDE INTER ARMORVM STREPITVS IN IPSA EXPEDITIONE IBERICA REGIS VICTORIS RECREANDAE MENTI INSERVIIT. — GADES REMOTAE IN HOC ALTERO CAROLO V. SVVM HERCVLEM NON MODO GADITANVM SED ETIAM MVSAGETEM AGNOSCERENT. Hujus inscriptionis, in plures utique, quam isthic, lineas distributae, ac duabus laminis aeneis deauratis, eidem arculae affixis, incisae auctor fuerit *Carolus Gustavus* HERÆVS, Rei antiquariae, et feriundis numismatibus antea, quam Caesaris gratia excideret, Praefectus, qui praeter alia ingenii sui, ac industriae monumenta edidit libellum forma quadrantis, hoc titulo: *Brevis Explicatio Numismatum aliquot ex iis, quae in Imp. Caes. CAROLI VI. Historia Numismatica, successu temporis continuanda; aeternitati Augusti dicantur a Carolo Gustavo HERAEO, s. Caes. et Cath. Majest. Consil. Reique antiquae et Numism. Imp. Inspectore.* Sine loco, et anno editionis, et sine numeris paginarum. Complectitur hic libellus triginta quatuor numos, in Moneta, uti Auctor in praefatione affirmat, Caesarea Vindobonensi cusos, adeoque auctoritate publica signatos, cum elegantibus ectypis, partium aversarum potissimum. Ex his in *Catalogo* nostro sequentes occurrunt; 1) Ob CAROLI VI. reditum ex Hispania *p.* 278. *n.* 3. cum inscriptione aversae: LVSTRATIS TERRA MARIQ. FINIBVS. infra: FOR-

TVNA REDVX. MDCCXI. 2) Ob ejusdem coronationem Hungaricam *p.* 283. *n.* 16. CAR. VI. R. I. S. A. REX CATH. ET APOST. COR. POSON. MDCCXII. Protome Caroli coronati, amictu hungarico. Partis aversae epigraphe: IMP. CAR. VI. FELICITATIS CAR. VI IN IMP. R. ITA IN HVNG. RESTITVTOR CORON. MDCCXII. *Ibidem n.* 17. cum eadem antica jungitur haec altera pars aversa: FORTITVDINE ET CONSTANTIA. Infra: FELIX TEMPORVM REPARATIO. Aquila Phoenicis instar capite radiato stans in orbe hungarico. *Heraeus* duplicem hanc aversam referens, memoria labi videtur in descriptione partis anticae, quam sic refert: Imperator iterum habitu Regio Hungarico. Inscr. CAR. VI. IMP. ROM. S. A. REX HVNG. DAL. CROAT. SCLAV. &c. 3) In memoriam praestiti Carolo VI. ab Austria homagii *p.* 284. *n.* 22. TANTO DVCE ET AVSPICE TANTO. Infra: FELIX AVSTRIA &c. In Heraeano Ectypo omittitur AVSPICE TANTO. Reliqua conveniunt. 4) Ob restituta solemnia Ordinis Equitum aurei velleris, *p.* 283. *n.* 24. CAES. AVG. CAROL. VI. PLVR. VAR. ORB. PROVIN. REX. In aversa: MORIBVS ANTIQVIS. Infra: AVITI ORDINIS &c. 5) Ob adventum ELISABETHÆ Augustae *ibidem n.* 25. ELISABETHA CHRISTINA AVGVSTA CAROLI VI. IMP. Protome. In parte *aversa*: REDDE DIEM. Sidus Veneris Solem orientem praecedens, et globi terraquei segmentum. Infra: VOTA PVBL. VINDOB. IN ADVENTV AVGVSTÆ XI. IVL. MDCCXIII. 6) Ob ejusdem coronationem in Reginam Hung.

p. 286. n. 26. AVGVSTA ITERVM AC TERTIVM. Infra, DIADEMATE R. HVNG. IMPOSITO MDCCXIIII. Imperatrix cum attributis Junonis, Minervae, ac Veneris sedens supra nubem in curru &c. 7) *Ibidem n.* 27, *et* 28. OCCIDVI DECVS AC ORIENTIS. Sidus Veneris. Infra: CORON. POSON. MDCCXIII, 8) De Pace Rastadiensi p. 287. n. 30. PAX AVGVSTI. Infra: RASTAD. MDCCIV. Templum Jani &c. 9) Numisma Symbolicum p. 289. n. 36. FORTITVDINE ET CONSTANTIA. Duae columnae laureatae, coronam fulcientes. 10) Numi positorum primorum lapidum sub Columnis votivis Medlingensi, Badensi, et Viennensi ad S. Mariae auxiliatricis, ann. 1714. et 1715. cum inscriptionibus. *p.* 290. *et seq.* 11) De Basilica S. Caroli Boromaei *p.* 291. *n.* 43. QVOD POPVLVS PESTE LIBERATVS. Infra: DIVO CAROLO BOROM. EX VOTO MDCCXVI. Frontispicium Basilicae. 12) *Ibidem n.* 44. D. O. M. OB CIVES IN PESTE SERVATOS DICATÆ &c. 13) Ob nativitatem Leopoldi Archid. *p.* 293. *n.* 84. ÆTERNITAS AVG. Infra: NATO PRINC. IVV. LEOPOLDO MDCCXVI. D. 13. APR. Infans super hemisphaerio terraqueo sedens in nube, dextra elevata Palladium tenet. 14) Ob cladem Turcicam ad Savum. p. 294. n. 53. CAESAR AD SAVVM VICTOR. Conspectus praelii. Infra legitur: CAESIS ET FVG. TVRC. CC. MILL. CASTRIS OCCVPAT. 5. Aug. 15. ob eandem victoriam p. 295. n. 55. VICTORIA CAROLI FELICITAS CHRISTIANORVM. Victoria stans cum labaro cet. Infra: SOLO CAES.

EXERCIT. FRACT. CCM. TVRC. IMPETVS. CASTRA. TORM. CLX. SIGNA TOTIDEM, CAPTA. MDCCXVI. *Heraeus* edidit annum MDCCXVII. et cladem hanc ad Petri Varadinum contigisse refert, sed refellitur praecedente numismate nostro, in quo clades ducentorum millium Turcarum ad Savum facta diserte innuitur, et quidem MDCCXVI. quem inscriptio chronographica: CAESAR AD SAVVM VICTOR: continet. 15) Ob receptum Temesvarinum p. 295. n. 56. TEMESVARO EXPVGNATO. Infra: R. HVNG. TERM. DECVMAN. PRIMVM RESTITVTVS MDCCXVI. — 16) Ob captum Belgradum p. 298. n. 65. FVNESTA LACESSITIO. Infra: CC. MIL. TVRCAR. FVGATA. VALLVM CASTRAQ. EXPVG. MDCCXVII. In Catalogo nostro est IC. pro CC. typi mendum. 17) Aliud numisma de capto Belgrado, *ibidem n.* 67. pars aversa: DACIA MOESIAQ. SVP. PROVINCIAE CAROLI, Infra: TAVRVNO CAPTO. MDCCXVII. Tropaeum ex Herma Solis, et vexillis hastisque Turcicis &c. 18) In memoriam primorum regiminis Caroli VI. quinquennalium *p.* 301. *n.* 74. REP. CHRIST. PACE BELLOQ. STABILITA. Infra: MDCCXVII. CAL. OCTOB. In medio Clypeus cum inscriptione: QVINQVENNALIA PRIMA VINDOBONAE. quem clypeum simul tenent Religio, et Minerva, sive, uti Heraeo placet, nova Roma. 19) Aliud ejusdem argumenti *ibidem n.* 75. DEO TER VNI VOTA. V. PRIMA. PRO FEL. AVG. Haec epigraphe legitur in clypeo supra aquilam in flamma Crucis Burgundicae conspicuam. Infra: FIRMATO FLAM-

MÆ BVRG. OMINE. MDCCXVII. De hoc numismate Heraeus; „infra, inquit, Aquila romana Phoenicis instar nascens ex flammis Crucis Burgundicae denotat, tandem intra hoc quinquennium illuxisse tempus quo Burgundiae Rector ex Astolgandi circa fundationem Aurei Velleris praedictione, gestans in pectore flammam Turcis exitialem, ultor extitit injuriae, quo Turcae olim affecerunt Joannem intrepidum Ducem Burgundiae: nam in ejus vindictam a Filio institutus fuerat Ordo Equitum Aurei velleris." 20) De nativitate MARIÆ THERESIÆ Aug. p. 337. n. 1. RENASCENS SPES ORBIS. Infra: FOECVNDIT. AVG. NATA ARC. M. TH. MDCCXVII. Spes habitu antiquo numismatico sedens, floremque trifidum gerens, tenet in cornucopiae impositam prolem velut obsidem felicitatis, quam expectabat orbis post ereptum sibi primum Juventutis Principem. 21) De Pace Passarovicensi p. 303. n. 82. DE CHRIST. NOMINIS HOSTIBVS. Infra: PACE TVRCIS DATA MDCCXVIII. Religio in quadriga triumphali cet. 22) Alius ejusdem argumenti p. 304. n. 85. AVGVSTO PACATORI III. Infra: OB CHRIST. POMOERII FINES AMPLIAT. ET SOCIOS DEFENS. MDCCXVIII. Imperator laureatus, ac togatus adstans cruci palmigerae laeva manu tenet clypeum DE BARBAR. GENT. inscriptum, dextra vero accipit lauream, quam sibi porrigit orbis Christianus sub schemate mulieris turritae, stolatae, tenentis manu dextera codicem sacrum, septem sigillis mysteriorum obsigna-

tum, globo magno crucigero pone adstituto. 23) De eodem argumento *p.* 306. *n.* 90. FELIX OMINIS EVENTVS. Infra: AVI VINDICATI CONFECTVM BELL. TVRC. MDCCXVIII. Crux Burgundica, duobus caduceis instructa, spargens fulmina, et flammas quibus arma Turcica, humi jacentia, consumuntur: 24) Ob erectum antiquitatum reique numariae veteris, ac novae Museum p. 308. n. 94. HERCVLI MVSARVM. OBSERVATAM PRISCI NOSTRIQ. TEMPORIS MEMORIAM. Herculi cum Lyra sedenti in congerie monumentorum Musa imponit lauream. *Heraei* libellus caret Numismatibus post annum 1716. signatis, quae in Catalogo nostro usque ad ann. 1740. continuantur. Funebris Numus CAROLI VI. *p.* 324. *n.* 131. *et seq.* cum inscriptione: AD NVTVM DEI, et Equo Brunsvicensi, per *Matthiam Donner* factus, pretium habet ab elegantia. Monetarum usualium hujus Imperatoris ac Regis descriptiones videantur *P. I. Catal. p.* 325—337. *et P. II. p.* 86—91.

§. 22.

De Numis MARIAE THERESIAE *Aug.*

Numos ad historiam hujus Augustae facientes, quotquot publica auctoritate percussi fuere, complectitur Liber sine Auctoris nomine, in folio, Vindobonae 1782. editus idiomate germanico, et gallico: hujus tituli; *Schau- und*

Denkmünzen, welche unter der glorwürdigen Regierung der Kaiserinn Königinn MARIA THERESIA gepraeget worden sind. cum ccxci. ectypis originalium, brevique singulorum interpretatione. Eorum in gratiam, qui hoc libro carent, juvat eundem isthic recensere, cum descriptione numorum, in Catalogo nostro non occurrentium. Incipit igitur hoc Opus a Numis duobus *de Nativitate* M. Theresiæ, quorum prior in antica habet protomen Caroli VI. laureati, paludati, ad laevam conversi cum perigraphe imp. caes. carolvs vi. avg. p. fel. pp. Infra: *Richter* Numi artifex. Alter exhibet effigiem Elisabethæ Aug. Uterque vero Numus eidem parti aversae jungitur ab eodem artifice factae, in qua legitur: renascens spes orbis. et infra: foecvndit. avg. nata arc. m. th. mdccxvii. Augusta sub schemate Spei sedens d. infantem in cornucopiae, s. florem tenet. Prior nobis deest, alterum possidemus, ab alio tamen artifice, scilicet a *C. Thirman* factum. Ex quinque Numis *de Connubio*, *ibidem* a N. III. ad VII. propositis tres adsunt cum inscriptionibus aversarum 1) votorvm tandem compotes &c. a *M. Donner*. 2) connvbivm illvstrat fatvm a. c. mdccxxxvi. 3) spes nova germaniae. &c. Vid. *Catal. p.* 337. *seq.* Qui autem desiderantur, ita habent: n. iv.) franciscvs iii. d. g. dvx. lot. bar. rex. ierosol. Protome paludata, sinistrorsum spectans. Infra: m. donner.)(. maria ther. avstriaca. regia

LOTH. DVCISSA. Hujus protome dextrorsum conversa. — N. VI.) MARIA HISPAN. INFANS. FERDINANDVS III. ROM. IMP. ELEONORA MANTVÆ DVX. Effigies *Ferdinandi III.* ejusdemque Conjugum, primae ac tertiae, in tribus circulis laureatis. Infra: NVMINIBVS TANTIS MAXIMA PROVENIENT.)(. VNVS SANGVIS ET VIRTVS IVNGIT IN VNVM. Infra: MARIÆ THERES. AVSTR. ET FRANCIS. LOTHA. DVCIS NVPTIIS SACRVM. Duo scuta ad sese inclinata, Austriacum, et Lotharingicum sub una corona, et sub oculo divinae Providentiae. Solitarium V indicat *Vestnerum* Norimbergensem, qui typarium pro hoc numismate fecit, in quo Sponsorum cognatio, et sanguinis nexus a *Ferdinando III.* deducitur: hic enim ex prima Conjuge *Maria Anna* Hispana genuit *Leopoldum M.* avum *Mariae Theresiae*, ex tertia vero uxore *Eleonora* Mantuana suscepit filiam *Eleonoram Mariam*, quae postea *Carolo V.* Duci Lotharingiae nupta nepotem habuit *Franciscum* Theresiae Augustae Conjugem. — Sequuntur Numi tres de adventu *Francisci* Florentiam anno 1739. Unicus adest N. IX. ibidem descriptus, in Catalogo autem p. 338. n. 7. recensitus. Alii duo sic habent: N. VIII.) FRANCISCVS III. D. G. DVX LOT. BAR. REX. IEROS. M. DVX. ETRVRIAE. Hujus protome paludata, sinistrorsum conversa. Infra: G. TODA. F.)(. ADVENTVI PRINCIPIS ETRVRIAE. DIE XX. IAN. MDCCXXXIX. Porta triumphalis, per quam Princeps eques ingreditur. Infra est idem nomen

men artificis. N. X.) FRANCISCVS III. D. G. LOTH. BAR. ET M. ETR. D. REX HIER. Protome laureata, paludata, loricata.)(. SPES. PVBLICA. Infra: ADVEN. OPT. PRINC. MDCCXXXIX. Ingressurum per portam triumphalem Principem Equitem mulier turrita, ramum dextra tenens, flexo poplite veneratur, leone juxta accubante. Infra: WEHER. *Num. max. moduli non indicato metallo.* — Occasione restaurati Portus Liburnensis N. XI.) FRANC. III. D. G. LOTH. BAR. ET M. ETR. D. REX. HIER. Protome paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere, sinistrorsum spectans. Infra: A. S. 1740.)(. VNDIQVE. MAGNVS. Princeps antiquo habitu romano subsistens in margine Portus Liburnensis ab adstante Victoria lauream accipit. *Num. max. moduli.* — N. XII.) De conservatione Augustae Domus Austriacae post obitum CAROLI VI. per ejusdem filiam. M. THERESIA. REGINA. HVNG. BOHEM. CE. Elegans Protome Reginae dextrorsum conversae, pectore tenus. Infra: A. SELVI. F.)(. VNA EST. QVÆ REPARET. Infra: 1740. Phoenix in ara, radiis solaribus succensa, inter varii generis arma, et vexilla, arboribus adsita, inter quae et parmula coronata Archiducatus Austriae. *Num. max. moduli.* — Ob eandem causam cusus fuisse existimatur sequens numus missilis N. XIII.) CAR. VI. D. C. R. I. S. A. GE. HI. H. B. REX. Caput laureatum.)(. MAR. THERESIA D. G. REG. HVNG. BOH. Hujus Caput ad laevam conversum. — Numismata *Catalogi*

nostri p. 339. de praestito ab Austria homagio ac de *Francisco* Corregente declarato, sunt eadem, quae Auctor Anonymus sub *N. XIV. XV. et XVI.* refert. — N. XVII. De homagio Mediolanensi. IVSTITIA ET CLEMENTIA. Leo coronatus Bohemicus, erectus, dextro pede anteriore tenens crucem hungaricam, sinistro scutum coronatum Austriae.)(. Corona Ducalis, infra quam legitur: MARIÆ THERESIÆ HVNG. BOH. REGINÆ ARCHID. AVST. DVC. S. (*Duci Silesiae*) HOMAGIVM PRÆST. MEDIOLANI. 21. IAN. 1741. — Numismata de Nativitate JOSEPHI II. sub N. XVIII. XIX. et XX. sunt eadem, quae in *Catal. p.* 340. *seq. n.* 11. 12. *et* 16. recensentur: ex quibus tamen postremum respicit potius collatum JOSEPHO recens nato ordinem aurei velleris. — Alia de coronatione Posoniensi sub N. XXII. XXIII. et XXIV. vid. in *Catal. p.* 342. *n.* 18—28. — Numisma homagiale Transilvaniae apud *Anonymum* sub N. XXV. nobis est P. II. *Catal. p.* 91. *n.* 1. — Vota Belgarum pro felicitate regiminis M. THERESIÆ ad annum 1742. N. XXVI.) REGINÆ HVNGARIÆ FAVEANT SVPERI. Protome Reginae sinistrorsum.)(. SVBDITIQVE VOVENT BELGÆ FELICITATEM. Scutum coronatum complectens Insignia Hung. Boh. Burg. Flandriae, et in medio parmulam Austriae. De liberatione Pragae 1743. sub N. XXVII.) MAR. THERES. D. G. REG. HVNG. BOH. Hujus Caput sinistrorsum spectans. Infra. KITTEL F.)(. PRAGA LIBERATA MDCCXLIII. D. 2. IAN. Mulier

turrita stolata stans d. tenet ramum, s. scutum Pragense; humi jacent compedes: retro urbs Praga in conspectu. — Ob victoriam de Gallis ad Braunodunum sub N. XXVIII.) CAR. HENR. DVX. LOTHAR. S. R. MAI. H. & B. DVX BELLI. Protome Ducis loricati ad pectus cum aureo vellere. Infra: VESTNER. In *aversa*: AVVS AB AETHERE CERNIT SE FACTIS CREVISSE TVIS. MDCCXLIII. Leo coronatus erectus dextro pede sceptrum Ducale laureatum, sinistro palmae ramum tenens, retro quem scutum Austriacum, Palmae adpensum. Supra occurrit pars Zodiaci exhibens signum Leonis inter cancrum et virginem. Errore Monetarii legitur CAR. HENR. pro CAR. ALEXAND. — De coronatione Pragensi sub N. XXIX. et seqq. sex diversi, ex quibus nobis desunt sub N. XXXIII.) MAR. THERESIA D. G. HVNG. BOH. REX. hujus Protome. In *aversa*, Infra coronam legitur: LEGITIMA CORONARVM AVSTR. HÆRES VICTRIX FELICIT. PATRIÆ MATER CORONATA PRAG. 12. MAII. 1743. Omnia intra lauream. — N. XXXIV.) MAR. THERES. D. G. REG. HVNG. BOH. Hujus Protome, infra quam KITTEL F.)(Corona, palmae et oleae ramis decussatis imposita, et haec epigraphe: A DEO DESTINATA HACTENVS IMPVGNATA TANDEM IMPOSITA PRAGAE. 1743. D. 12. MAII. — Ob validum Magnae Britanniae auxilium contra Gallos sub N. XXXVI.) MARIA THERESIA. AVSTR. CAROLI. IMP. AVG. F. HVNG. ET. BOHEM. REGINA. Hujus protome capite laureato, sinistrorsum

spectans.)(. SECVRITAS. AVGVSTAE. MDCCXXXXIII. Regina in pelagi ripa sedens adstante parvulo Archiduce Josepho inter circumstantes Deas Junonem, Venerem, ac Minervam, oculis ad Neptunum conversis, qui scopulo insistens d. tenet tridentem, sinistra extenta versus naves bellicas. *Numisma elegans a Wehero factum, maximi moduli*, cujus limbum in antica parte ambit corona quercina, in aversa vero laurea. — De homagio praestito Lincii ab Austria superiore 25. Junii 1743. Numus missilis sub N. XXXVII. cum solita inscriptione, ac typo Leonis Bohemici coronati, crucem Hungaricam, et scutum Austriae tenentis. — Ob curam singularem militiae sub N. XXXVIII.) Hic Numus in Catalogo nostro describitur *p.* 346. *n.* 37. praemissa hac rubrica: *Titulus Imperatricis Romanorum datus M. Theresiae jam anno* 1743. *ob felices armorum progressus.* cujus loco rectius haec alia substituetur: Numus ex genere hybridarum, junctam habens partem aversam anni 1743. cum antica anni 1745. vel posterioris. Praeterea in descriptione aversae ad epigraphen: MATER CASTRORVM addi debet annus: MDCCXXXV. qui typi mendo est omissus. — De juribus Episcopatus Transilvaniae vindicatis N. XXXIX) vid. *P. II. Catal. p.* 92. *n.* 3. — De Connubio *Mariae Annae* Archiducis cum *Carolo* Lotharingiae Duce 1744. N. XL.) vid. *P. I. Catal. p.* 347. *n.* 39. — Alius ab hoc diversus sub N. XLI.) est hujusmodi: MARIA ANNA ET CARO-

lvs. Infra: avspicato connvbio. Amborum capita jugata, dextrorsum conversa.)(. sic amor herovm stirpes et pectora ivngit. Infra: vii. ian. mdccxliiii. celebrato. Duo scuta Austriacum et Lotharingicum colligata fortius jungit advolans desuper genius, adstantibus aliis duobus geniis, quorum alter sertum, alter taedam nuptialem gerit. — De homagio Belgico N. XLII.) mar. th. d. g. r. hvng. bo. d. brab. c. fl. inavgvrata. 1744. Protome Reginae, infra quam R.)(. hæc ara tvebitvr omnes. Infra: fides pvblica. Ara ignita, supra quam duae manus junctim tenent caduceum cum duabus spicis. — De nativitate Caroli Archiducis die 1. Febr. 1745. sub N. XLIII.) Quia in hoc numismate nulla est mentio nativitatis, nec occurrit anni nota, sed repraesentantur dumtaxat effigies Imp. *Francisci*, et *M. Theresiae* in parte antica, in aversa vero duo capita prolium regiarum cum inscriptione aeternitas imperii. idcirco Catalogus noster illud exhibet solummodo inter Numismata iconica nullam anni notam habentia *p.* 350. *n.* 50. — De pace cum Electore Bavariae ann. 1745. facta N. XLIV.) extat *in Catal. p.* 348. *n.* 42. — In memoriam revocati Theresiani Decreti de Judaeis ex Regno Bohemiae eliminandis N. XLV.) exilio minato. xiii. tebeth. *id est:* 18. *Dec.* Infra: ne. sVspICetVr. regIna. VersVs. serVos sVos. rés. hVIVsCeMoDI. 1. *Reg.* 22. vs. 15. Regina coronata in splendido pa-

latio sedens, adstantibus throno Clementia, et Justitia, dextra sceptrum inclinatum tenet versus duas figuras ex adverso stantes, quarum una militem, altera sacerdotem Judaeum exhibet.)(. DECRETO ABOLETO. (*sic pro abolito*) XIII. YYAR. *id est* 15. *Maji.* Infra: IstI. sVnt DIes. qVos. nVLLa. VMqVaM. DeLebIt. obLIVIo. et. per. sIngVLas generatIones. CVnCtæ. in toto orbe proVInCIæ. CeLebrabVnt. *Esther* 9. *vs.* 28. Templum Hierosolymitanum, in quo Judaei sacrificium actionis gratiarum peragentes. In lateribus Templi adpensa sunt scuta heraldica Angliae, Sueciae, Poloniae, Hollandiae, pro Judaeis intercedentium; in medio autem, eoque supremo loco scutum coronatum Hungarico-Bohemicum. *Num. maximi moduli.* — Numus symbolicus M. Theresiæ N. XLVI.) vid. *Catal. p.* 351. *n.* 51. — De singulari prudentia Reginae tempore belli pacisque N. XLXIII.) MAR. THERESIA D. G. REG. HVNG. BOH. Ejus protome dextrorsum spectans ad pectus cum aegide Palladis. infra: M. D.)(. ET MENTE ET ARMIS. 1745. Minerva nubibus insidens cum hasta et clypeo. In margine M. D. F. *Matthias Donner fecit.* — Ex septemdecim Numis de electione, et coronatione Francisci I. in Regem, ac Imperatorem Romanorum a N. XLVIII. ad LXIII. sex recensentur in Catalogo nostro *p.* 348. *a n.* 43. *ad* 48. Electio fuit 13. Septembr. coronatio 4. Octobr. 1645. — De Porta triumphali Norimbergae

erecta in honorem Imp. FRANCISCI, et M. THERESIAE *Aug.* N. LXIV.) FRANC. IMP. ROM. AVG. ET MARIA THER. AVGVSTA. Amborum Protomae capitibus laureatis, supra basim, Delphino pacis symbolo exornatam, positae cum inscriptione: FELIX RENOVATIO FAMIL. AVGVSTAE LOTH. AVSTR. A. MDCCXLV.)(. MONVMENTVM PIETATIS ET VENERAT. DEVOTISSIMAE NORIMBERG. Infra: INTER VOTA MVLTIPLIC. PRO SALVTE ET FORTVNA IMP. OPT. MAX. DEDICATVM 1745. Porta triumphalis. — Numisma iconicum Reginae ob assumptum Imperatricis Romanorum titulum N. LXV.) vid. *Catal. p.* 351. *n.* 53. DIGNA ORBIS IMPERIO. — De solemni Viennam ingressu post coronationem Francofurtensem N. LXVII.) FRANSISCVS I. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome laureata, paludata, ad pectus cum aureo vellere. Infra: VESTNER.)(HILARITAS PVBLICA. Infra: INGRESS. VIEN. 27. OCT. 1745. Imperator cum Augusta Conjuge portam triumphalem ingrediens, comitantibus duobus militibus hastatis cum ramis lauri, et palmae, a Victoria, quae habenas quadrigae altera manu tenet, laurea incingitur. — Ob restitutam anno 1745. Germaniae pacem N. LXVIII.) vid. *Catal. p.* 346. *n.* 38. ubi annus 1743. rescribendus est in 1745. — Numus primi lapidis positi Lincii pro Templo Elisabethinarum N. LXIX.) vid. in *Catul. p.* 350. *n.* 49. — Ob reducta Ratisbonam S. R. Imperii Comitia N. LXX.) FRANCISCVS I. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome



Imperatoris laureati, paludati, ad laevam conversi, ad pectus cum aureo vellere. Infra: I. L. OEXLEIN. f.)(PROVIDENTIA AVGVSTI. Infra: COMITIIS S. IMPERII RATISBONAM REDVCTIS. III. KAL. DEC. A. MDCCXLV. Duae mulieres, quarum una globum et scipionem tenens Providentiam repraesentat, altera columnae innixa securitatem, retro quas in conspectu est palatium Comitiorum, et supra hoc Mercurius volans. — Numismata Pacis Dresdensis die 25. Dec. 1745. conclusae N. LXXI.) Tria capita intra laureas, supremum cum inscriptione: MAR. THER. R. H. B. AVGVSTA. Inferius a dextris cum hac peri-graphe: AVG. III. R. POL. EL. SAX. ac tertium a sinistris, circa quod legitur: FRID. II. R. PR. EL. BRAND. Infra nomen artificis *Werner*.)(. AMICE CONSPIRANT. Infra: GERM. PACATA. 1745. Tres fluvii cum remis et urnis sedentes, *Danubius* coronatus in medio. *Albis* ad dextram, et *Viadrus* ad laevam. — N. LXXII.) MARIA THERESIA ROM. AVGVSTA. REG. HVN. BOH. Hujus protome pectore tenus. Infra *Vestner* artifex.)(. NEXOS FAVORE NVMINIS QVIS DISSOLVET. Infra: A DOMINO FACTVM EST ISTVD. PS. CXIIX. 25. DEC. 1745. — N. LXXIII.) PACIFICATORVM GERMANIÆ TRIAS. Infra: NON SINE NVMINE. Tria capita totidem basibus imposita. In media basi legitur: MARIA THERES. R. H. B. AVGVSTA. in aliis duabus sunt nomina Regum Pol. et Pruss. uti supra.)(. SPERATA TEMPORVM FELICITAS. Infra: PACIS FOEDERE INITO DRESDAE XXV. DEC.

MDCCXLV. — Quatuor Numismata homagii ab urbibus Imperialibus FRANCISCO I. Augusto praestiti Norimbergae N. LXXIV. usque LXXVII. Postremum sic habet: FRANCISCVS I. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome capite laureato ad laevam converso, ab artifice *Vestner.*)(. TE SPES ET ALBO RARA FIDES COLIT VELATA PANNO. Infra: HOMAGIVM REIP. NORIMB. D. IX. FEBR. MDCCXXXXVI. Duae mulieres ad aram ignitam, spem, et Fidem repraesentantes. Spes d. cornucopiae, s. anchoram tenet. Fides velata d. scuto Norimbergensi nititur, s. thus ex patera fundit ad ignem in ara ardentem. — Tria numismata de nativitate AMALIÆ Archiducis, quorum unum vid. *Catal. p.* 352. *n.* 59. Alterum est apud Anonymum N. LXXVIII.) Protome M. THERESIÆ a *Vestner* cum inscriptione: MARIA THERESIA ROM. AVGVSTA REG. HVNG. BOH. In aversa parte: FOECVNDITAS AOGVSTAE. Infra: MAR. AMAL. IOSEPHA ARCHID. AVST. NATA D. 26. FEBR. 1746. Augusta coronata sedens natam prolem in gremio tenet, ex adverso stat vitis cum pendentibus botris, advolante ad medium genio alato cum scheda: DELICIAE GENTIS inscripta. Tertium sub N. LXXX. cum antica praecedentis exhibet in parte aversa mulierem velatam haec scribentem in expanso volumine: AVDIT IN EXCELSIS NVMEN PIA VOTA NOVOQVE PIGNORE TE BEAT AVSTRIA. Sibylla Cumana Austriaca. Infra: AVST. GENT. INCREM. — Ob triplicem victoriam de exercitu hispano-

gallico in Italia relatam 1746. N. LXXXI. Protome Augustae a *Vestner*, uti supra.)(. AVSTRIA IN ITALIA VICTRIX. Infra: HISPANIS HORVMQ. SOCIIS TER CAESIS MDCCXXXXV. Pallas galeata hastata stans, manuque altera clypeum Austriae tenens laurea incingitur ab advolante Victoria cum tribus vexillis bello captis. — Ob erectum Viennae Collegium Theresianum N. LXXXII.) vid. in *Catal. p.* 353. *n.* 60. — Ob Leopoldi Archid. nativitatem N. LXXXIV. et seq.) Vid. *Catal. p. ead. n.* 61. *et seq.* Tertius ejusdem argumenti Numus, qui nobis deest, hoc modo habet N. LXXXVI.). Protome M. THERESIAE, a *Vestner*, uti supra.)(. CONFIRMATA PERENNITAS DOMVS AVGVSTAE. Infra: PETRO LEOPOLDO IOSEPH. ARCHIDVCE AVSTR. NAT. MDCCXLVII. 5. MAII. Mulieri Austriam repraesentanti, genuflexae ante aram ignitam, PIA VOTA inscriptam, Genius coelestis advolans adfert infantem coronatum. — Numus symbolicus *Petri Leopoldi* Archid. N. LXXXVII.) vid. *Catal. p.* 363. *n.* 89. — Ob restitutas leges metallurgicas in Transilv. N. LXXXVIII. et seq.) vid. *P. II. Catal. p.* 93. *et seqq.* — De restauratione Monasterii Viennensis Minoritarum N. XC.) vid. *P. I. Catal. p.* 354. *n.* 63. — De Pace Aquisgranensi N. XCI.) GRATIA INTER IMP. REGESQVE PACIFEROS GALLIARVM SVB ALP. ET BELGICAE STATVS REST. Tres Gratiae stantes nudae more solito.)(. PAX TERRA MARIQVE POPVLIS REDDITA. Infra: AD AQVAS

GRAN. D. XVIII. OCT. A. MDCCXLVIII. Mulier stans cum cornucopiae manu altera tenet ramum oleae, quam genius nudus corona murali cinctus urbem Aquisgranum repraesentans perfundit aqua ex ureeo fluente. — Praemia numismatica Geometriae mineralogicae N. XCII.) Metallifodinarum culturae N. XCIII.) Probatoriae, et separatoriae artis N. XCIV.) Pictoriae, et statuariae N. XCVI.) Artis Monetariae N. XCVI.) vid. *Catal. p. 356. seq. n. 65. et seqq.* — Symbolum Caroli Archi-Ducis N. XCVIII.) vid. *Catal. p. 363. n. 88.* — In memoriam Jubilei ann. 1759. celebrati N. XCIX.) vid. *Catal. p. 357. n. 69.* — Numus de educatione Archiducis JOSEPHI Coronae Principis N. C.) vid. *Catal. p. 341. n. 14.* — Numus homagii FRANCISCO I. praestiti a civitate Ratisbona 1750. N. CI.) FRANCISCVS I. D. G. ROM. IMP. SEMP: AVG. Protome ejusdem laureati, paludati, ad pectus cum aureo vellere.)(. DEO ET CÆSARI. Infra: S. P. Q. R. (*Senatu Populoque Ratisbonensi*) IVREIVRANDO OBSTRICTIS. MDCCL. Protome Imp. FRANCISCI I. supra basim aquila bicipite insignitam, cum ara ignita in medio sita, cui adstat mulier turrita Ratisbonam repraesentans. Superius est triangulum continens nomen Dei radiis illustratum. In latere arae duae claves decussatae, Ratisbonensium Insigne. — Ob Domum Invalidorum Viennae fundatam N. CII.) et in memoriam positi primi lapidis pro Viennensi Domo Invalidorum mili-

tum N. CIII.) vid. *Catal. p.* 357. *n.* 70. *et seq.* — Numisma primi lapidis positi pro Templo Elisabethinarum Brunensium N. CIV.) vid. *Cat. p.* 358. *n.* 72.) — De Adventu Imp. FRANCISCI I. in fodinas Hungariae N. CV. *et seqq.*) Vid. *Cat. p.* 359. *n.* 74. *et seqq.* — De Patriarchatu Aquilejensi mutato in duos Archiepiscopatus Goricensem, et Vdinensem N. CVIII.) vid. *Cat. p.* 359. *n.* 73. — Ob restauratam Bruxellis Domum monetariam N. CIX.) CAR. ALEX. LOTH. ET BAR. DVX. GVB. BELG. Hujus Protome loricata, ad pectus cum aureo vellere.)(. ILLO MODERANTE CRESCENT. Infra: MDCCL. R: Juno Moneta stans dextra tenet cornucopiae inversum, ex quo profluunt opes, laeva spicas, pro pedibus pavo. — De Academia militari fundata Neostadii N. CX.) vid. *Cat. p.* 360. *n.* 80. — De instauratis canalibus Belgicis ad usum commercii. N. CXI.) Protome loricata Caroli Lotharingi Gubernatoris Belgii cum inscriptione uti supra.)(. REIPVBLICÆ FELICITAS MDCCLII. Portus maris, quem ingreditur navis velifera. Supra est pars Zodiaci cum signis Arietis, Tauri, Geminorum, Cancri, et Leonis. — De Canali Lovaniensi reparato. N. CXII. In antica nomen et effigies Caroli Gubernatoris, uti supra.)(. INDE OPES. Infra: FOSSA LOVANIENS. MDCCLIII. Conspectus novi Canalis, supra quem in Nube volans Mercurius. — De nova Domo Monetaria Viennensi N. CXIII. et seq.) vid. *Catal. p.* 361. *n.* 82. *et seq.* — Numisma symbolicum

Ferdinandi Archiducis, a *Wideman* n. cxv.) Vid. *Cat. p.* 363. *n.* 90. *seq.* — De fundatione Pragensi Virginum illustrium N. CXVI.) Vid. *Cat. p.* 362. *n.* 84. De promota navigatione Belgica N. CXVIII.) Antica nomen et effigiem Caroli Gubernatoris Belgii continet. In aversa: hoc dvce proficio. Navis velifera, infra quam mdccliv. r. — De libero commeatu in Belgium indulto N. CXVIII.) Infra effigiem Caroli Lotharingi occurrit annus 1755. Pars aversa exhibet mulierem sedentem cum caduceo in dextera, et inverso cornucopiae in sinistra. Accedit perigraphe: libero commeatv advocatis commerciis. — De secundo Jubileo Pacis Religiosae in Germania. N. CXIX.) carolvs v. et franciscvs i. imperatores avgvsti. Amborum protomae laureatae ad invicem conversae.)(. ILLo Dante hoC fIrMante stabILIs erIt. Duo brachia manus jungentia supra Aram ramis oleaginis cinctam, in qua est diplomatis evoluti hic titulus: pax religiosa. — Numisma proemiale artium pictoriae, sculptoriae, et Architecturae. N. CXX.) maria. theresia. avgvsta. Elegans hujus protome, infra brachium est nomen artificis cropanes.)(. proemivm academiæ. theresianæ. mantvæ. Tres mulieres stantes cum attributis artium pictoriae, sculptoriae, et architecturae. — Ob erectum Liburni Brephotrophium N. CXXI.) franciscvs. d. g. r. i. s. a. rex ger. hier. loth. bar. m. d. etr. Protome ejusdem, laureati, paludati,

ad pectus cum aureo vellere.)(- AVSPICIIS. CAESARIS. NRI. PII. FEL. AVGVSTI. BONO. ETRVR. NATI. BREPHOTROPHIVM LIBVRNI. A. FVNDAM. ERECTVM. A. MDCCLV. — Ob adventum Carolinae Lotharingicae ad Belgium. N. CXXII.) CAR. ALEX. LOTH. DVX. BELG. PRÆF. Hujus Protome. Infra: 1755.)(. ADDITVM SIDVS. Infra: ADVENT. CAROLÆ LOTH, Mulier turrita sedens d. tenet scipionem, Leone juxta cubante. Capiti imminent duo sidera. — De foedere Austriae cum Gallia inito N. CXXIII) CAR. ALEX. LOTH. ET BAR. DVX. GVB. BELG. hujus Protome lorica-ta.)(. CONCORDIA AVSTRIÆ ET GALLIÆ MDCCLVI. Austria, et Gallia coronatae, stolatae, palliatae, stantes suis cum scutis, dextras jungunt. — Ob erectam novam Domum Universitatis Viennensis. N. CXXIV) Vid. Catal. p. 362. n. 85. Numisma symbolicum Archiducis Maximiliani N. CXXV.) *Cat. p.* 364. *n.* 92. — De ponte lapideo supra Mincium erecto una cum annonae promptuario N. CXXVI.) FRANC. I. ROM. IMP. AVG. MAR. THER. ROM. IMP. AVG. H. B. REG. MANT. DVX. Capita amborum jugata, laureata, dextrorsum conversa, pectore tenus.)(. AD ANNONÆ PERPETVVM VSVM. ANN. MDCCLVI. OPVS. MANTVÆ. EXPLETVM. AVSTRIACÆ. MVNIF. DONVM. Conspectus hujus Operis magnifici — De inchoato cataractarum opere ad coercendum Mincium N. CXXVII.) Pars antica, ut in praecedente.)(. SALVBRITATI. AERIS. NAVIGATIONIS. ET. COMMERCII. PERPETVITATI. PROPE. GVBER-

NVLVM. INCHOAT. ANN. MDCCLVI. REGALIS. LIBERALITAT. MVNVS. Conspectus caepti operis, quod ob varia impedimenta perfici eo tempore non potuit. — De restauratione Domus Monetariae Bruxellensis N. CXXVIII.) Pars antica exhibet Protomen Caroli Loth. Praefecti Belgii. In aversa est conspectus Domus monetariae, cum inscriptione: RESTAVR. OFFICIN. MONET. BRVX. MDCCLVI. — De Borussis ad Collinum victis N. CXXIX. et CXXX.) Vid. *Catal. p.* 365. *n.* 95. *et seq.* Tertius Numus elegantissimus ob eandem victoriam curante Cardinali Alexandro Albani Romae ann. 1757. signatus. N. CXXXI.) MARIA. THERESIA. PIA. FELIX. AVGVSTA. Protome Augustae, forma Pallidis capite galea laureata tecto, pectore lorica squammea munito, dextra sceptrum tenentis, dextrorsum conversae.)(. SALVS PVBLICA. Porta triumphalis, Aquila bicipite, vexillis militaribus, ac duobus geniis ornata, cum hac epigraphe: DE BORVSSIS. — Ordo militaris Theresianus institutus N. CXXXII.) Vid. *Cat. p.* 364. *n.* 94. — De Praga liberata N. CXXXIII.) idem, qui *Catal. p.* 365. *n.* 97. sed hic, et numero sequente est male citatus *N.* 90. *pro* 95. de antica Numismatis. — Aliud de tribus victoriis N. CXXXIV.) CAR. ALEX. LOTH. ET BAR. DVX. GVB. BELG. Protome loricata.)(. PRAGA LIBERATA XXI. IVN. BORVSSI CÆSI. XXII. NOV. WRATISLAVIA CAPTA. XXV. N. 1757. Tres laureae. — De restituto Portu Slikensi N. CXXXV.) Nomen et effigies Caroli Loth.

ut supra.)(. COMMEATV RESTITVTO. COMMERCIVM ALLICITVR. Portus in prospectu: Infra: SLICKENS. 1757. et parmula continens leonem Brabantiae. De Olomucio liberato N. CXXXVI.) idem, qui in *Catal. p.* 366. *n.* 98. — De Reditu Caroli Lotharingi ad Belgium N. CXXXVII.) Nomen, et Protome Caroli, uti supra.)(. Pyramis cum inscriptione: LÆTITIA PROVIN. Infra: REDVCI. MDCCLVIII. — De Insigni Ordinis aurei velleris per CAROLVM Principem Loth. nomine Imp. FRANCISCI appensum Bruxellis Principi Starrenberg, et Comiti Cobenzel. N. CXXXVIII.) Antica exhibet Protomen ac nomen Principis *Caroli* Loth.)(. AVGVSTORVM PROEMIIS ORNAT. Infra: BRVX. XV. AVGVST. MDCCLIIX. Princeps Carolus sub Conopeo sedens appendit duobus Ministris Caesareis vellus aureum. — De Borussis ad Hochkirchen in Saxonia victis N. CXXXIX.) Vid. *Cat. p.* 366. *n.* 99. — Ob Dresdam receptam N. CXL.) Vid. *Cat. l. c. n.* 100. — De victoria ad Maxen anno 1759. N. CXLI.) Vid. *Cat. p.* 367. *n.* 101. — Ob victoriam ad Landshut. 1760. N. CXLII.) Vid. *Catal. p. ead. n.* 102. — De Glacio recepto N. CXLIII.) Vid. *Cat. l. cit. n.* 103. — Ob connubium JOSEPHI Archid. cum ELISABETHA Bourbonia Parmensi ann. 1760. N. CXLIV.) extat *ibidem p.* 368. *n.* 104. — Alius de eodem Connubio N. CXLV.) PVLCHERRIMA FORMA ITALIDVM MERITO POSSESSA MARITO. Duae Protomae ad invicem conversae cum inscriptione: IOSEPH

AVSTR.

AVSTR. MAR. ELISAB. PARMENS. Infra brachium JOSEPHI loricati nomen artificis OEXLEIN.)(. HOS LECTOS HYMENEOS PAX DONATA CORONET. Infra: D. VI. OCT. Stans Hymeneus cum duabus taedis laureatis nuptialibus scutoque Austriaco in manu dextera, et Bourbonico in sinistra. — Tertius Numus de eodem argumento missilis Belgicus N. CXLVI.) Protome Caroli Gubernatoris Belgii cum perigraphe: CAR. ALEX. LOTH. DVX. BELG. PRÆF. infra brachium R. id est: *Richter*.)(. PAX PERPETVA. Infra: MDCCLX. PRID. NON. OCT. Stans Himeneus dextera tenet duo scuta colligata, Austriacum, et Burbonicum, sinistra taedam nuptialem ardentem: pro pedibus Leo Brabantinus accubans. — De obitu Archiducis Caroli anno 1761. N. CXLVII.) Vid. *Catal. p.* 368. *n.* 107. Ob electionem Caroli Principis Lotharingi in Magnum Magistrum Ordinis Teutonici N. CXLVIII.) CAROL. D. LOTHARINGIÆ MAGNVS ORDINIS TEVTONICI MAGISTER. Infra: VNANIMI ACCLAMATIONE ELECTVS D. 4. MAII. 1761. Hujus Protome paludata, loricata, ad pectus cum cruce Ordinis teutonici. In brachio nomen artificis I. L. OEXLEIN.)(. GODOFR. D. BVLLIONVM ET LOTHARINGIÆ. HIEROSOLYMARVM REX. Godofredus Bullionius coronatus, palliatus, loricatus, gladio praecinctus d. tenet vexillum cruce teutonica signatum, sinistra clypeum continentem Insignia Hierosolymitano-Lotharingica. Eminus in prospectu est urbs Hierosolymae. Infra: RENATVM SÆCVLA VIDENT.



— Alius ob eandem electionem. N. CXLIX.) CAR. ALEX. LOTH. DVX. BELG. PRAEF. Protome loricata, ad pectus cum cruce Ordinis Teutonici. Infra: R. X. VICTRICIB. SIGNIS FEL. AVG. (*Felici Augurio*) CONIVNCT. Infra: ELECT. IN MAG. ORD. TEVT. IV. NON. MAII. MDCCLXI. Duo clypei, quorum unus crucem Hierosolymitanam, alter Teutonicam continet, junctim acclinati ad Palmam in medio stantem. — Ob captum Schweidnicium 1761. N. CL.) Vid. *cit. Catal. p.* 368. *n.* 108. — Ob erectam in Transilvania militiam limitaneam ann. 1762. N. CLI. Vid. *P. II. Catal. p.* 63. *n.* 7. — Ob munera aulica Transilvanis restituta eod. anno M. CLII.) Vid. *ibid. p.* 94. *n.* 9. — De obitu archiducis JOANNAE GABRIELAE eod. anno N. CLIII.) Vid. *P. I. Catal. p.* 369. *n.* 109. — Ad excitandam in Belgio Agriculturae industriam N. CLIV.) Antica exhibet Protomen Caroli Ducis Lotharingiae, Belgii Gubernatoris; pars aversa exhibet Cybelem sedentem cum spicis in manu inter leonem juxta cubantem, et cornucopiae humi jacens, retro quam in conspectu est ager maturis cum frugibus. Inscriptio: EXCITATA. AGRIC. INDVSTR. Infra: VARIIS DECRET. MDCCLXII. — De Pace Hubertoburgensi 1763. N. CLV.) Vid. *Catal. p.* 370. *n.* 112. — De obitu ELISABETHAE Burboniae JOSEPHI Archiducis primae Conjugis 1763. N. CLVI.) Vid. *Cat. p.* 371. *n.* 115. — De restauratione artium liberalium in Belgio N. CLVII.) CAROLI Lo-

tharingiae Ducis Protome dextrorsum spectans cum solita inscriptione nominum ac titulorum)(. PACIS ARTES. Infra: MDCCXIII. Congeries variorum instrumentorum artibus liberalibus deservientium cum Sphaera et Caduceo, inter lauri ramos. — De electione, et coronatione Archiducis JOSEPHI II. in Regem Romanorum 1764. a N. CLVIII. ad CLXV. octo numismata, ex quibus occurrunt quinque in *Catalogo* nostro *p.* 372. *a n.* 117 *ad* 123. — De Ordine Equitum S. Stephani Regis Apostolici instituto 1764. N. CLXVI.) Vid. *Cat. p.* 374. *n.* 124. — De adventu Josephi II. cum fratre Leopoldo ad Fodinas Hung. eod. an. N. CLXVII.) Vid. *Catal. ibid. n.* 126. — De adventu secundo Imp. FRANCISCI I. ad fodinas Hung. N. CLXVIII.) FRANCISCVS I. D. G. ROM. IMP. S. A. MAG. HETR. D. R. I. Protome ejusdem capite laureato, ad laevam converso.)(. ADVENTVI AVG. SECVNDO. Infra: IN FODINAS HVNG. MDCCLXIV. M. IVL. Aedificium sex columnarum aquila bicipite ornatum, in quo fossor saxum metalliferum secat. — Numisma cusum Cremnicii a JOSEPHO Rege Romanorum et LEOPOLDO Archiduce, Augustisque Parentibus dedicatum. N. CLXIX.) Vid. *Catal. p.* 375. *n.* 130. — De ejusdem Regis fratris, et Archiducis adventu Pragam. N. CLXX.) In antica Leo Bohemicus in ovali scuto coronato, laurique et palmae ramis ornato. Aversa continet sub oculo divinae Providentiae hanc epigraphen: FELICI PRAGAM ADVENTV



IOSEPHI II. ROM. REGIS ET LEOPOLDI ARCHIDVCIS. DIE. VIII. IDVS OCTOBRIS. 1764. — De Connubio Josephi II. cum Josepha Bavara sex numismata, anni 1765. a N. CLXXI. ad CLXXVI. quorum tria vid. *in Catal. p.* 176. *n.* 133. *et seqq.* — Praemium Agriculturae N. CLXXVII.) Vid. *Catal. p.* 375. *n.* 131. — De adventu Augustorum Oenipontum ad nuptias Leopoldi Archid. N. CLXXVIII.) Vid. *Catal. p.* 378. *n.* 138. De Connubio LEOPOLDI Archid. cum M. LVDOVICA Hispaniae Infante. N. CLXXIX.) Vid. *Catal. p. cit. n.* 139. — De obitu Imp. Francisci I. N. CLXXX.) Vid. *Catal. p.* 379. *n.* 142. — De Collegio nobilium Virginum fundato Oeniponti in memoriam defuncti Imp. Francisci I. N. CLXXXI.) Vid. *Catal p. cit. n.* 145. — Occasione successionis JOSEPHI II. in Imperio et Corregentis dignitate mox ab obitu patris Augusti. N. CLXXXIII.) Vid. *Catal. p.* 440. *n.* 1. — Aliud eadem occasione signatum Numisma N. CLXXXIV.) IOSEPHVS II. D. G. R. IMP. S. AVG. HIER. R. CORREG. Elegans Protome ejusdem laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere, ad laevam conversi. Infra brachium: ROETTIERS. F.)(. PAX ET IVCVNDITAS POPVLORVM. INITIA IMPERII AVG. Mulier stans, dextrorsum conversa, tenet dextera gladium et bilancem, sinistra cornucopiae. In prospectu sunt, aedificium adsurgens in altum, Agricola arans, milites in armorum exercitio. Vasa, et fasces mercium, nec non instrumenta

artium, ac scientiarum. Infra: ROITTIERS. F. *Num. max. moduli.* — Aliud in Belgio percussum, de Imp. Josepho II. M. Theresiae Augustae Corregente. N. CLXXXV.) CAR. ALEX. LOTH. DVX. BELG. PRAEF. Hujus Principis Protome dextrorsum spectans.)(. MATRIS LEVAMEN. Infra: IOS. AVG. IN CONSORTIVM REGNORVM ADSCITO. MDCCLXV. R. Imperatrix Regina coronata stans d. sceptrum tenet, s. globum crucigerum adstanti Imp. Josepho coronato porrigit. — De Schemnicensi fodina, Francisci dicta, per effossionem cuniculi ad meliorem statum perducta. N. CLXXXVI.) Vid. *Catal. p.* 38. *n.* 146. — De Leopoldi Archid. adventu Florentiam N. CLXXXVII.) P. LEOP. I. REG. HVNG. ET. BO. PRI. AR. AVS. MAGNVS DVX. Hujus protome loricata, sinistrorsum conversa, ad pectus cum aureo vellere. Infra: I. Z. WEBER.)(. EXVLTAT. IN REGE SVO. Infra: AN. PVB. FELIC. MDCCLXV. Fluvius Arnus figura senis recumbentis cum urna, et Leo cubans, tenensque lilium Florentinum. — Ob collatum Transilvaniae titulum Magni Principatus N. CLXXXVIII.) Vid. *P. II. Catal. p.* 95. *n.* 13. — Ob tributa secundum aequitatem ordinata. N. CLXXXIX) Vid. *ibidem n.* 11. — Ob novum Juris ordinem Transilvanis praescriptum. N. CXC.) Vid. *ibid. p.* 96. *n.* 15. de inauguratione M. Annae Archid. in primam Antistitem Collegii Pragensis nobilium Virginum N. CXCI.) Vid. *P. I. Catal. p.* 380. *n.* 147. — Ob homagium M. Du-

ci Leopoldo praestitum Florentiae. N. CXCII.) LEOPOLDO A. A. P. R. H. B. MAGNO D. ETRVRIÆ OPTIMO PRINCIPI. Hujus protome paludata, loricata, sinistrorsum spectans, ad pectus cum aureo vellere. Infra brachium L. SIRIES. nomen Incisoris.)(. REPARATIO FELICIVM TEMPORVM. Infra: FLOREN. MDCCLXVI. Magnus Dux prisco amictu romano stans dextra sublevat mulierem genuflexam, quae altera manu gerit remum. A dextris conspicitur pars navis, et cornucopiae, a sinistris aratrum, et pharus in litore maris. — De connubio M. Christinae Archid. cum Alberto Saxoniae Duce. N. CXCIII. et seq.) Vid. *Catal. p.* 381. *n.* 148. *et seq.* — Ob collatam Principi Alberto dignitatem Campi Mareschalli S. R. Imperii N. CXCV.) Vid. *Catal. p. ead. n.* 152. — Ob vias publicas in Belgio reparatas N. CXCVI.) CAR. ALEX. LOTH. DVX. BELG. PRÆF. Hujus protome loricata, dextrorsum spectans)(. VTILITATI POPVLORVM EXTRVCTÆ ET REPARATÆ VIÆ. MDCCLXVI. Operarii in reparatione viae publicae, arboribus consitae, occupati. — Ob restitutam M. Theresiae Augustae valetudinem N. CXCVII. et seqq.) Vid. *Catal. p.* 382. *n.* 153. *et seqq.* — Numisma positi primi lapidis pro Templo in novo pago Theresienfeld ann. 1767. N. CCI.) Vid. *Catal. p.* 383. *n.* 158. — Numismata M. JOSEPHÆ Archid. Ferdinando IV. Regi Neapolitano desponsatae, sed ante profectionem suam exstinctae N. CCII. et seq.) Vid. *Catal. p.* 384. *n.*

159. *et* 60. — De instauratione Academiae Mantuanae artium, et scientiarum N. CCIV.) MARIA THERESIA AVGVSTA. Hujus protome cum peplo viduitatis. Infra: WIDEMAN.)(. DEVS NOBIS HÆC OTIA FECIT. Infra: ARTES ET SCIENTIAE RESTIT. ACAD. MANT. INSTAVR. MDCCLXVII. Pallas galeata, hastata sedens d. tenet lauream, pro pedibus Noctua — De Nativitate FRANCISCI Archiducis, hodierni Imperatoris N. CCV.) Vid. *Catal. p.* 469. *n.* 1. — De Connubio M. CAROLINÆ Archid. cum FERDINANDO IV. Rege Neapolit. N. CCVI. Vid. *Cat. p.* 385. *n.* 161. — Numisma primi lapidis positi pro Strigoniensi Templo S. Stephani Regis N. CCVII.) Vid. *Catal. pag. ead. n.* 163. — Ob restitutos de insertis variolis Archiduces N. CCVIII.) Vid. *Cat. p.* 386. *n.* 165. — Numus ope machinae domesticae factus ab Archiducibus FERDINANDO, et MAXIMILIANO N. CCIX.) Vid. *Catal. p. eod. n.* 166. — De adventu Regis Daniae Bruxellas N. CCX.) Protome Caroli Loth. Gubernatoris Belgii solita cum inscriptione. In aversa: ADVENTVS REGIS DANIAE. MDCCLXVIII. Rex Daniae, et Carolus Dux Loth. dextris junctis in palatio. — De itinere JOSEPHI II. ad Italiam, et ejusdem cum fratre Leopoldo Romam adventu N. CCXI. et seq.) Vid. *Catal. p.* 387. *n.* 169. — De adventu JOSEPHI II. Aug. Florentiam N. CCXIII.) OMNIA BEAT. MDCCLXIX. Phaebus quadrigis per aerem vectus, supra quem pars Zodiaci exhibens signa Tauri, et Geminorum, ad

indicandos menses Aprilem et Majum, quibus Imperator commorabatur Florentiae. Infra, hinc fluvius Arnus cum urna recumbens, inde Mulier turrita ad Leonem reclinata sedens dextra tenet clypeum florentinum, laeva sceptrum. Eminus urbs Florentia in prospectu)(. Aversa pars intra lauream continet hanc epigraphen: IN ADVENTV CAESARIS IOSEPHI. II. ROM. IMP. A. P. F. FLORENTIA TANTO HOSPITE CLARA FELIX REGNO P. LEOPOLDI. ÆTERNITATI ET VIRTVTI INVICTÆ AVSTRIACÆ DOMVS. *Num. maximi moduli* — Annus vicesimus quintus Praefecturae Belgicae Caroli Ducis Lotharing. celebratus. N. CCXIV.) CAR. ALEX. LOTH. DVX. BELG. PRÆF. Hujus Protome loricata, dextrorsum spectans.)(. BELGICÆ FELICITATIS SECVLVM NOVVM. Infra: BRVXELL. D. XXVI. MAR. MDCCLXIX. Genius alatus Belgii stans inter leonem cubantem, et pyramidem erectam cum clypeo: IMP. AN. XXV. inscriptio. — De Connubio M. Amaliæ Archid. cum Duce Parmensi. N. CCXV.) Vid. *Catal. p.* 387. *n.* 167. — De Portu Tergestino reparato. N. CCXVI.) Vid. *Cat. p.* 388. *n.* 171. — Numisma ad praemiandos milites limitaneos, in exercitio jaculationum ad scopum. N. CCXVII.) Vid. *Catal. p.* 388. *n.* 173. — Aliud ad praemiandos in Ducatu Mediolanensi cultores lanificii, serici, et linteariae artis N. CCXVIII.) MARIA THERESIA AVGVSTA. Hujus protome cum peplo viduatis, et imagine defuncti Imp. Francisci in pectore. Infra:

KRAFFT. F.)(. INDVSTRIAE ET VTILITATI PVB. Infra: LANIFIC. SERIC. ET LINTEAR: ARTIS IN INSVBRIA PROEMIIS EXCITATAE. MDCCLXIX. Pallas cum hasta et clypeo stans, dextera ostentat lauream, tribus puerulis circa illam occupatis, uno in ducendis e lino filis, altero in colligendis bombycibus, tertio in tonsione arietis. *Num. max. moduli.* — De regulatione limitum Belgii Austriaci, et Gallici. N. CCXIX.) Nomen et Protome Caroli. Loth. Gubernatoris Belgii)(. LIMITES PROVINCIARVM ASSIGNATI. MDCCLXIX. Duae columnae, proprior una cum scuto Austriaco-Burgundico, infra quam cubat Leo Brabantiae, altera remotior cum adpenso scuto Gallico, inter quas commeant tres equites, et eminus in prospectu sunt nonnulla aedificia urbium. — Ob felices Transilvaniae progressus in agrorum, fodinarumque cultura, et commercio N. CCXX.) Vid. *P. II. Catal. p.* 97. *n.* 17. — De obitu THERESIAE, Imp. JOSEPHI II. filiae unicae N. CCXXI.) Vid. *P. I. Catal. p.* 389. *n.* 174. — De Connubio M. ANTONIAE Archid. cum LVDOVICO Franciae Delphino N. CCXXII.) Vid. *Cat. p. ead. n.* 175. — De M. ANTONIAE adventu Günzburgum et CAROLINAE Lotharing. occursu. N. CCXXIII.) MARIA ANTONIA GALLIAE DELPHINA. Hujus Protome, infra est nomen Incisoris A. GVILLEMARD.)(. AVSPICATO OCCVRSV. Infra: GVNTIVM XXIX. APRI. MDCCLXX. Palatium, et pars civitatis. Incisor hujus partis A. KÖNIG. — Aliud ejusdem

argumenti N. CCXXIV.) Vid. *Catal. p.* 390. *n.* 178. — De adventu Viennam Leopoldi cum sua Conjuge ex Hetruria, et Caroli Loth. cum Sorore sua ex Belgio. N. CCXXV.) Vid. *Cat. p. cit. n.* 179. — De Electione Maximiliani Archid. in Coadjutorem Magistri Ordinis Teutonici N. CCXXVI.) et seq.) Vid. *Catal. p.* 391. n. 180. *et* 182. — De Templo ad quatuordecim SS. auxiliatores Viennae ampliato N. CCXXIX. Vid. *Catal. p.* 392. *n.* 185. — Ob veteres Vectigalium leges Mantuae emendatas N. CCXXX.) Vid. *Catal. p.* 394. *n.* 191. — Ob erectam Mediolani Domum correctoriam N. CCXXXI.) Vid. *Cat. p.* 593. *n.* 189. — Ob junctum Germaniae et Italiae commercium. N. CCXXXII.) Vid. *Cat. p.* 393. *n.* 188. — Ob erecta Mediolani et Mantuae Orphanotrophia. N. CCXXXIII.) Vid. *Cat. p.* 304. *n.* 190. — Ob instaurata Universitatis Ticinensis aedificia. N. CCXXXIV.) Vid. *Cat. p.* 393. *n.* 187. — De adventu Regis Borussiae ad castra Caesarea Neostadii in Moravia. N. CCXXXV.) Vid. *Catal. p.* 392. *n.* 186. — De novo Templo in suburbio Viennensi Sonnenhof aedificato N. CCXXXVI.) Vid. *Catal. p.* 394. *n.* 192. — Ob recuperatam, translatamque dexteram S. Stephani Regis N. CCXXXVII,) Vid. *Catal. p.* 395. *n.* 193. — Ob annonam famis tempore submissam Wettenhusianis. N. CCXXXVIII.) Vid. *Catal. p. ead. n.* 196. — De Connubio Ferdinandi Archid. cum Beatrice Estensi N.

CCXXXIX.) Vid. *Cat.* *p.* 396. *n.* 197. — Ob collatam Archiduci Ferdinando Praefecturam Ducatus Mediolanensis. N. CCXL.) Vid. *Cat.* *p.* 397. *n.* 200. — Aliud ejusdem argumenti N. CCXLI.) FERDINANDVS ARCHIDVX AVSTR. Hujus Caput ab Incisore *Krafft.*)(. INSVBRIA LAETA. — FERDINANDO AVSTRIO VICARIVM IMPERIVM ADEVNTE. MDCCLXXI. Mulier scutó Mediolanensi nixa, stans manu altera elevata, Pado juxta genuflexo. — Ob Ostendanum Portum pharo instructum. N. CCXLII.) CAR. ALEX. LOTH. DVX. BELG. PRAEF. 1771. Hujus Protome loricata, sinistrorsum spectans.)(. NAVIGANTIVM SALVTI PROVIDET. Portus maris addito vocabulo: OSTENDA et naves duae portum ingredientes. — De obitu Gerardi Switenii Archiatri Aulici N. CCXLIII.) GER. L. B. V. SWIETEN. ORD. S. STEP. COM. A. CON. AVL. ARCH. CO. BIB. (*Ordinis S. Stephani Commendator*, *a Consiliis Aulicis*, *Archiatrorum Comes*, *Bibliothecae Praefectus*) Protome ejusdem, ab Incisore *A. Wideman.*)(. OB DOCTRINAM ET INTEGRITATEM. Urna sepulcralis ornata columnis ac symbolis artis medicae, in quarum medio Protome defuncti supra basim, infra quam scutum gentilitium exhibens tres fides inversas, et hanc epigraphen: M. THERESIA AVG. MEMORIAE GER. L. B. V. SWIETEN. NAT. 7. MAII. 1700. † 18. IVN. 1772. — Ob Universitatem Ticinensem auctam. N. CCXLIV.) Vid. *Catal.* *p.* 397. *n.* 201. — Ob Academiam Man-

tuanam novis Institutis auctam N. CCXLV.) Vid. *Cat. p. ead. n.* 202. — De Academia Scientiarum Bruxellis instituta, et Bibliotheca publica erecta. N. CCXLVI.) Antica exhibet Protomen Caroli Lothar. Ducis, Belgio Praefecti: pars vero Aversa hanc epigraphen: MVNIFICENTIA AVGVSTÆ SCIENT. ET LITT. ACADEMIA REGIA INSTITVTA, BIBLIOTHECA PVBL. ERECTA BRVX. MDCCLXXII. *Numisma octogonum.* — Aliud Numisma in praemium pro Societate literaria Bruxellensi destinatum N. CCXLVII.) MARIA THERESIA. AVG. SCIENT. PATRONA. Protome Augustae cum peplo viduitatis, dextrorsum conversae.)(, SOCIET. LITTER. BRVXELL. PALMA EX LARGIT. PRINCIP. Intra lauream. — Mantuanae artium mechanicarum Academiae membris praemium constitutum pro illis, qui optimas machinas construxerint N. CCXLVIII.) MARIA THERESIA. hujus protome cum peplo viduitatis, ad laevam conversae. Infra: KRAFFT F.)(INGENIO ET INDVSTRIAE. Infra: COLONIA ARTIVM MECHAN. REG. ACADEMIAE MANT. PROEMIVM CONSTITVIT MDCCLXXII. Machina textoria cum variis instrumentis juxta positis. — De profectione *Josephi II. Aug.* ad Transilvaniam, ac de ejusdem ad hanc provinciam adventu N. CCXLIX. et seq.) Vid *P. II. Catal. p.* 107. *n.* 1. *et seq.* — Numisma fundati Templi B. Josephi Brixinae in Collegio Virginum Anglicanarum 1773. N. CCLI.) Vid. *P. I. Catal. p.* 400. *n.* 210. — De Tabulario publico Medio-

lani condito N. CCLII.) Vid. *cit Catal. p.* 398. *n.* 203. — De Castilione, Medullino, et Sulpherino, Mantuae juncto. N. CCLIII.) Vid. *Catal. p. cit. n.* 204. — De obitu ac meritis Principis Wenceslai Lichtenstein Numisma et aliud monumentum metallicum jussu Augustae M. Theresiæ factum N. CCIV.) IOS. WENCES. S. R. I. PR. DE LICHTENSTEIN. OPP. ET CARN. DVX COM. RITTB. Protome loricata Principis sinistrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere. A. WITEMAN *sic* pro Wideman.)(M. THERESIA. AVG. RESTITVTORI. REI. ANMAMENTARIAE. BELLI. PACISQ. ARTIBVS. INLVSTRI. AMICO. PATRIAE. ET. SVO. MDCCLXXIII. Repraesentatio magnifici ex aere monumenti, quod Augusta M. Theresia Principi Wenceslao Lichtenstein Viennae in Caesareo Regio Armamentario erigi curavit anno 1760. exhibens Protomen hujus Principis super alta basi, vexillis, tormentisque bellicis exornata, cum longiore hac inscriptione: IMP. FRANCISCVS ET M. THERESIA. PII. FEL. AVGG. PATRES PATRIAE. SCIENTIARVM ARTIVMQVE FAVTORES. IVSTI MERITORVM ARBITRI. VIRI TOGA ET SAGO AEQVE MAGNI IOS. WENCESLAI S. R. I. PRINCIPIS DE LICHTENSTEIN OPPAVIAE ET CARNOVIAE DVCIS IN SILESIA. AVR. VELL. EQVITIS. SS. CAES. MM. CONSILIARII ACT. INT. CASTRORVM TRIBVNI SVPREMI VTRIVSQVE REI ARMAMENTARIAE MODERATORI. LEGION. DIMACHOR. PRAEFECTI VIRTVTI. RELIGIONI. FIDELITATI. PATRIAE AMORI. AC IN REI ARMAMEN-

TARIAE INVENTIS RESTAVRANDIS AVGENDISQVE INDVSTRIAE INDEFESSOQVE LABORI HOC MONVMENTVM PVB. PONI IVSSERVNT. — Numismata praestiti a Galicia et Lodomeria homagii 1773. N. CCLXV. et seq.) Vid. *Catal. p.* 398. *n.* 205. *et seqq.* — De Obitu Carolinae Principis Lotharingicae N. CCLVIII.) Vid. *Catal. p.* 400. *n.* 211. — Ob scholam artis obstetriciae Mediolani, et Mantuae fundatam N. CCLXI.) Vid. *Catal. p.* 401. *n.* 212. — Ob studia humanitatis instaurata. N. CCLXIII.) Vid. *Catal. p. ead. n.* 213. — De libero annonae commercio in Hetruria N. CCLXIV.) LEOPOLDVS AA. P. R. H. ET B. M. D. ETR. Protome loricata Leopoldi Archid. infra: L. SIRIES F.)(LIBERT. FRVMENT. RESTIT. OPES AVCTAE. Infra: PRINCIPI PROVIDENTISSIMO. MDCCLXXV. Abundantia stans cum cornucopiae, dextera facem admovet antiquis decretis libertatem commercii frumentarii restringentibus, a sinistris cernitur modius spicis repletus. — De nativitate *Ferdinandi* primogeniti Archiducis Mediolanensis ex Beatrice Estensi N. CCLXV. Vid. *Catal. p.* 402. *u.* 215. — Ob nativitatem Maximiliani quinto loco nati Archiducis Hetruriae Principis N. CCLXV.) P. LEOPOLDVS D. G. P. R. H. ET B. A. A. M. D. ETR. Protome Leopoldi Hetruriae Magni Ducis ab *J. Z. Weber.*)(FELICITAS PVBLICA. AN. MDCCLXXV. Conjux Magni Ducis sedens in gremio tenet natum filium, aliis tribus filiis ad dextram stantibus, et quarto ad sinistram inter

duas sorores. — De Statua Carolo Lotharingico Bruxellis posita N. CCLXVII.) CAR. ALEX. LOTH. DVX. BELG. PRÆF. Hujus protome loricata sinistrorsum spectans.)(. OPTIMO PRINCIPI. MDCCLXXV. Statua Caroli prisco habitu Ducum Romanorum. — Numus a Ferdinando Archid. et hujus Conjuge Beatrice Viennae in Domo monetaria cusus.)(. FERDINAND. A.A. M. BEATRIX ESTENS. Protomae jugatae utriusque, ad laevam conversae.)(. DVM ARTEM MONETARIAM VIENN. INVISERENT CVDERVNT 13. OCTOBRIS 1775. — De hortis Botanicis Mediolani ac Ticini institutis N. CCLXIX.) Vid. *Catal. p.* 402. *n.* 216. — Numus in praemium pro Scholis literarum humaniorum N, CCLXX.) Vid. *Catal. p.* 402. *n.* 217. — Ob aedes militum filiis instituendis, et matribus viduis alendis Antverpiae et Mechlinii attributas N. CCLXXI.) Nomen, et Protome Caroli Lotharingici Gubernatoris Belgii.)(. INSTITVENDIS MILITVM FILIIS ET MATRIBVS VIDVIS ALENDIS ÆDES ATTRIBVTÆ. ANTVERPIÆ. ET. MESSINIACI. MDCCLXXVI. *Num. octogon.* — De secundo Viennam adventu Leopoldi Archiducis cum sua Conjuge N. CCLXXII.) Vid. *Catal. p.* 403. *n.* 218. — Ob literarum Studia in Belgio Austriaco instaurata N. CCLXXIII.) Nomen et Protome Principis Caroli, uti supra.)(. LITERARVM STVDIA PER PROVINCIAS INSTAVRATA. COLLEGIA ERECTA. MDCCLXXVII. *Num. Missilis octogonus*, — De novo Canali Mediolanensi

N. CCLXXIV.) M. THERESIA AVGVSTA. Hujus protome elegans *a Krafft.*)(. COMMEATVVM VRBIS INCREMENTO. Infra: MEDIOLANVM LARIO IVNCTA NOVO ABDVAE EVRIPO NAVIBVS APERTO MDCCLXXVII. Mulier turrita insidens mercibus, retro quam stat Mercurius cum crumena, et ex adverso Figura fluvii cum remo et cornucopiae. — De Societate Agriculturae Mediolani instituta N. CCLXXV.) Protome *M. Theresiae* Aug. uti supra.)(AGRICVLTVRAE ET ARTIVM INCREMENTO. Infra: SOCIETAS INSTITVTA. MEDIOLANI. MDCCLXXVII. Agricultura, specie mulieris stolatae, et serto spicarum ornatae, et genius Commercii alatus, cum flammula in vertice, et caduceo in manu sinistra, stantes una tenent lauream, instrumentis, et productis Agriculturae juxta positis. — De adventu Legati Mauretaniae ad Leopoldum Hetruriae Magnum Ducem N. CCLXXVI. LEOPOLDO A. A. P. R. H. B. MAG. D. ETRVRIÆ OPTIMO PRINCIPI. Hujus protome paludata, loricata, infra quam nomen artificis L. SIRIES.)(. MAVRETANIAE OBSEQVIVM ET FOEDVS VIRTVTI OBLATVM. FLORENTIAE MDCCLXXIX. Effigies Magni Ducis cum sceptro et aliis ducalibus ornamentis prope tentorium stantis, Leone juxta cubante cum parmula Florentina, et Legatus Mauretaniae accedens cum Literis sui Regis; retro quem sunt duo mancipia flexis genibus, et elevatis manibus, tertio equum retinente. Eminus in prospectu naves veliferae. — De aedibus regiis

Mediolani

Mediolani renovatis. N. CCLXXVII.) Vid. *Catal. p.* 404. *n.* 221. — De instauratione rei monetariae Mediolani N. CCLXXVIII.) Vid. *Cat. p. cit. n.* 222. — De Bruxellis auctis N. CCLXXIX.) Vid. *Cat. p.* 405. *n.* 223. — De Pace Teschinensi cum Borussis N. CCLXXX.) Vid. *ibidem n.* 225. — Ob depulsam a Belgio epidemiam N. CCLXXXI.) Vid. *Cat. p.* 407. *n.* 230. — Ob aedificatam Bruxellis Curiam pro judiciis celebrandis N. CCLXXXII.) Vid. *Cat. p.* 408. *n.* 231. — De erecta ex Hungaris nobilibus Regia Turma Praetoriana. N. CCLXXXIII) IMP. IOSEPHVS II. AVG. M. THERESIA AVG. Capita jugata utriusque. Incisore *Würth.*)(Duo Hungari Praetoriani stantes in Tricolle, dextra manu gladios elevatos in decussi tenent, quibus incumbit Corona Hungariae, sinistra tangunt lauream, in cujus area legitur: AD NVTVM INTENTIS. Infra: 1779. — De specula Astronomica Mediolani erecta. N. CCLXXXIV.) Vid, *Cat. p.* 408. *n.* 232. De instauratione rei literariae in Hungaria N. CCLXXXV. et de inauguratione Regiae Universitatis Budensis N. CCLXXXVI. Vid *Catal. p.* 408. *et seq. n.* 233—235. — De obitu Caroli Alexandri Belgii Praefecti N. CCLXXXVII. et seq.) Vid. *Catal. p.* 409. *n.* 236. *et seq.* — De MAXIMILIANI Archiducis electione in Coadjutorem Electoris Coloniensis N. CCLXXXIX.) Vid. *Catal. p.* 410. *n.* 138. — Numisma iconicum M. THERESIÆ, et JOSEPHI II. Augg. vultibus a *Vinazer* ad vi-

vum expressis, ad contestandam gratiam Regiam bene merentibus dari solitum. N. CCXC.) Vid. *Catal. p.* 386. *n.* 164. — De obitu M. Theresiae *Aug.* N. CCXCI.) Vid. *Catal. p.* 410. *n.* 139. — Ad calcem Operis monet Auctor, illos dumtaxat Numos a se praetermissos, qui privatorum cusi arbitrio publica destituuntur auctoritate, nec proinde in censum illic venisse Numos sic dictos Hollandicos Satyricos, durante bello Bavaro-Gallico ad oblectandam plebem procusos. Sed neque in Catalogo nostro his quisquiliis describendis immorari libuit. Quod attinet ad usuales hujus Augustae Monetas Hungaricas, ac Transilvanicas, harum descriptiones videantur *P. I. Catalogi p.* 411—439. *et P. II. p.* 97—107.

§. 23.

De Numis reliquorum Hungariae Regum, Josephi II. Leopoldi II. *et* Francisci II. *Auggg.*

Josephus II. Augustae matri suae a die 29. Novembr. 1780. usque ad 20. Febr. 1790. superstes, pro hoc temporis intervallo ad singulos annos habet in Catalogo nostro *p.* 440. *usque p.* 450. sequentia monumenta numismatica non vulgaris elegantiae. Numus in Belgio signatus haereditariam illius successionem hac partis aversae inscriptione celebrat: IOSEPHVS II. AV-

GVSTVS. MATERNI. IMPERII. ET. VIRTVTIS. HERES. MDCCLXXX. cit. *Catal. p.* 441. *n.* 3. — Ad ann. 1781. occurrunt Numi conservantes memoriam adventus JOSEPHI II. Aug. in Belgium, et praestiti eidem a Belgis homagii *p. ead. n.* 5. *et* 6. Ad eundem et sequentem annum 1782. *p.* 442. *n.* 8. *et seqq.* reperies numos mnemonicos de ampliore libertate Religionum Protestantibus et Judaeis data, aliosque. p. 443. n. 11. ob adventum Vindobonam Magni Russorum Ducis PAVLI Petrovich, hujusque Conjugis MARIÆ Foederovnae, et *p.* 444. *n.* 12. ob adventum PII VI. P. M. — *Ead. p. n.* 13. de Conventu Ordinum perpetuo in Galicia, et Lodomeria constituto, ubi pro anno MDCCLXXXIII. rescribendus est annus MDCCLXXXII. — *Ead. p.* 444. *n.* 15. De celebritate Emporiis Belgicis restituta. — *Ibidem p.* 445. *n.* 16. De Portu ampliato. — *Ibidem n.* 17. Ad ann. 1784. memoriam Decreti, ut mortui extra urbes sepelirentur, continet haec numismatis epigraphe: MORTVI. VRBIBVS. ELIMINATI. MORE. VETERI. MDCCLXXXIV. — *Ibid. n.* 18. De Instituto pauperum juvandorum Vindobonae introducto eod. ann. — *Ibidem p.* 446. *n.* 19. De Academia optimarum artium Leopoli instituta eod. ann. — *Ibidem n.* 20. In praemium bene merentibus de arte Medico-Chirurgica militari. 1785 — *Ibid. p.* 447. *n.* 23. De piscatione maritima in Belgio promota 1785. *Ibidem n.* 24. ob Seminarium generale Cleri junioris Lovanii erectum

1786. — *Ibid. n.* 25. De Principibus Christina, et Alberto civitate Brabantiae donatis eod. ann. — *Ibidem p.* 448. *n.* 26. De Academia Artium Viennae novis Institutis aucta eod. ann. — *Ibid. n.* 27. Numisma elegantissimum sine anno, ab Academia Artium Vindobonensi merentibus conferri solitum. — *Ibidem n.* 28. Ob Dicasteria Gubernii Belgici reformata anno 1787. — *Ibidem n.* 449. *n.* 29. Ob studii generalis in Belgio instaurationem 1788. — *Ibid. n.* 30. Ob Turcas ad Martinest victos, et Belgradum recuperatum 1789. — *Ibid. p.* 450. *n.* 31. De Obitu Josephi II, Aug. cum inscriptione partis aversae: MAGNA CONANDO MORTVVS. D. XX. FEBR. MDCCXC. — Alia hujus Augusti Numismata mnemonica ante annum 1780. signata, praecedente §*pho* recensuimus, utpote ad historiam simul M. Theresiae Aug. spectantia. De *Monetis* vero usualibus Josephi Aug. quae *P. I. Catal. p.* 451. *usque p.* 456. inde ab anno 1765. usque 1790. omissis paucis numis intermediis, describuntur, haec in genere notanda veniunt; modulum Aureorum, retento tamen pondere, nonnihil imminui, et consuetos Gremnicensium typos sensim antiquari, characteribus quoque K. B. et N. B. alias Alphabeti literas quibus officinae monetales Monarchiae Austriacae distinguerentur, suffici coepisse. Pro harum intelligentia juvat hoc loco brevem notitiam omnium hujus Monarchiae officinarum monetalium, a Viennensi dependentium, noti-

tiam, ex quodam Manuscripto fide dignissimo in medium afferre: Omnes, inquit Auctor Manuscripti, Monetae Caesareo-Regiae notantur quibusdam Alphabeti literis, quae in aureis, et argenteis in parte antica occurrunt infra effigiem Principis, in cupreis autem in aversa. Hae literae respondent numeris Officinarum monetalium Caesareo Regiarum, quarum hic ordo est: 1) Officinam Vindobonensem indicat A. 2) Cremnicensem, B. 3) Pragensem, C. 4) Graecensem, D. 5) Carolinensem in Transilvania, E. 6) Hallensem in Tyroli, F. 7) Nagybaniensem in Hungaria, G. 8) Günzburgensem Austriae quondam exterioris, H. 9) Schmelnicensem, Hung. *Szomolnok*, in Scepusio, S. ubi tamen cuprea solummodo moneta cuditur, ob abundantiam hujus metalli in illa regione. —— Sequuntur Numismata mnemonica LEOPOLDI II. ab anno tantum 1790. ad 1792. his enim antiquiora exhibet series numismatum M. THERESIÆ Aug. supra descripta. Primum igitur est *P. I. Catal. p.* 457. *n.* 1. de praestito ab ordinibus Austriae *homagio* die 6. Apr. 1790. cum hac epigraphe: OPES REGVM CORDA SVBDITORVM. Alterum quoque est *homagiale* Tyrolensium cum inscriptione: TYROLIS LAETA. *ibidem n.* 3. Tertium aeque homagiale Ordinum Magni Principatus Transilvaniae. *P. II. Catal. p.* 108. — Reliqua sunt: 1) De electione, et coronatione Francofurtensi die 9. Octobr. anno 1790. *ibid. p.* 458. *n.* 4. et seqq. — 2) De co-

ronatione Posoniensi die 15. Nov. eod. ann. cum symbolo: PIETATE ET CONCORDIA. *ibidem p.* 359. *n.* 10. *et seqq.* Elegantia fabricae sese commendant Numisma aureum quindecim ducatorum pondere, et argenteum unciale, pro quibus typarium fecit *I. N. Wirth*, quem *Fridericus Schlichtegroll* T. I. *Annal. Numism. p.* 142. merito celeberrimis hujus aevi Numismatum Incisoribus adnumerat. — 3) De FERDINANDI Regis utriusque Siciliae, et Reginae CAROLINÆ adventu Posonium ad coronationem LEOPOLDI II. Numus aureus pondere viginti Ducatorum, et argenteus unciali major, eodem *Wirth* incisore, ex Decreto Statuum et Ordinum Hungariae signatus. *Ibid. p.* 460. *n.* 15. *et seqq.* — 4) Ob factam cum Turcis pacem Sistoviensem eod. ann. 1790. PIETATIS IN GENVS HVMANVM ERGO. Corona querna, in qua legitur: LEOPOLDO II. AVGVSTO. *Ibid. p.* 461. *n.* 19. — 4) De juramento fidelitatis a Belgii ordinibus praestito 1791. *Ibid. n.* 10. *et seqq.* — 6) Numisma votivum pro fausto reditu Regis Neapolitani, et Reginae. *Ibid. p.* 64. *n.* 23. — 7) De Congressu Pilnicensi. *Ibidem n.* 24. Hoc Numisma propter elegantiam, praesertim partis aversae, descriptum, et editum est in Annalibus quoque Numismaticis *l. supr. cit. p.* 167. *Tab.* 3. — 8) De coronatione Bohemica LEOPOLDI II. et LVDOVICÆ Augustae 12. Sept. 1791. Vid. *Catal. p.* 463. *n.* 16. *seqq.* — Defuncto Kalendis Martii 1792. LEOPOLDO II. successit

primogenitus FRANCISCVS, Imperator ac Rex hodiernus, cujus Numi mnemonici videantur *P. I. Catal. p.* 469. *usque p.* 480. Inter hos N. 1. est de Nativitate ejusdem anno 1768. die 12. Febr. non vero XIX. hic enim numerus est erronee impressus pro XII. in aversa Numi descripti parte. — *Ibidem p.* 470. *N.* 2. sequitur Numus M. THERESIÆ, Neapoli ann. 1772. natae, Imperatori ac Regi nostro postea nuptae. — N. 3. in memoriam primi Connubii cum ELISABETHA, Francisci Eugenii Ducis Würtembergici Montisbelligardensis Filia, Vindobonae 1788. ab Augusto nostro, adhuc Archiduce, celebrati. — Reliquorum Numismatum haec sunt argumenta: 1) De Viennensi homagio 23. Apr. 1792. Vid. *cit. Catal. p.* 471. *n.* 6. *et seq.* — 2) De coronatione Budensi 6. Jun. eod. ann. *Ibidem n.* 9. *et seqq.* inter quae occurrit *n.* 13. aureum Numisma, viginti ducatorum pondere, caelaturae elegantissimae ab *I. N. Wirth.* LEGE ET FIDE inscriptum typo solito leonis Bohemici, crucem Hungaricam cum Scuto Austriaco tenentis. — 3) De Reginae coronatione Budensi, *ibidem p.* 472. *n.* 14. *seqq.* — 4) De homagio a Belgis praestito eod. ann. *p. ead. n.* 17. — 5) De coronatione Francofurtensi, *ibidem n.* 18. *et seqq.* — 6) De Pragensi coronatione Regis, et Reginae die 9. et 11. Aug. eodem anno 1792. *Ibidem p.* 474. *n.* 23. *et* 25. — 7) De Foedere Borussico eod. ann. Numisma elegans a *Baldenbach. Ibid. p.* 475. *n.* 28. — 8) De Nativitate

Ferdinandi Archiducis Coronae Principis 1793. *ibid.* *n.* 29. *a Wirth.* — 9) Numus homagialis Galiciae Secundae. 1796. Typi mendum est MDCCXCV. pro MDCCXCVI. *ibidem p.* 496. n. 30. 10) Artium Academiae Vindobonensis Numisma merentibus dari solitum, pondere viginti quatuor ducatorum, nitidissimum a *Wirt. p.* 476. *n.* 33. 11) Numisma in praemium Tyrolensibus datum ob defensam patriam ann. 1796. *ibid. n.* 34. — 12) Austriacis ob defensam Patriam ann. 1797. *p.* 477. *n.* 36. — 13) Tyrolensibus iterum ob eandem causam 1797. *ibid. n.* 39. ab eodem artifice *Wirt* et istud, et priora duo numismata. — 14) De pace Udini coepta, et in Campo Formido terminata eod. ann. Numus missilis (*Jetton*) *ibidem n.* 40. — 15) In honorem CAROLI Archiducis ob victos, fugatosque in Germania Gallos anno 1798. et seq. *ibidem p.* 478. *n.* 41. seqq. a *Guillemard, et a Baldenbach.* — 16) Ob victorias de Gallis in Italia relatas auxiliantibus Russis. ann. 1799. *ibidem p.* 479. *n.* 45. — 17) Ob Austriam dignitate Imperii haereditarii ornatam 1804. *ibidem n.* 46. MONETÆ currentes Augusti nostri, ab ann. 1792. ad praesentem 1807. signatae, videantur *ibidem p.* 480. *usque p.* 492. Pro usu historico valent: 1) Thalerus obsidionalis cum inscriptione: AD VSVM LVXEMBVRGI CCVALLATI 1795. *ibid. p.* 484. *n.* 7. — 2). Monetae provinciales temporariae ex argento impuro, variae magnitudinis, et externi *ibid. p.* 486. *n.* 1. *et*

seqq. — 3) Lira Veneta anni 1800. *ibid. p.* 487. *n.* 5. — 4) Variae species monetarum cuprearum *ibid. p.* 488. *usque* 490. — 5) Monetae cupreae anno 1807. cudi coeptae in supplementum minorum Schedarum Bancalium Viennensium *ibid. p.* 491. *seq.* — 6) Thalerus arg. anni 1805. cum titulo *Rom. et haereditarii Austriae Imperatoris*, omissoque *Ducis Burg. et M. Ducis Hetr.* sed addito *Ducis Venet. et Salisb.* titulo. *Ibid. p.* 484. *n.* 8. — 7) Monetae anni 1807. in quibus est titulus *haered. Austr. Imp.* jam sine *Rom.* et sine *D. Venet. Ibid. p.* 491. Monetae usuales factum quodpiam historicum exhibentes summam habent auctoritatem.

COLLECTIONES

NVMORVM HVNGARIAE AC TRANSILVANIAE.

1.) Mvsevm *Caesareum Vindobonense.* Fama est, pro Numis Hungaricis, ac Transilvanicis hujus Musei peculiarem adornari Catalogum, qui ut quantocyus luce publica donetur, omnes Philologiae Numismaticae cultores magnopere optant. — 2) *Numophylacium Regiae Universitatis Pestinensis.* Coaluit primum ex duabus Collectionibus, Posoniensi, ac Tyrnaviensi, abolitorum Collegiorum S. I. nonnullis postmodum accessionibus auctum. Praeter aliquot millia varii generis numismatum, praecipue romanorum, continet in auro, et argento Series Regum Hungariae, ac Principum Transilvaniae, nondum tamen completas. Ex *Aureis* enim Regum desunt Carolus Robertus, Maria Regina, et Carolus Parvus; ex *Argenteis* vero denariis Stephanus IV. Ladislaus II. et III. Andreas III. Wenceslaus, et Otho: ex Transilvanicis Numis desiderantur Michael Vajvoda, Moyses Siculus, Franciscus Rhedei, et Emericus Tököli. — 3) *Numophylacium* ab Exc. et Ill. D. Francisco Comite Széchényi, Aurei Velleris,

et Ins. Ordinis Regio Neap. S. Januarii Equite, S. C. et R. A. M. actuali intimo Status Consilario cet. publicis donatum, consecratumque usibus, partem Musei Hungarici, in Pestana urbe erigendi, constituet. Ex Catalogo nunc edito facile quivis de numero, raritate, ac praestantia numismaticorum Patriae nostrae monumentorum, in hoc Numophylacio contentorum, arbitrabitur. — 4) *Collectio Numismatica* Illustrissimi D. Comitis Georgii Festetics Keſzthelyini in Comitatu Szaladiensi. Hanc Exc. D. Comes Pavlvs, Georgii Pater, instituit, qui et maximam partem Numorum hujus Collectionis aeri incidendam curavit, non in tabulis, sed in separatis pro cujuslibet Numi ectypo lamellis, eo forsitan consilio, ut iis, qui insigniorem quempiam ex his Numum describere, et commentario illustrare vellent, facilius admitti posset unius, alteriusve idgenus lamellae usus ad exprimendum, ac praefigendum Numo descripto iconismum. Ex libro rarissimo Bibliothecae Hungaricae Széchényianae, qui omnia Numorum dictae Collectionis Festeticsianae ectypa, in centum et sex foliis expressa, continet, certum est, quingentas ac decem hujusmodi tabellas aeneas pro totidem numis paratas extitisse; an etiamnum totidem, vel plures extent, incompertum habeo. Series Numorum in hoc libro incipit ab *Caroli Roberti* Aureo, unico in prima libri pagina, in sequentibus paginis occurrunt quatuor aurei *Ludovici I.* quorum

duo S. Joannis Baptistae, alii duo S. Ladislai effigiem habent, tum Aureus unus *Mariae* Reginae, dein Aurei sex Regis *Sigismundi*, duo *Alberti*, unus *Wladislai I.* duo *Joannis de Hunyad* Gubernatoris, quatuor *Ladislai Posthumi*, quatuordecim *Matthiae Corvini*, inter quos et Mnemonicus victoriae de Turcis relatae, octo *Wladislai II.* quos inter unus magni moduli cum S. Ladislao Equite. Octo *Ludovici II.* quorum unus hunc Regem exhibet Equitem, alius cum inscriptione partis aversae 1544. BVDA POTENS &c. in Antica repraesentat eundem, qua infantem anno 1508. coronatum. Sequuntur Aurei duo *Joannis Zapolyae*; tres *Ferdinandi I.* duo *Joannis Sigismundi* cum matre *Isabella*, ac tertius ejusdem solius, unica tantum parte signatus, magnitudine Thaleri. His, interrupto ordine chronologico, subjunguntur tres aurei *Gabrielis Bethlen* cum titulo electi Hungariae Regis, quorum unus est aureus decuplus. Post hos veniunt aliorum legitimorum Hungariae Regum Aurei ex Periodo Austriaca, usque ad M. Theresiam inclusive. *Maximiliani II.* unus, *Rudolphi II.* quatuor, unus decuplus Nagybanyiensis, alter quadrans Ducati simplicis; *Matthiae II.* duo, *Ferdinandi II.* coronationis in Regem Hungariae unus et alter ducatus ordinarius Cremnicensis. Duoque alii simplices Cremnicenses; *Ferdinandi III.* quatuor, quorum unus uncialis aureus, et arg. ex Fodinarum Hung. proventu; FATA REVIVISCVNT &c. 1648.

Leopoldi Magni septem, inter quos primo loco est Aureus simplex anni 1671. cum effigie S. Josephi in una parte, et inscriptione: *In manibus tuis sortes meae. &c.* Alter decuplus anni 1687. inscriptus: *S. Immaculata Virgo Maria &c.* tertius Cremnicensis ordinarius anni 1689. quartus protomen Imperatoris Leopoldi, et Imperatricis Eleonorae exhibens ex officina civitatis Augustae Vindelicorum, quam indicat strobilus infra effigiem Caesaris conspicuus: quintus, et sextus sunt pars quarta, et sexta Aurei simplicis, postremus est ex officina Cibiniensi Transilvaniae. His accedunt tres aurei simplices Cremnicii a factione *Rakociana* ann. 1704. 1707. et 1707. cusi. Tum *Josephi I.* quinque Aurei, quorum duo sunt quartae partes simplicium: *Caroli VI.* tres Aurei diversae magnitudinis, quorum primus est mnemonicus pacis Passarovicensis: *Mariae Theresiae* decem Aurei, quorum primus sine anno exhibet effigies M. Theresiae, et Francisci Conjugis Augusti, alter est ob adventum Imp. *Francisci* in fodinas Hung. tertius cum inscriptione: *Aquae subterraneae Domitae* &c. quartus de institutione Ordinis Equitum S. Stephani Reg. quintus est aureus simplex Cremnicensis, sextus est aureus duplus Transilvanicus, septimus de nativitate *Josephi II.* qui in parte aversa repraesentatur specie Herculis infantis, duos angues discerpentis; octavus de connubio ejusdem cum *Elisabetha Bourbonia*; nonus ac decimus de

illius, et fratris Leopoldi Archid. adventu in Fodinas Hung. Hic terminatur series *Aureorum Hungariae*, et proximo folio inchoant *Aurei et argentei Transilvaniae* a *Stephano Bathori de Somlio*, cujus tres aurei simplices exhibentur, Cibiniensis unus anni 1574. alii duo Nagybanyienses ejusdem jam Regis Poloniae, anno 1586. signati. Sequitur aureum unciale numisma *Elisabethae Botskay*, et aliud *Christophori Bathori*, mariti ejusdem, qui et alium minoris formae aureum, duoque argentea numismata uncialia habet, Castrensium, ex una tantum parte signatorum, formis cusa: dein *Sigismundi Bathori* tres aurei, et quatuor argentei diversae magnitudinis ab anno 1591. ad 1601. postremus horum formae quadratae cusus fuit a civitate Coronensi. Tum *Stephani Botskay* aurei quatuor, et duo argentei. Intersertis postea duobus Argenteis nomine Rudolphi II. a Cibiniensi civitate anno 1605. percussis, occurrit Aureus uncialis *Sigismundi Rakoci* anno 1608. signatus. Hunc excipiunt *Gabrielis Bathori* quatuor ducati simplices, et quinque majora numismata argentea, quorum tria sunt heterotypa: post hunc locantur Numi Principis *Gabrielis Bethlen* sine titulo electi Regis, octo nempe aurei, et quinque argentei variae magnitudinis ac formae. *Catharinae Brandeburgicae*, Principis Gabrielis viduae, sunt duo aurei simplices, unus cum effigie Deiparae, alter cum scuto heraldico in parte aversa. *Stephani Bethlen* au-

reus unus. *Georgii Senioris Rakoci* sex monetae aureae simplices, et Aureus decuplus, nec non argentei unciales tres, et unus aereus montanus cum duobus malleis decussatis, anni 1634. — *Achatii Bartsai* cum hujus effigie duo Aurei decupli, tertius sine effigie paullo minor, octogonus *sub Rakociana oppressione Regni Transilvaniae, et Obsidione Cibiniensi* cusus, argentei vero unciales quatuor, quorum unus est Cibiniensis cum inscriptione nunc memorata, duo Coronenses, et unus Schesburgensis cum epigraphe *De profundis* &c. *Serva nos, quia perimus.* 1660. — *Joannis Kemény* Aureus, et argenteus uncialis, et alius simplex aureus. — *Michaëlis Apafi* Aurei sex variae magnitudinis, quorum unus decuplus octogonus, et sex argentei unciales. — *Emerici Tököly* cum inscriptione aversae partis, *Dulce et decorum pro patria mori.* 1683. aureus unus magnitudine medii thaleri circiter. — *Francisci Rákoci* Aureus decuplus cum inscriptione aversae: *Dimidium facti qui bene caepit habet. Opere libertatis inchoato* &c. duo argentei unciales ejusdem inscriptionis ac typi; alius argenteus uncialis cum epigraphe: *Concurrunt, ut alant. Concordia Religionum* cet. Item alius argenteus uncialis cum Hercule hydram prosternente, in aversa parte. Sequuntur Monetae ab eodem signatae non expresso tamen suo nomine; Argentei Floreni quatuor cum inscriptione *Mo. Nov. Arg. Reg. Hung.* Aereae Monetae sex *Pro Libertate*



inscriptae, ann. 1705. et 1706. Aliae itidem aereae tres, *Poltura* inscriptae ann. 1706 et 1707. Agmen horum omnium claudit Numisma unciale argenteum homagii *M. Theresiae Aug.* ab Ordinibus Transilvaniae praestiti, ann. 1741. Post haec veniunt in eodem libro ectypa Argenteorum Regni Hungariae Numorum, a Denariis primi Regis divi *Stephani* inchoando usque ad *M. Theresiam*, seriebus tamen nondum completis; nam in prima Regum Periodo desunt numi Regum *Geisae I. Belae II. Stephani III. et IV, Ladislai II. et III.* Periodus altera caret numis *Wenceslai*, *et Caroli Parvi.* Tertia non progreditur ultra annum 1767. In quatuor postremis ejusdem libri foliis, seu octo paginis sunt 37 Numismatum variorum, ad Hungariam, vel Transilvaniam quocunque modo spectantium ectypa, ex quibus in Catalogo Numorum Instit. Nat. Széchén. quaedam non reperiuntur, veluti *Jacobi Haller*, filii *Petri* Comitis Nationis Saxonicae in Transilv. Numus arg. anni 1554. *Joan. Armbrusteri* Tricesimatoris Posoniensis cum uxore sua *Anna Kamperin* 1603. Arg. uncial. *Joannis Telegdini* Archiepisc. Colocensis 1643. Arg. unc. *Damiani Hugonis Comitis Virmondt* cum inscriptione: *Byzantii pace clusa Daciis Augusti Praeses datus MDCCXXI.* Arg Semunc. *Aloysii Ferd. Comitis Marsilii*, Auctoris Danubii Pannonio-Maesiaci, elegans Numisma aereum a Bononiensi Scientiarum Academia Socio ac Mecaenati suo

ann.

ann. 1731. dedicatnm. — 5.) *Collectio Vitzaiana* in Castro *Hedervar* Insulae Cituorum, ab illustr. Comite *Michaële Vitzai* caepta, et ab hujus filio STEPHANO conservata, auctaque. Longe tamen major est celebritas *Musei Vitzaiani* a Numis antiquis Graecis ac Romanis, quam ab Hungaricis medii ac recentioris aevi. De quo videatur Jos. ECKHEL in *Doctrina Numorum veterum Vol. I. Proleg. p.* 178. et Frid. SCHLICHTEGROLL *T. I. Annal. Num. p.* 109. Desideratur utriusque thesauri numismatici Catalogus, publica luce dignus. — 6.) *Pestini*, apud Exc. ac illustr. D. ANDREAM SEMSEY S. C. et R. A. M. Personalis Praesentiae Regiae in Judiciis Locumtenentem cet. Collectio elegans non modo antiquorum Numismatum, praecipue Romanorum, verum etiam Hungaricorum, ac Transilvanicorum, inter quae ex rarioribus reperiuntur Aurei *Caroli Roberti*, et *Mariae Reginae*, centuplus item Aureus *Michaëlis Apafi* Transilvaniae Principis, et plures alii. — 7.) *Budae* apud Exc. ac Ill. D. STEPHANVM MARCZIBANI S. C. et R. A. M. ab intimis Consiliis, extat perampla, ac praedives Collectio varii generis monumentorum, quorum partem constituit Sylloge rariorum, praestantiorumque Hungariae, ac Transilvaniae Numismatum. — 8) *In Betlar prope Rosnaviam* apud Illustrissimum D. Comitem LEOPOLDVM ANDRASSI, praeter alia Raritatum patriarum analecta, conservatur, et augetur pulcerrima Rei Numariae Hungaricae, ac

Transilvanicae Collectio, in qua sunt haud pauca maximi moduli numismata aurea, et argentea. — 9.) *In Transilvania* apud Exc. ac Ill. D. Comitem JOANNEM NEP. ESZTERHAZY S. R. et R. A. M. actualem intimum Status Consiliarium cet. aeque insignis est Numorum Hungaricorum ac Transilvanicorum Thesaurus, de cujus initiis videatur *Heraldicae Regni Hungariae Specimen*, a Franc. Carolo PALMA, Comitis Educatore, *Vindobonae* 1766. editum, *p.* 34. *Not.* 9) — 10.) *Cibinii in Transilvania* Numophylacium Lib. Baronis de BRVKENTHAL, Transilvaniae quondam Gubernatoris, non modo veteribus Numis Graecis, Romanis, et Barbaris, praesertim in Dacia erui solitis, verum etiam medii et recentioris aevi Hungaricis, ac Transilvanicis egregie instructum. — 11.) *Tergesti* apud Exc. ac illustr. Gubernatorem D. SIGISMVNDVM LOVÁSZ Comitem Temesiensem cet. splendidissima Numismatum praecipue aureorum Hungariae ac Transilvaniae Collectio. — 12.) *Temesvarini* apud RR. D. ANDREAM RADVÁNYI, Cathedr. Eccl. Csanadiensis Cantorem, et Canonicum Sylloge privata variorum omnis aevi monumentorum, singulari industria ac felicitate conquisitorum, jam neque Legatis Principum exterorum ignota: constat enim, horum nonnullos, per Temesvarinum transeuntes, illius videndae causa ad eruditum Possessorem divertisse. Complectitur autem haec Sylloge etiam complures numos raros Regum Hunga-

riae, ac Principum Transilvaniae, nec non ex bracteatorum cavorumque genere haud paucos, quin ipsum adeo typarium aeneum pro excudendis ejusmodi numulis argenteis bracteatis, qualium forma, typusque describitur in Libro *Notitiae p.* 125. et repraesentatur *ibidem Tab. II. N.* 68. Item *P. I. Catalogi* praesentis *p.* 41. *n.* 5. ac *Tab.* 2. *inter Belae II. monetas N.* 5. Summa est hodie raritas Typarium originale pro medii aevi numulis bracteatis cavisque factum, nec memini inter antiquitates uspiam depictum, vel descriptum fuisse; istud igitur, quoniam ab humanissimo Possessore mecum communicatum est, non morabor isthic describere. Constat id unica plagula aeris indurati, binas tantum drachmas, et 38. grana gravi, figuram habet utrinque planam, ellipticam, cujus axis major unum pollicem tribus dumtaxat lineis excedit, minor unius est pollicis. Huic plagulae non in centro, sed in foco incisa est forma numuli orbicularis diametrum medii digiti habentis, in cujus area est Crux patriarchalis introcusa cum basi, et rosulis eo modo; quo eadem in argenteo numulo bracteato in Tabulis supra memoratis occurrit. Hinc apparet, pro tenuissimis exigui diametri bracteolis, in monetae usum ruditer signandis, non opus fuisse forma chalybea, exsculptis figuris aspera, sed suffecisse aeneam, velut pro sigillis exprimendis, incisam, levique percussione mallei, ad impediendum videlicet, ne subtilissimae id-

genus nummulorum feriundorum lamellae rumpantur, dissiliantve. — 13.) *Nyustae* in Kis Hontensi Comitatu privata Collectio patriorum ex quovis metallo numismatum apud Spect. D. PETRVM KVBINYI, Philologum eruditum, cujus mentio fit in praemisso Dissertationis Specimine. — 14.) Plures aliae privatae Collectiones numismaticae in Hungaria, quarum cum laude meminere duo celeberrimi rerum patriarum Scriptores D. Joh. Christianus *Engel*, et Ludovicus *Schedius* in opere periodico *Zeitschrift T. V. p.* 83. *et seq.* nimirum *Lomnici* (Gross-Lomnitz) in Scepusio apud D. de SCHNEIDER; *Igloviae* apud D. Seniorem CZIRBÉSZ. *Posonii* apud D. Danielem CRVDY Superintendentem, et apud D. BEIGLER. *Pestini* apud Spect. D. Nicolaum JANKOVICS, et apud Cl. ac Rev. P. Steph. SZÜTS e Scholis Piis, in Regia Scientiarum Vniversitate Pestana Philosophiae Professorem P. O. nec non apud D. Steph. KVLTSÁR. Quibus accensendus est D. ELSZASSER civis Pestinensis, apud quem non modo complures raros Numos Hungaricos, verum etiam majorem expectatione copiam veterum Numismatum graecorum reperias. — *Numophylacium Klimonianum Quinque Ecclesiense*, ex quo complures raros Numos in *Notitia Rei Numariae Hungaricae* recensui, non extat amplius, paucis abhinc annis furto sublatum. — Collectio Numaria *P. Stephani Kaprinai*, quam Episcopus *Palma* in suo Specimine Heraldico, supra

citato, p. 34. laudat, ab illius obitu Tirnavia ad sacrum Pannoniae montem migravit, atque in Monasterio sancti Martini conservabatur, hoc autem sublato Vindobonam translata fuit. — *Godofredus Schwarz*, in *Specimine Rei Numariae e medio aevo*, refert, se Posonii vidisse abundantissimam supellectilem numariam Illustris viri *Engelberti Kempelin*, Tricesimae Regiae Praefecti; quonam haec devenerit, non memini me legisse.

LIBRORVM,

de Numis Hungaricis, ac Transilvanicis agentium Elenchus.

Agnethler (Mich. Gottl.) Numophylacium Schulzianum digessit, descripsit; commentariis illustratum edidit. — Lips. 1746. in 4. cum praefat. Schmeizelii, et Tab. aeneis.

Agricola (Georg) De Mensuris, et ponderibus Libri V. Basileae 1550—53. fol. Libro III. p. 291. et seqq. agitur de Numis argenteis in Pannonia superiore a *Ferdinando I.* signatis, et p. 306. de Aureis Hungaricis.

Aletophili (Christ.) Briefwechsel über eine seltene Goldmünze des Fürsten Sigism. Báthori. Vid. *Hannov. Anzeig.* 1753. p. 383—392.

Anzeigen — aus k. k. Erbländern von einer Gesellschaft. 6 Jahrgänge. Wien 1771—76. in 4. Ad rem Num. Hung. spectant: a) *über* die Numismatik von Vngarn. Tab. IV. p. 11—57. b) *Anmerk.* über die auf den Ung. Münzen vorkommende Buchstaben T. V. p. 49. et seq. c) *Schlegel*, Entwurf einiger biblischen Sprüche und Historien auf Ungr. Siebenb. Medaillen. T. IV. p. 67. 97. 121. et

seq. d) *Über* einige Ung. Siebenb. Groschen. T. IV. p. 181—191. e) *Über* einen alt. ungr. Denarius — Silb. Münze Belae Ducis — Kupfermünze Andreae II. und Belae IV. T. II. p. 84. 97. 113. f) *Über* silberne Münz. Caroli Rob. — Matthiae Corvini dessen schlesische Münz. — Ferd. I. Gemahlin Anna, — Matthiae II. Krönungsmünze. — Christoph. Báthori Ducat. — Elisab. Botskai Gedächtniſs Münze T. IV. p. 49. 65. 81. 105. 153. 177. 353. 377. g) *Über* Dukaten Caroli Rob. Ludov. I. Mariae I. Ludov. II. — Krönungsmünzen Ferd. II. und Ferd. III. Dukat. Steph. Báthori. Kupf. Denkmünze Castaldi — Goldmünz Joannis und Michaelis Vajvod. von d. Vallach. — dessen silbern. Denar. T. V. p. 3. 41. 73. 145. 201. 209. 249. 257. 297. 329. 337. 361. 377. 399. h) *Schau Münze* der h. Elisabeth. — 3 Dukaten Ludov. I. — dessen s. silb. Denar. — 2. Gedächtniss-Münz Lud. II. — Klippe Sigism. Báthori — 2. Ducat. Cath. Brandeb. — Gold- und silb. ovale Denkm. Georgii Basta. — Cronstädter Richters Weiss gold. Gedächtniss-Münze. T. VI. p. 3. 9. 57. 73. 81. 89. 113. 137. 193.

(Redactor periodici hujus Operis erat Consiliarius *Trstyanszky*.)

Ayrmanni (Christoph.) De Numis Ateulae, regi Attilae male attributis. Giessae 1739. 4.

Bauer (Georg.) Neuigk. für Münzliebhaber. Nürnberg. 1764—71. 4.

Bel (Car. Andr.) de *Maria*, Ludovici I. principe filia, Hungariae non Rege, sed Regina. Edit. 2. Lips. 1745. 4.

—— (Matth.) Notit. Hung. T. I. p. 570. Numus Pálfyo-Fuggerianus descriptus. Ibidem p. 604. de Numo inaugurati Gymnasii Posoniensis, Augustanae Confess. T. IV. p. 191. de Numis Rákotzianis.

Berg (Adam) Münzbuch. München 1597. fol. recus. ibid. 1604. fol. cum figg. continet varios Europae numos suo tempore usitatos, inter quos primae occurrunt monetae Hungaricae, ac Transilvanicae ruditer delineatae. Praemittuntur aliquot oboli, et denarii hungarici, quos *Graloşken* appellat, fors e Slavico vocabulo *Kralowski*, quod *regium* significat. Huic libro in exemplari Bibliothecae Hungaricae Széchényiano-Regnicolaris junguntur, 1) *Ferdinandi I.* neue Münz-Ordnung ann 1560. — 2) Verboth der Groschen und Dreyer des Johann Zapolya 1529. Wien fol. — 3) Verboth aller ungr. Dreyer. 1533. *ibidem* fol. Haec tria documenta sunt originalia.

Berneggeri (Matth.) Diss. de Regno Hung. Accedunt numismatum Hungaricorum aliquot icones. Argentorati 1629. 4. Idem liber et *Schödelio* Bernegeri discipulo tribui solet.

Bruckmann (Franc. Ern.) historia naturalis lapidis *numalis* Transilvaniae. Wolfenb. 1727. in Ejusd. Cent. Epist.

Conquesten (Siegreiche) von 1716 bis 1717. wider den Türcken in Hungarn cet. mit Kupf. s. l. 1717. in 12.

Eccard (I. G.) de Numis Attilae, Hunnorum Regis. In Actis erud. Lips. ann, 1720. p. 214. seqq.

Eder (Jos. Car.) Nachricht von einigen seltenen unlängst ausgegrabenen Siebenbürgischen Münzen. *In Zeitschrift* T. I. p. 87—92.

Erläuterung der Medaillen unter M. Theresia. Wien 1772. 4.

Erläuterung der Gedächtnissmünze des Friedens. 1664. s. l. et a. 4.

Fridválszky (Joan.) Minerologia Magni Principatus Transilvaniae cum fig. et icon. Claudiop. 1767. in 4. ubi et de Lapide numali.

Hagelstein (Dav. Tomani) Acta publica monetaria. Augsburg 1692. fol.

Hagen (I. G. F.) Conventions Münz-Cabinet. Nürnberg 1771. in 8. Hungaricae monetae occurrunt p. 13—17. Transilvanicae p. 186. seqq.

Heraeus (Car. Gustav) Explicatio Numor. Caroli VI. s. l. in 4.

— — Carolo VI. regnum auspicatum — cum icone cusos in memoriam Coronationis numos referente. Vien. 1711. fol.

Herrgott (Marquard) et *Rusten-Heer* Numotheca Principum Austriae. Friburgii Brisgov. 1753. fol. max.

Hirsch (Joh. Christoph.) des deutschen Reichs Münz-Archiv. Nürnberg. 1756—59. Tomi VI. ubi simul non pauca occurrunt ad rem monetariam Hung. spectantia.

— — Der Schlüssel zu dem teutschen Reichs Münz-Archiv. ibidem 1766. in 4.

Jacobs (Frid. Wilh.) Sammlung verschiedener merkwürdiger — — Thaler. Gothae 1735. in 8.

Jaenichii (Petr.) Meletemata Thorunensia — Thorunii 1731. Tomi III. in 4. in T. I. Diss. de Grossis Pragensib.

Joachim (Joh. Frid.) Groschen-Cabinet XI. Faecher, nebst 2 Supplem. Lipsiae 1749—52.

— — Münz-Cabinet 2 Th. ibid. 1761—64. in 4. In utroque Opere complures reperiuntur Numi Hungarici ac Transilvanici illustrati.

Kaprinay (Steph.) Histor. diplom. Matthiae I. Hunyadi. Vindob. 1747. in 4. cum aliquot iconib. Num. hujus Regis.

Köhler (Jo. Dav.) Münz-Belustigungen. Nürnberg 1719—1750. XXII. Th. in 4.

Köhler (Joh. Tob.) Ducaten-Cabinet. Hannover 1760. 2 Th. in 8.

Köleseri (Sam.) Auraria Romano-Dacica. Editio altera curante *Seivert* Pos. 1780. in 8.

Kriegs-Theatrum Hungarisch-und Venetianisches. Lips. 1717. in 4. cum Numis in memoriam victoriarum de Turcis relatarum.

Kundmanni (Joa. Christ.) Numi singulares. Breslau 1734. in 4.

Liebknecht (Jo. Georg) bina SS. Elisabetharum in Hassia memoria monumentis, ac *numis* declarata. Giessae 1729. in 4.

Lilienthals (Mich.) auserlesenes Thaler-Cabinet. Königsb. 1730. ibid. recus. 1735. et 1747. in 8.

Luckii (Jo. Jac.) Sylloge numismatum elegantiorum — Argentinae 1620. fol.

Madai (Dav. Sam.) vollständiges Thaler-Cabinet. Königsb. u. Halle 1765—74. in 8. PP. III.

Mader (Jos.) Kritische Beyträge zur Münzkunde des Mittelalters. Prag. 1803. p. 94. seq. de Numis Regis Belae.

Magazin (Ungrisches) herausgegeben von Windisch. Presbürg. 1781—87. Tomuli IV. in 8. De Numis Hung. agitur *T. I. p.* 107—114. Anmerk. über d. Buchstab. auf Münzen. — *T. III. p.* 110. 165. *Cornides* Erläuterung einer ungr. Münze aus d. XII. Jahrh. — Denkmünze Ludwig d. II. — T. IV. p. 94—105. et 407—414. Castaldi Kupf. Denkmünze — Joa. Mich. Vaiv. v. d. Wallach. Goldmünze.

Mellen (Jac.) Series Regum Hung. e Numis aureis. Lubecae 1699. 4.

— — mit Anmerkungen von G. H. Burghardt. Breslau 1750. in 4.

— — Sylloge numorum uncialium Lubecae. 1698. 4.

Monnois en Or du Cabinet Imp. a Vienne avec Suppl. Vienne 1759—69. fol. max.

— — en Argent. ibidem 1769. fol. max. Auctor *Du Val.*

Mülmann (Joa.) Apparatus numismatum. Lips. s. a. in 8. *germ.*

Numi triumphales sub Leopoldo I. et Josepho I. cum iconibus. Viennae 1705. in 12.

— — Caroli VI. et Elisabethae, Viennae cusi, breviter descripti cum iconibus. Ibidem 1728. in 8.

Palma (Franc. Car.) Heraldica Hung. Vindob. 1766. in 4. cum Tabb. etiam Numism.

— — Abhandlung v. den Titeln und Wappen. — Vienn. 1774. in 8. ubi et Numus coronationis Posoniensis *Matthiae II.* illustratur.

Pejackevich (Franc. Xav.) Hist. Serviae (Numi Vrosii, Caroli Rob. cet.) Colocae 1799. fol.

Quartalschrift Siebenb. VI Bände. Hermanstadt 1790—98. in 8. In T. III. Numus Anti-Rakocianus. — Erklärung der Buchstaben auf Siebenbürg. Münzen. T. V. p. 333—336.

Riedner (Geor. Nic.) Verzeichnifs d. v. 1679 —1775. in Nürnberg geprägten hist. Münzen. Nürnberg 1776. 4.

Rosnak (Mart.) de imaginibus Deiparae in Numis Hungaricis, extat in editione altera Xysti Schier de Bibliotheca Budensi Matthiae Corvini. Vienn. 1766. in 4.

Rüder (I. P. C.) Beschreibung d. Nothmünzen. Halle 1791. in 8.

Schau- und Denk- Münzen, welche unter der glorwürdigen Regierung der Kayserin Königin Maria Theresia gepräget worden sind. Wien 1728. fol. germ. et gall.

Schmeizel (Mart.) Erläuterung Gold- und Silberner Münzen von Siebenbürgen: herausgegeben von Agnethler. Halle 1748. in 4.

— — Ejusd. Bibliotheca, cui accedit antiquorum, et recentiorum numismatum descriptio. Ibid, eod. ann. in 8.

Schönwisner (Steph.) Notitia Hung. Rei Num. Budae 1801. in 4.

— — Über die ungrischen Blechmünzen. — Zeitschrift T. I. p. 372—378.

Schwarz (Godofr.) Rei Numariae e medio aevo Specimen. Osnabrugi 1747. in 4. continet dissertationem de Numis aereis Belae IV. et Stephani V.

— — Samuel Rex Hung. qui vulgo Aba audit — — tam nomini, quam populo suo restitutus. Lemgoviae 1761. in 4.

Simonchich (Innoc. e S. P.) Diss. de Numismatica Hungariae, Diplomaticae accommodata. Vienn. 1794. in 8.

— — De Floreno *Longo* apud Joannicium Basilovios de Fundat. Koriatovichiana. T. II. p. 245.

— — De Florenis, et denariis Corvinianis apud Cl. Jos. Aloys. Kereſztur: in descriptione



Fundat. episcopat. et capituli M. Varadin. p. 297—315.

Sommer (Frid. Wilh.) das glückselige Haus Oesterreich cet. Breslau. s. a. in 4. p. 94—104. est Carmen latinum cum Numis Caroli VI.

Stipsics (Aloys. Emm.) Erläuterung einiger seltenen Münzen aus dem Antiquitäten-Kabinete der k. Vniversität in Pest. *Zeitschrift p.* 21—30.

Thaumantii (Steph.) neu aufgegangene Glücks und Majestät-Stern des Königreichs Ungarn. Nürnberg 1688. in 4. cum Leopoldi I. et Josephi I. Numis.

Weszprémi (Steph.) Biographia Medicorum Hungariae, in qua complures Numi Hungarici describuntur. *Centuria I.* Lipsiae 1774. *Centur. II.* Vienn. 1778. et aliis annis in 8.

— — Magyar Országi öt különös Elmélkedések. — IV. Némelly régi Magyar Királyoknak ritka Pénzeikröl. Posonyban 1795. in 8.

SYLLOGE

Constitutionum aliquot monetalium, et metallicarum Regni Hungariae.

Ex Mss. Bibliothecae Hungaricae Széchényiano-Regnicolaris nunc primum editarum.

I.

MARIA Regina, LUDOVICI I. filia, jubet Posonii cudi monetam argenteam *Quarting*, seu *Firling* praescriptae legis, ponderis, valoris, atque typi.

Nos MARIA Dei Gratia cet. — committimus, quod iidem cives nostri Monetam nostram argenteam minorem, vulgo *Quarting*, seu *Firling* appellatam, sic, et eo modo, ac sub liga. aut forma, prout eadem moneta nostra in Camara Crempniczensi, et etiam in aliis Camaris nostris, de nostrae Majestatis, Praelatorum, et Baronum unanimi Decreto superinde facto, cuditur, cudi faciant, et laborari. Ipsa siquidem moneta nostra minor *Quarting* vocata taliter, et sub tali liga cudi debet, quod ad quamlibet marcam argenti fini singuli, septem marcae cupri addi debent et admisceri, et de unaquaque marca tali mixta quingenti denarii cudantur, et laborentur, eademque mo-



neta nostra ex una parte habebit Crucem duplicatam, ex alia vero parte Coronam, seu formam coronae, et denarii quadringenti ejusdem junioris monetae pro uno floreno auri cursum habeant, et recipiantur. Item disposuimus, quod inprimis pro inchoatione hujus cusionis monetae nostrae, et ad emendandum argentum, ac cambium faciendum nos mille ducentos florenos auri, ipsi etiam cives nostri modo simili mille ducentos florenos similiter auri, qui simul computando faciunt bis mille quadringentos florenos auri, dabimus, quae quidem Summa semper in Camara nostra pro praemissis expediendis debet remanere. Et quidquid lucri fuerit in moneta, de hujusmodi lucro ipsi Cives Posonienses coram M. fidelibus nostris Stephano, et Georgio Rozgon Comitibus nostris Posonienssibus debitam facient relationem, habitaque hujusmodi ratione, medietatem talismodi lucri, vel ex Cambio proveniente, praeattacti Comites tollere debent semper et levare, aliam vero medietatem ejusdem lucri memorati cives nostri ad se tollere et recipere, ac pro re publica et communi bono exponere debebunt, tandemque de dispositione et expositione hujus singulis quatuor temporibus anni praeattactis Comitibus vel aliis nostris officialibus plenam rationem dare tenentur. — — —

II.

II.

A. C. 1401. *Sigismundus* Rex declarat, Monetarios suos a solutionibus exemptos ac liberos, demptis solummodo collectis, et censibus de ipsorum haereditatibus: eosdemque Judicatui solummodo Regis, aut Comitum Monetarum Regiarum subesse.

Sigismvndvs Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae cet. Marchio Brandeburg. cet. Fidelibus suis universis, et singulis Comitatuum, status, gradus, et conditionis, praeeminentiae hominibus, signanter Judicibus, et civibus quarumlibet civitatum, in quibus Monetae nostrae cuduntur, salutem et gratiam. Pro parte Universitatis Fidelium Monetariorum nostrorum Nostrae datur Majestati intelligi; quod licet ipsi a solutionibus Taxarum, et quarumlibet Solutionum, demptis solummodo Collectis, et Censibus de haereditatibus ipsorum, more et ad instar haereditatum aliorum concivium administrandis, exempti sint, liberi, et absoluti, insuper quod ipsorum nullus Regni nostri Judicum, praeterquam Majestas Nostra, aut Comites Monetarum nostrorum pro tempore constituti, ipsos judicare debeat, neque possit, prout superinde Literas demonstrarunt se habere efficaces, tamen vos in Taxis, et aliis solutionibus, super eos quoquo modo impositis, aut imponendis, ipsos Monetarios nostros connumerando, ab ipsis hujusmodi Taxas et solu-

tiones petere, et recipere, ipsosque judicare, et vestro adstare Judicatui niteremini, et velitis. Unde cum Nos eosdem nostros Monetarios contra hujusmodi eorum libertates impedire non volumus, neque quomodolibet aggravare, igitur Fidelitati vestrae, et cuilibet vestrum firmissime praecipimus, Regioque sub Edicto omnino volentes, quatenus a praefatis nostris Monetariis nullas Taxas, aut alias solutiones super eos quomodolibet imponendis petere, postulare, et exigere, ac recipere praesumatis, sed ipsos ac eosdem juxta praemissam eorum libertatem liberos, et exemptos penitus relaxando, de haereditatibus tamen ipsorum collectas consuetas, et census congruos, sicut alii concives vestri licite solvere, et administrare debeant, et tenentur; de quibus ipsos excipere nolumus, neque supportare. Si qui enim vestrum contra eosdem Monetarios nostros, aut aliquem ipsorum quidquid actionis, vel causae haberet, aut habuerint, hi iidem coram Majestate Nostra, aut Comitibus Monetariorum nostrorum judicium consequantur juxta libertatem Monetariorum nostrorum praefatorum. Ex parte quorum per Nos, aut dictos Comites nostros cuilibet querulanti moti juris, justitiae exhibebitur complementum. Secus igitur in praemissis, sub obtentu Gratiae Nostrae nullatenus facturi. Praesentes insuper post lecturam semper jubemus reddi praesentanti. Datum Tyrnaviae in Festo Beati Antonii Confessoris, Anno Domini 1401. *)

*) Haec, et sequentes Constitutiones usque ad N. XXVIII. descriptae fuerunt in Archivo Liberae Regiaeque civitatis Cremnicensis, collataeque cum Originalibus cum subscriptione Jurati Ordinarii Notarii.

III.

1405. Idem Rex Minerarum effossionem cuique liberam, etiam in civitatibus montanis, admittit.

Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae cet. Marchio Brandeburgensis &c. Sacri Romani Imperii generalis Vicarius, et Regni Bohemiae Gubernator, memoriae commendamus per praesentes, quod cum Nos dudum inter certa, quae in Regno nostro dispensationis, et prudentiae nostrae Regiae, quam gubernaculo debito et spontaneo fovent, et ex hoc continuum recipiunt incrementum, de his et aliis singulis sagaciter disponere volentes, ex augmento Majestatico sincere accepta, et in archivario nostrae mentis disposita, modum augendi mineras quascunque sive in auro, sive argento, sive alio quocunque metallo existant, sicut invenire, inventorumque sortem et laborem sperantes salve conservare, hanc gratiam generalem omnibus liberaliter duximus faciendi, quod liceat quamlibet honestam personam, ad quaerendas, et effodiendas mineras aptam, in universis Montanis nostris ubilibet in Regno nostro habitis et existentibus videlicet Cremnicia, Schemnicia, Königsberg,

Bacabania, Bistricia, et Libetha, cum omnibus pertinentiis earundem, et tam in antiquis montium foveis, quam novis factis, vel faciendis apertis, vel clausis aquae potentia, aut alias casualiter obstructis arte seu ingenio hominis cujuscunque alias casualiter obstructis mineras quaerere et effodere quascunque, et in hujus gratiae ampliorem favorem decernimus, statuimus, et declaramus praesentium vigore, quod nullus contra dictarum minerarum inventores a die inventionis hujus minerae computando usque ad continuum unum annum, signanter Feudarius et in vulgari theotonico Leuhauer dictus, incutiendo, vel fodiendo quidcunque valeat, seu praesumat attemperare, quominus dictae minerae inventor opus inceptum cum sumptibus, et labore perficere possit, ipsas mineras effodiendo vel alias utiliter dirigendo libertate praedicti unius anni liberaliter fructum, harum nostrarum testimonio literarum. Quapropter fidelibus nostris prudentibus viris Jacobo de Batha alias de forodna, Comiti urburarum nostrarum, ac Andreae Holalbrecht dicto urburarum nostrarum Stansori constituto, et constituendis, Regio nostro sub Edicto committimus, et firmiter mandamus, quatenus per amplius, quascunque honestas et nobiles personas ad quaerendas, et effodiendas mineras praeattactas in dictis locis et foveis antiquis et novis apertis, et clausis, factis, et faciendis, admittere pacifice, et admissos auxilio et consilio ac favore

promovere, et prosequi fideliter debeatis continue assistendo, et contra dictos Feudarios defendendo nostrae Majestatis in persona, sicque praedictae nostrae montanae per augmentum minerarum increscere videantur, de vestraque fidelitate et diligentia in praemissis poterit constare in nostrae Majestatis conspectu. secus non facturi. Datum in Königsberg feria quinta proxima post Festum Purificationis B. M. V. gloriosae. A. Domini Millesimo quadringesimo quinto.

IV.

1425. Idem Rex prohibet auri, et argenti per extraneos coemptionem, et evectionem, immo etiam indigenis vetat questum auri, atque argenti sic dicti liberi, excepta civitate Cremnicensi, jubetque horum metallorum liquefactiones, et separationes solummodo in Gaza, seu loco Regia auctoritate ad id deputato peragi.

Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus cet. Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae cet. Rex fidelibus nostris universis, et singulis Comitibus urburarum nostrarum regalium de Cremnicia, nec non Judici, et juratis civibus totique communitati de eadem. tam praesentibus, quam futuris praesentium notitiam habituris salutem, et gratiam. Ad nostrae latius deductum est audientiam Majestatis, quod displicenter percepimus, quomodo nonnulli forent homines forenses scilicet

et alienigenae in vulgo theutonicali Forleger nuncupati, qui pecunias eorum pro auro, et argento libero in Montanis nostris ibidem habitis proventibus nostris montanisticis ibidem existentibus concederent, per hujusmodi pecuniae eorum concessionem hujusmodi aurum, et argentum liberum praescriptis usurpando, et de Regno nostro educendo Majestati nostrae, consequenterque ipsis montanis, et civitati nostris damna non modica irrogarent, et inferrent; cum autem nos hujusmodi aurum, et argentum liberum per praedictos homines forenses et alienigenas praescriptis usurpari, et de hoc Regno nostro Hungariae educi non velimus, quin potius lucrum, quod in emptione eorundem provenit, per incolas et montanistas dictae nostrae civitatis percipi, ac in reformationem et utilitatem ipsarum montanarum et civitatum nostrarum converti intendamus, igitur fidelitati vestrae Universitatis, et cuilibet vestrum firmissime praecipimus, et mandamus, aliud nequaquam habere volentes, quatenus agnita praesentium notitia, a modo in posterum praedictos homines forenses, et alienigenas, qui hujusmodi aurum, et argentum liberum per praemissae pecuniae eorum concessionem per se emerent, usurparent, et de isto Regno nostro Hungariae educerent, in vestris domibus et habitationibus, nec non vestro in medio fovere, et conservare nullatenus praesumatis: immo ipsos forenses et alienigenas de concessione, indigenasque a re-

ceptione talismodi pecuniae, quo ad credentiam, et alio quocunque modo fiendam strictissime authoritate nostra, vobis in hac parte praesentibus concessa, et attributa, prorsus et per omnia inhibeatis, quoniam nedum hujusmodi forenses homines, et alienigenas, verum etiam omnes alios, immo etiam et vos Comites vestrosque officiales, et familiares, exceptis vobis dictae civitatis et montanarum nostrarum inhabitatoribus, ab emptione, et questu hujusmodi auri et argenti liberi volumus habere penitus prohibitos in hac parte, his tamen per expressum declaratis, quod hujusmodi aurum et argentum de dictis montanis proveniens, quod debet ab invicem separari, nullibi confluat, neque comburatur, nisi in Gaza, seu in loco, authoritate nostra Regia per Comitem ipsarum urburarum nostrarum pro tempore constitutum ad id deputato, vulgo Brenn Gaaden vocato, ut deinde mox et in continenti portetur ad finatorium, seu separatorium, consequenterque Comiti dictarum urburarum nostrarum, vel ejus subditis, et ibidem pro qualitate, quantitate, et valore argenti more solito cum pecunia per Comitem dictarum urburarum nostrarum pro tempore constitutum, vel ejus Officiales creditori satisfactio impendatur, aurum vero a dicto argento separatum eidem Creditori in specie restituatur in effectu." Secus igitur nequaquam facere ausuri in praemissis, prout nostram gravissimam indignationem incurrere formidatis,

praesentibus perlectis exhibenti restitutis, jugiter. Datum in Thata feria secunda proxima ante Festum Ascensionis Domini, Anno ejusdem Millesimo Quadringentesimo Vigesimo Quinto, Regnorum nostrorum anno Hungariae 39-*no* Romanorum 15-*to* et Bohemiae 5-*to*.

V.

1427. Regina Barbara, Sigismundi Conjux, jubet inquiri in Monetarios, qui ferebantur aliis dedisse ferramenta pro falsis monetis cudendis, delectosque capi, et puniri.

Barbara von Gottes Gnaden Römische, und zu Ungarn cet. Königin. Getreuen Lieben, Wir haben vernohmen, wie etlich Münzer an der Kremnitz seyn, die Münz-Eysen austheilen, und geben, damit falsche Münze geschlagen werde, das uns gar unrecht, und unbillig bedunket; und wann aber unser Graff daselbst an der Kremnitz derselben — — — der solches Eysen ausgetheilet hat, in seiner Fängnüsse hat, und dem wissentlich seyn soll, welch die andern seyn, die solche Eysen auch gleicherweiss ausgegeben, und mitgetheilt haben, davon schaffen wir mit euch, und empfehlen ernstlich, und wollen, dass Ihr in Gegenwärtigkeit unsers Graffen, oder aber seines Anwalts, ob er selb nicht da wäre, den ehegenanten gefangen mit dem ersten gütlichen fraget, ob er auf andere könnt solch unbillige

Sach nicht bekennen, und wolt er aber dies nicht thun, so meynen wir, dafs Ihr ihn dann für sich — — — anziehen, und — — lasset, und auf wem Er dann bekennet, dafs Ihr dann mit sammt unseren Graffen, oder seinen Anwalt nach denselben greiffet, und zu Fängnifs bringet, und die auch dann gleich wen all — — — und frey lasset, dabey Ihr allweg unsern Graff oder sein Anwalt haben sollet, und wann die dann all bekennen, dafs Ihr Uns das eigentlich an einen Zettl verschrieben zusendet, und in dem Ihr — — recht für sich thut, und wiederfahren lasset, nachdem als sie dann bekannt und gleicherweiss übergeben haben, als recht ist, damit solch unbillich Sach gebessert, und gestrafft werde; das ist gänzlich Unsre Meynung. Geben zu — — — Ertag vor Philippi Jacobi. Anno 1427.

VI.

1440. Regina ELISABETH mandat Camergraffio suo Cremnicensi Conrado Polner, ut acus probatorias auri, longiore usu attritas, renovari, iisdemque probationes fieri curet.

Wir ELISABETH von Gottes Gnaden zu Ungarn, Dalmatien, Croatien cet. Königin, Herzogin zu Oesterreich und Marggraffin zu Mähren cet. Entbieten unsern lieben getreuen Richter, und Rath unser Stadt Kremnitz, unsere Gnad und alles Gutt. Uns hat fürbracht

unser getreuer Konrad Polner unser Kammergraff daselbst, und nach solchen seinen Fürbringen haben wir vernohmen, wie dafs die Nadeln, damit man das Goldt streicht, sehr abgenüzt seyen, und hingestrichen. Nun ist unsere ernstliche Meynung, und wollen auch, dafs der obgenante Kammergraf mit mehreren Wissen, dieselbigen Nadeln verneueren soll, und machen lassen von unserer Gulden Prob, die dann lange Zeit gesambt ist, und unter der Probierer Siegel liegt, wollen wir, dafs ihr dieselbigen Prob öffnet mit sambt dem Kammergraffen, und davon nembt, damit er die Nadeln verneuern möge, und das übrige zu unser Majestät Händen reichet, und darinn kein anders thut. Das ist unsere ernstliche Meynung. Geben zu Presburg am Freytag nach Francisci Anno Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo.

VII.

1441. Eadem Regina praecipit, ex nova moneta, quae Cremnicii sub Comitè Camerae Pollner hoc anno cuditur, ac deinceps cudetur, pro uno floreno auri trecentos denarios, obolos autem sexcentos ubique in Regno Hungariae acceptari, cursumque habere.

Wir Elisabeth von Gottes Gnaden Königin zu Ungern, Dalmatien, Croatien cet. Herzogin zu Oesterreich, zu Steyer, und Mark-

gräffin zu Mähren etc. Entbieten allen unseren getreuen Prälaten, Landherrn, Hauptleuthen, Burggraffen, Soldnern, Städten, Märkten, Dörfern, und ihren Amtleuthen, Richtern, Burgermeistern, Rathmännern, Gemeinen, Mauthnern, Zölleren, Dreyſsigern, und allen anderen unseren getreuen Unterthanen, dem der Brieff fürkommt, unser Gnad, und alles Gut lieben Getreuen. Als wir unserm lieben getreuen Comitem Pollner unserem brawen auf der Kremnitz unser Münz befohlen haben, die er dann jezt münzt, und auch hinfür münzen soll, der nicht mehr, dann drey hundert Pfenning der gröſseren, und zwy alsviel der kleineren einen ungrischen Gulden in Gold gelten sollen, und nicht mehr, alsdann unsere andere Brieffe ihm darüber gegeben klärlichen ausweisend. Darumb gebieten Wir euch ernstlich, und schaffen, daſs Ihr dasselb Geld überall in unseren Land zu Ungern an eur Werung und Wechsel dreyhundert der groſsen, und zwie als viel der kleineren nehmen, und euren Wechsel nindert anders, dann zu unser Kammer haben, und treiben sollet, und wer darüber begriffen wird, der solcher unser Geboth nicht hielt, der mag und soll der obgenante unser Graff mit Leib und Gut — — statt zu seinen Händen nehmen, und solche Übertretter darum büssen, und straffen — — und all Gewohnheit, und das wollen Wir an gewöhnlichen Städten offentwörtlich lassen — — und urkunden. Da-



rum thuet daran kein anders, das ist unser ernstlich Meynung. Gegeben zu Presburg am Montag nach unser lieben Frauen Tag Visitationis. Nach Christi Geburth Tausend vierhundert, und darnach in den Ein und vierzigsten Jahre. *)

*) In *Notitia Hung. Rei Num. p.* 325. editum est fragmentum aliarum Reginae *Elisabethae* Literarum, de cusis eodem anno 1441. in Camera *Posoniensi* aliis novae monetae denariis, quorum *ducenti et viginti* valebant unum florenum auri. — *Elisabetha* pro filio suo pupillo *Ladislao Posthumo* regnavit, hujusque, non autem suo nomine monetas signavit.

VIII.

1453. Ladislaus Posthumus Camerae Cremnicensi praescribit leges cudendarum monetarum suarum, aurearum, et argentearum.

Nos Ladislavs Dei Gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae cet. Rex, Austriaeque, et Styriae Dux, nec non Marchio Moraviae cet. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis; quod cum, sicuti ex informatione Consiliariorum nostrorum edocti sumus, Regnum nostrum Hungariae, et ejus Respublica, sicut ex ceteris in Nostri absentia eidem ingruentibus malis, sic non minus ex crebra mutatione, vilitate, et diversitate Monetarum, notabilia

suscepit damna, et incommoda multa: volentes ergo circumspectione debita, quemadmodum nostri Regalis officii debitum est, utilitati Reipublicae nostrae consulere; inter ceteras providas ordinationes, quas nuper in Congregatione Generali Praelatorum, Dominorum, et Nobilium dicti nostri Regni Hungariae Posonii celebrata, pro conservandis pace Regni, et statu Regio, ac procuranda utilitate Reipublicae fecimus de consilio, consensu, et collaudatione ipsorum Praelatorum, Baronum, et Nobilium Regni nostri, novas monetas in una, et eadem liga, in quibuslibet Cameris dicti Regni nostri Hungariae, sub modo et forma, ac conditionibus, et articulis, in Literis pro Comite, et Camerario uniuscujusque Camerae datis, expressis eundem decrevimus: immo decernimus praesentium per vigorem, nostro beneplacito perdurante. Et quia fidelem nostrum Magnificum Conradum Hezler Magistrum Hubarum Ducatus nostri Austriae, consentiente fideli nostro Magnifico Johanne Giskra Consiliario nostro, cui hoc anno proventus Camerae nostrae Cremniciensis pro suo Salario deputamus, in Comitem urburarium, et cusionis monetarum nostrarum dictae Camerae Cremniciensis, in qua utraque moneta nostra, tam auri scilicet, quam argenti cudi consuevit, vigore aliarum literarum nostrarum praefecimus, per eum, et ceteros, quos hoc negotium tangit, articulos infra scriptos volumus, et decernimus, ut Mo-

neta nostra aurea gradibus, numero, pondere, et armis, quibus tempore quondam Serenissimi Principis Domini Alberti Regis Patris nostri cusa fuit, in dicta Camera Cremniciensi cudatur, et monetetur, appositis tamen nomine nostro, et vestra nominis moderni Camerarii nostri — (*additum fuerit, Nota, vel litera.*) — — Quae quidem moneta aurea cusa, et in effectum deducta absque examinatione Judicis et Juratorum civium civitatis nostrae Cremniciensis praeattactae, nequaquam de Camera egrediatur, nec cursum habeat. Quam quidem monetam auream si dicti Judex, et Jurati in gradu defectum habere repererint, refundi faciant, et de novo cimentari, donec ad verum venerit gradum, si vero numero, seu pondere ejusdem monetae reperiretur defectus ex negligentia Monetariorum, eorundem expensis refundatur, et de novo monetetur. Praefatae vero monetae argenteae mixtura hoc modo fiat; quod uni marcae argenti fini admiscebitur, et apponetur una marca cupri, ex quibus duabus marcis sic mixtis cudi debebunt denarii formae albae mille trecenti, quorum ducenti denarii unum florenum auri valebunt, et pro floreno auri ubique per dominia nostra recipiantur. Forma et figura ipsorum denariorum ista fiet: In una parte imago sancti Ladislai Regis Hungariae chlamide regia sculpta, diadema in capite supra coronam, et securim in manu dextra, in sinistra vero pomum cum cruce, supra erecta

gerens, cum his literis, SANCTVS LADISLAVS REX, in circumferentia sculptis, habebitur: in alia vero parte sculpentur arma Regni nostri Hungariae praedicti, crux videlicet duplicata, et duae literae hinc, et hinc, quarum prima a dextra parte civitatis Cremniciensis praedictae, altera vero a sinistra parte crucis Comitis Camerae nominis prima litera est, in margine vero circumferentialiter sculpentur dictiones istae &c. videlicet Regis Hungariae &c. Ut autem ipsa moneta nostra argentea sub debitis liga et numero cudatur, commisimus, et praesentibus committimus summo Probatori nostro, ut ipse per se, vel per fidelem substitutum suum, una cum homine Archiepiscopali singulis fusionibus seu commixtionibus argenti, et cupri intersit, et in qualibet fusione de virgulis sumat duo pondera, seu piseta, quorum unum immediate probabit, alterum vero non probatum simul cum argento ex hujusmodi uno pondere probato resultante pro nostra Majestate servabit, nec prius de aere taliter confuso monetas cudi permittet, donec mixturam secundum limitationem praedictam sine fraude reperit esse factam, moneta vero cusa, probator ipse sumet de ea certum numerum denariorum, quorum medietatem immediate probabit, alteram vero medietatem simul cum argento ex hujusmodi moneta examinata resultante, similiter pro nostra reservabit Majestate: nec prius monetam ipsam egredi permittat de Camera, donec in numero

praetaxato sine excessu, et diminutione eam probaverit. Hoc excepto, quod modicus excessus, vel diminutio, puta usque ad numerum quatuor denariorum, non imputetur Camerariis, seu Monetariis, dummodo hoc contigerit sine dolo et fraude eorumdem. Notabunt etiam, et scribent Probator noster praedictus, et homo Archiepiscopalis, quo die talis fuerit proba, et quot marcae tunc cusae fuerint, et probatae. Decernimus etiam, quod si aliquando monetam falsam, et non in vera liga, vel pondere, seu numero cusam de Camera egredi contigerit, extunc sicut Camerarius, sic et probator noster ac homo Archiepiscopalis, qui hujusmodi ex officio advigilare habent, poena debita puniantur. Datum Viennae Feria 2. post S. Ascensionem. Anno 1453.

IX.

Eod. anno 1453. idem Rex praecipit acceptationem novae monetae suae, de cujus eusione in Camera Cremnicensi praecedentibns literis Regiis mandatum emanavit.

Ladislaus Dei Gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, cet. Rex, Austriaeque, et Styriae Dux, nec non Marchio Moraviae, cet. Fidelibus nostris universis, et singulis, Nobilibus, et alterius cujusvis status et conditionis hominibus Comitatus Nitriensis Salutem, et Gratiam. Quia sicut ex informatione Consiliariorum

riorum nostrorum edocti sumus, Regnum nostrum Hungariae, et ejus Respublica, sicut ex certis in nostra absentia eidem ingruentibus malis; sic non minus ex crebra mutatione, vilitate, et diversitate monetarum notabilia suscepit damna, suscepturaque esset, nisi eidem provisione debita remedium afferremus. Volentes ergo circumspectione debita, quemadmodum Regalis nostri Officii debitum est, utilitati Reipublicae nostrae consulere, sicut pridem constitutis nobiscum Posonii Praelatis, et Baronibus, ac pluribus Nobilibus praescripti Regni nostri Hungariae, habitaque cum eis superinde matura deliberatione, et sumpta collaudatione eorundem, novas et pares monetas in quibuslibet Cameris nostris per totum dictum Regnum nostrum Hungariae sub certa lega, pondere, ac forma, et conditionibus in aliis Literis nostris superinde editis expressatis cudendas decreveramus, ita et nunc decernimus praesertim in Camera nostra Cremniciensi. Ut igitur haec nostra dispositio suum sortiatur effectum, Fidelitati vestrae, et cuilibet vestrum strictissime praecipientes mandamus, quatenus a modo in posterum praefatas monetas nostras de novo praesertim in dicta Camera nostra Cremnicensi, ad quam vos in hac re pertinere dignoscimus, cudendas in medio vestri cursum suum habere, permittere, et acceptare, per easque, et non per antiquas monetas quaslibet emptiones, et venditiones vestras, ac

omnia commercia vestra facere, et exercere, immo dictas antiquas monetas ad dictam Cameram nostram Cremniciensem more alias solito importare, et commutare debeatis: secus facere non ausuri. Alioquin commisimus, et serie praesentium strictius committimus Fideli nostro Magnifico Conrado Höltzler Magistro Hubarum Ducatus nostri Austriae, ac Comiti urburarum, et cusionis monetarum nostrarum Camerae nostrae Cremniciensis, officialibusque, et familiaribus suis, ut ipsi vos, et quemlibet vestrum ad praemissa facienda per gravamina vestra alias solita compellere, hujusmodique antiquas monetas, per quas de cetero commercia vestra ubicunque fieri repererint, a vobis aufferre debeant, et teneantur. Praesentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Viennae Sabbatho proximo post Festum Ascensionis Domini, Anno ejusdem 1453. Regni autem nostri Anno Tredecimo.

X.

Aliae Literae ejusdem Regis eodem anno datae, quibus novarum monetarum cursus publicus praecipitur, priorum vero interdicitur, ad Cameras deferendarum pro commutatione consueta.

Ladislavs Dei Gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex, Austriaeque, et Styriae Dux, una Marchio Moraviae,

Fideli nostro egregio Pangratio de sancto Nicolao &c. Salutem, et Gratiam. Quia Nos certis, et rationabilibus ex causis, maxime Rem publicam ipsius Regni nostri Hungariae concernentibus, de collaudatione, et beneplacita voluntate Dominorum Praelatorum, Baronum, Nobiliumque, et civitatensium ejusdem Regni nostri Hungariae, pridem in Conventione Posonii celebrata Nobiscum existentium, decrevimus per totum ipsum Regnum nostrum, in omnibus Cameris cusionis monetarum cudi debere novam monetam sub lega, modo, forma, et conditionibus in aliis nostris literis superinde confectis, clare et per expressum contentis, atque monetari, quae jam his proximis diebus per officiales Camerarii nostri in Camera nostra Cremniciensi cudetur, et monetabitur. Ideo Fidelitati tuae firmiter praecipientes mandamus, quatenus dum et quando homines, et familiares Magnifici Conradi Helczler Magistri Hubarum Ducatus nostri Austriae, Camerarii dictae Camerae nostrae Cremniciensis, aut Officialium suorum praenominatorum Ostensores, cum talismodi nova nostra moneta cudenda ad tenutas, oppida, ac villas suas advenerint, eosdem, et eorum quemlibet favore debito prosequi, ac eis consilio, et auxilio adesse, hujusmodique monetam in eisdem tenutis, oppidis, et villis tuis promulgare, ac proclamare, nec non omnia commercia per ipsam novam nostram monetam, et non per antiquam a die hujusmodi promul-


gationis fiendae per omnes subditos tuos fieri, et exercere, praedictam etiam priorem, seu antiquam monetam ad Cameras cusionis ipsarum monetarum nostrarum, causa commutationis more alias consueto, per eosdem tuos subditos importari facias, protegendo eosdem, si necesse, et opus fuerit, dum per ipsos, vel aliquem eorum, requisitus fueris, ab omnibus ipsos impetere, vel quoquomodo turbare, aut impedire, verbo vel facto machinantibus: et aliud pro nostra gratia non facturus. Praesentibus perlectis semper Exhibenti restitutis. Datum Viennae Sabatho proximo post festum Ascensionis Domini, Anno ejusdem 1453. Regni autem nostri anno tredecimo.

XI.

De eadem moneta mox a die promulgationis acceptanda aliae ejusdem Regis Literae eodem anno ad cives Cremnicienses datae.

Nos Ladislaus Dei Gratia etc. (*uti supra*) Vobis Fidelibus nostris circumspectis Judici, et Juratis Civibus Civitatis nostrae Cremniciensis harum serie firmiter praecipientes mandamus, quatenus dum et quamprimum per Fidelem nostrum Magnificum Conradum Hölczler Magistrum Hubarum Ducatus nostri Austriae Comitemque urburarum, ac Camere cusionis monetarum nostrarum Cremnicensium, aut suos of-

ficiales praesentium vigore requisiti fueritis, ad statim et in continenti ad locum fori consuetum ipsius vestrae Civitatis, ubi scilicet alias promulgatio seu proclamatio recipiendae novae monetae fieri consuevit, accedere, et novam nostram monetam, quae jam in proximo in dicta Camera nostra Cremniciensi cudetur, et laborabitur, servata consuetudine in talibus ab antiquo tenta, palam et manifeste proclamari, ac promulgari faciendo omnes emptiones, et venditiones, ac imprimis commercia in ipsa civitate vestra et ejus pertinentiis per ipsam novam monetam nostram, et non priorem, ac antiquam in antea fieri, exercereque, et peragere faciatis, immo ipsam priorem, seu antiquam monetam per omnes cujuscunque conditionis homines tam extraneos, quam Forenses, quam etiam in ipsa civitate nostra Cremniciensi, et ejusdem pertinentiis praedictis ubilibet commorantes ad praedictam nostram Cameram pro commutatione talismodi novae monetae pro eadem more consueto fienda sub poenis et gravaminibus solitis, ac ab antiquo tentis nostrae Majestatis in Persona importari committendo. Secus non facturi. Praesentibus perlectis Exhibenti restitutis. Datum Viennae Sabatho proximo post Festum Ascensionis Domini. Anno ejusdem 1453. Regni autem nostri anno tredecimo.



XII.

Idem Rex eodem anno prohibet plumbi venditiones, et cum eodem negotiationes sine indultu Comitum urburarum et cusionis monetarum.

Ladislavs Dei Gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae cet. Rex, Austriaeque et Styriae Dux, nec non Marchio Moraviae etc. Fidelibus nostris universis, et singulis cujusvis status, et conditionis hominibus, quibus praesentes ostenduntur, Salutem et Gratiam. Certa relatione didicimus, qualiter plerique essent ex vobis, qui praeter voluntatem, ac annuentiam Comitum urburarum, et cusionis monetarum Camerae nostrae Cremniciensis, aut eorundem officialium pro tempore constitutorum, plumbum venditioni exponere, ac cum eodem diversas hinc inde assueti essetis facere negotiationes, et exercere, quod in notabilem diminutionem proventuum hujusmodi Camerae nostrae Cremnicensis, damnumque dictorum Comitum, et Officialium eorundem manifestum cedere dicitur evidenter. Quod cum nos id in antea fieri nullo modo velimus, ideo Fidelitati vestrae Universitatis et vestrum quemlibet harum serie firmiter praecipientes mandamus, quatenus a modo deinceps nullus omnino vestrum hujusmodi plumbum sine scitu, voluntate, annuentiaque, et permissione Fidelis nostri Magnifici Conradi Holczler Magistri Huba-

rum Ducatus nostri Austriae, nec non moderni Comitis praescriptorum Urburarum, et Camerae Cusionis monetarum nostrarum Cremniciensium, aut officialium suorum hujusmodi plumbum venditioni exponere, vel aliquas negotiationes aliquatenus facere, et exercere praesumat cum eodem sub poena ablationis, et ammissionis talismodi plumbi, ac etiam aliarum rerum qualiumcunque, quas pro eodem plumbo admutaverit, per ipsum Comitem dictae Camerae nostrae Cremniciensis, aut officiales, et familiares suos, per eum ad id deputandos fiendae. De quo tandem quilibet talium non nostrae Majestati, sed sibimet poterit non immerito imputare. Praesentibus perlectis Exhibenti restitutis. Datum Viennae Sabatho proximo post Festum Ascensionis Domini, Anno ejusdem 1453. Regni autem nostri anno tredecimo.

XIII.

Ejusdem Regis eodem anno datum Mandatum, ne quis pro uno auri floreno plures quam ducentos denarios novae monetae exigere, aut recipere audeat.

Ladislavs Dei Gratia &c. *uti in prioribus literis*, Fidelibus nostris universis, et singulis, Praelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus, et alterius cujusvis status, et condi- ditionibus possessionatis hominibus, ac eorum officialibus; item civitatibus, oppidis, et vil-



lis ipsarumque Rectoribus, Judicibus, et Villicis, praesentium notitiam habituris Salutem et Gratiam. Non modica cum displicentia percepimus, quod vos, vestri Jobagiones, ac Mercatores in vestrum medio residentes, novam monetam regiam, quae in Cremnicia, et aliis Cameris nostris cuditur, non juxta nostrum generale Decretum, per nos, ac Praelatos, et Barones nostros superinde editum singulos ducentos denarios pro unoquoque floreno in negotiationibus, rerumque, et bonorum emptionibus, et venditionibus, ac in cambiis. et commutationibus, sed juxta libitum vestrum, et eorundem, ducentos et quinquaginta denarios, vel citra — — — in vilipendium hujusmodi nostrae monetae, contemptumque praefati nostri Decreti, atque nostrorum Mandatorum, vobis superinde plerisque vicibus directorum, satis magnum. Et quia nos hujusmodi monetam juxta praedictum nostrum Decretum in suo valore praedicto, videlicet ducentos denarios pro uno floreno auri in Regno nostro Hungariae ubique cursum habere, et recipi volumus; ideo Fidelitati vestrae firmiter praecipimus, et mandamus, quatenus nostro alio Mandato superinde non expectato, a modo imposterum sine omni recusa, et dissimulatione aliquali in omnibus negotiationibus vestris praescriptis non plus, nisi pro unoquoque floreno auri ducentos denarios recipere, nec florenum auri ultra ipsum numerum dare, et cambiare,

aut dari, et cambiari facere praesumatis, aliquomodo contra facientes autem vobis committimus per praesentes Comitibus illorum Comitatuum, in quibus hujusmodi Mandata nostra observata non fuerint, ut per occupationes Possessionum, et alia gravamina, alias in talibus observari solita, vos ad id compellant, et adstringant, nostra in Persona, et authoritate ipsis praesentibus in hac parte attributa mediante. Aliud ergo facere non ausuri Gratiae nostrae sub obtentu, praesentesque perlectas reddi mandamus Praesentanti. Datum Viennae Sabatho proximo post festum Visitationis Beatae Mariae Virginis. Anno Domini 1453. Regni autem nostri Anno Quartodecimo.

XIV.

1456. Ejusdem Regis mandatum de urbura minerarum, ut Cives Cremnicenses octavam tantum mineralium suorum partem ad Cameram Regiam Cremnicensem deferant, ac solvant, more aliarum Civitatum montanarum.

Ladislavs Dei Gratia Hungariae etc. (*ut in praeced.*) Fideli nostro egregio Joanni Constorfer Comiti, et Camerario Camerae nostrae Cremniciensis, suisque Vice Comitibus, ac Vice Camerariis, seu Officialibus nunc constitutis, et in futurum constituendis Salutem, et Gratiam. Quia nos ex certis, et rationabilibus ex causis fidelibus nostris civibus, populis, incolisque

et inhabitatoribus civitatis nostrae Cremniciensis montana nostra inibi colentibus, id de gratia speciali duximus annuendum, et concedendum, immo annuimus, et concedimus per praesentes, ut ipsi Cives, ac quilibet eorum durante nostro beneplacito urburas, seu proventum montanarum ad praescriptam Cameram nostram solvere debeant eodem modo, prout et quemadmodum hujusmodi urburae, et proventus in aliis civitatibus montanarum nostrarum regalium solvunt, puta octava parte mineralium ad ipsam Cameram nostram Cremniciensem solvere valeant, et possint administrare, ideo fidelitati vestrae firmiter praesentibus committimus, quatenus a praefatis civibus, populis, incolisque et inhabitatoribus praeattactae Civitatis nostrae Cremniciensis, ac quolibet ipsorum hujusmodi urburas, seu proventus montanarum nostrarum, de cetero tamdiu, quousque a nobis aliud habueritis in commissis, eodem modo, et ordine, quo in aliis civitatibus montanarum nostrarum solvunt, recipere, et exigere, ac levare debeatis, nec eosdem seu aliquem ipsorum ad aliter solvendas praefatas urburas contra formam praemissae annuentiae nostrae compellatis, secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budae feria quinta proxima post festum Beatorum Tiburtii, et Valeriani Martyrum A. Dni 1456. Regnorum autem nostrorum Anno Hungariae sextodecimo, Bohemiae vero tertio.

XV.

1459. Regis MATTHIAE Corvini Edictum, ut Moneta aurea semper in Camera Cremniciensi per duos viros e Consulatu civitatis Cremniciensis probetur, et examinetur.

Nos MATTHIAS Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae cet. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis. Quod nos volentes utilitati Camerae nostrae Cremniciensis consulere, ut, sicut aliis Cameris Regni nostri principalior est, ita libertatibus, et antiquis suis consuetudinibus illibate gaudeat, concessimus circumspecto Consulatui ejusdem Civitatis nostrae Cremniciensis, et tenore praesentium concedimus, ut semper duo viri honesti de eodém Consulatu, sicuti etiam hactenus solitum erat, pro probatoribus habeantur, qui probam monetae nostrae aureae in eadem Camera nostra Cremniciensi pro tempore recipiant, et examinent monetam eandem, ne in eadem ad damnum nostrum Regium Regnique fraus committi possit aliqualis. Quocirca vobis fidelibus nostris Comitibus universis dictae Camerae nostrae Cremniciensis pro tempore existentibus, eorumque Officialibus, praesentibus mandamus, quatenus dicto Consulatui Civitatis nostrae Cremniciensis praedictae, hujusmodi officium probationis exercenti contradicere nullo modo praesumatur. Praesentes etiam, quas Sigillo nostro secreto, quo ut Rex

Hungariae utimur, communiri jussimus, post earum lecturam semper reddantur praesentanti. Datum Budae in festo Beati Gregorii Papae, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Nono.

XVI.

1466. Idem Rex Judici, et Juratis civibus Civitatis Cremnicensis mandat, ut congregatos de proba Cimenti florenos auri omnes sub numero tradant Johanni Ernst Thesaurario Regio.

Nos Matthias Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Vobis fidelibus nostris Judici, et Juratis civibus Civitatis nostrae Cremnicensis harum serie firmiter mandamus, quatenus visis praesentibus omnes illos florenos, quos de proba Cimenti per certa tempora congregastis, sub Numero ad manus Fidelis nostri egregii Johannis Ernst dare, et assignare debeatis; praesentes autem, facta restitutione hujusmodi florenorum, apud vos pro vestra reservetis expeditione. Datum Budae feria quinta proxima post festum B. Michaëlis A. Dni Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Sexto, Regni nostri anno Nono, Coronationis vero Tertio.

XVII.

1525. Rex Ludovicus II. significat, cusionem novae monetae cessasse, monetamque antiquam iterum cudi coepisse, cujus valor esset duplo major, quam prioris.

Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariae, et Bohemiae cet. Fidelibus nostris universis, et singulis Dominis Praelatis, Baronibus, Comitibus, Vice-Comitibus, Judlium, Egregiis, Nobilibus, Castellanis, eorumque Officialibus; item Tricesimatoribus, Tributariis, et Teloneatoribus, Civitatibus, Oppidis, Villis, earumque Rectoribus, Judicibus, et Villicis, ac alterius cujusvis Status, et conditionis Subditis nostris praesentium notitiam habituris, praesertim vero in Comitatibus Nitriensi, Barsiensi, Honthensi, Zoliensi, et de Thurocz constitutis, et existentibus Salutem, et Gratiam. Noveritis; quod Nos, ad evitandam in Regnis nostris omnium rerum caristiam, cusionem novae monetae cessare facimus, et jam moneta antiqua iterum cudi coepta est, et hujusmodi monetae antiquae cusio semper continuabitur. Ita autem in Diaeta proxime praeterita una cum Dominis Praelatis, et Baronibus, ceterisque Proceribus, ac Regnicolis nostris ordinavimus, et conclusimus, ut omnia victualia, et aliae res venditionales, et vendendae, eo modo vendantur, sicuti ante cusionem novae monetae vendebantur; de nova autem moneta id constitutum est, ut duae no-

vae monetae valeant unam antiquam, et tantum detur pro duabus novis, quantum olim dabatur pro una antiqua, et in hujusmodi usu, ac cursu monetae tam novae, quam antiquae mutatio posthac non fiat. Qui vero praenotatis novis monetis, ac antiquis aliter uterentur, quam praemissum est, et res suas aliter venderent, quam ordinatum est, mox res, et bona talium per Judicem, aut Officialem illius loci, ubi id fuerit, occupentur, et auferantur, quorum tertia pars cedat Judici, vel Officiali, duae vero partes Domino terrestri; praeterea ut a civibus Civitatis nostrae Budensis, aliarumque civitatum nostrarum liberarum, et aliorum locorum exemptorum, qui undecunque ad loca, in quibus nos fuerimus constituti, vel ad Civitates Cremniciam, Schemniciam, Bistriciam, Ujbanyam, et Fejér Banyam, alias civitates, et oppida montanarum, quaecunque vectigalia quaestus gratia advexerint, nulla tricesima, nullumque tributum, aut telonium exigatur, sub amissione illius loci, in quo hujusmodi Mandatum nostrum non observaretur, cum etiam alioquin praefati cives nostri, et inhabitatores locorum liberorum secundum privilegia eorum ab hujusmodi teloneorum solutionibus sunt exempti. Mandamus igitur Fidelitati vestrae, et cuilibet vestrum harum serie firmissime praecipimus, praenotatam nostram, et Consilii nostri ordinationem de moneta, de victualibus, et --lvo conductu negotiatorum observare debea-

tis, neque negotiatores praesentium ostensoribus ad solvendam tricesimam, tributum, et teloneum de victualibus huc advehendis cogere praesumatis, alioquin vobis Comitibus, et Vice-Comitibus, et Judlium illorum Comitatuum, in quibus praesens Mandatum nostrum non observaretur, mandamus firmissime per praesentes — — — Mandati nostri transgressores poenis supra notatis punire debeatis authoritate nostra Regia praesentibus in hac parte vobis plenarie concessa, et haec volumus, ut in locis necessariis publice proclamari, et promulgari faciatis. Secus igitur facere non praesumatis. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budae feria quarta proxima post festum Beati Martini Episcopi Anno Domini 1525.

XVIII.

1525. Ejusdem Regis literis cusio monetae regalis ad solam civitatem Cremniciensem restringitur.

Nos Lvdovicvs Dei Gratia Rex Hungariae, et Bohemiae cet. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod cum nos ex juribus, et supplicatione fidelium nostrorum prudentium, et circumspectorum Judicis, et Juratorum Civium civitatis nostrae Cremniciensis, a divis condam Regibus Hungariae nostris praedecessoribus, illi concessam, et in hunc usque diem inviola-

biliter observatam, ut monetae nostrae regales non in aliis civitatibus nostris montanis, sed in ipsa civitate nostra Cremniciensi cudantur, et hanc eandem praerogativam ob eam maxime causam eidem civitati nostrae Cremniciensi esse datam, ut quemadmodum ea est inter alias civitates montanas loco et authoritate primaria, ita etiam cusione monetarum nostrarum dignior reddatur, hoc igitur privilegium et hanc immunitatem, qua ipsa civitas nostra Cremniciensis a divis, ut praemissum est, Regibus, nostris praedecessoribus super sede et loco cusionis monetarum nostrarum est decorata, nos quoque confirmantes annuendam duximus, et concedendam, ut sicut hactenus, ita etiam in posterum monetae nostrae non in aliis civitatibus nostris montanis, quam in ipsa civitate nostra Cremniciensi cudantur, et Camera nostra monetaria ibi, et non alibi habeatur, salvis aliarum civitatum nostrarum juribus, immo confirmamus, annuimusque, et concedimus harum nostrarum vigore, et testimonio literarum mediante. Datum Budae in festo Beatae Luciae Virginis, et Martyris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Quinto.

XIX.

1526. Maria Regina mandat Cremnicensibus, ut mittant ad se Budam cusores monetarum pro cudenda bona moneta.

Maria Dei Gratia Regina Hungariae, et Bohemiae. Prudentes et circumspecti Fideles nobis dilecti, sciatis quod Regia Majestas Dominus et Maritus noster charissimus constituit abolere monetas praesentes proximis annis ad quatuor lothones cusas, loco cujus monetas bonas ad octo lothones cudere faciet, ad quarum cusionem Cusoribus seu Magistris, cudendi arte peritis, Majestas sua plurimum eget. Quapropter volumus, et per praesentes vobis committimus, et mandamus firmissime, quatenus praeter omnem difficultatem, ac aliquam dilationem Cusores monetarum quo majori numero mittere potestis, istos huc ad nos mittere quamprimum debeatis, et teneamini, ita tamen, ut illi instructi ad cusionem monetarum cum suis instrumentis veniant. Aliud in praemissis nulla ratione facere praesumatis. Datum Budae feria sexta proxima post festum Inventionis sanctae Crucis, anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

XX.

1526. Rex Ludovicus II. jubet pro una antiqua moneta recenter cusa duas novas antea cusas, jamque abolendas, acceptari, vel pro commutatione ad Budensem Cameram deferri.

Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariae, et Bohemiae &c. Fidelibus nostris prudentibus et



circumspectis Judici, et juratis civibus civitatis nostrae Cremniciensis Salutem, et Gratiam. Intelleximus esse plurimos in ista civitate, qui contempta publica ordinatione, quam de usu et aestimatione novae monetae ac rebus venalibus, una cum Dominis Praelatis, Baronibus, ceterisque Regnicolis nostris fecimus, ac per totum Regnum in aliis Literis nostris publicari, observarique jussimus, easdem novas monetas in rebus cujuscunque generis et victualibus emendis, et vendendis, aliisque solutionibus, et commerciis aut omnino tanquam perituras contempserunt, et illis uti nollent, aut duos novos denarios pro uno veteri nullo modo vellent accipere, quidam vero tres, alii autem quatuor, aliqui etiam plures novas monetas pro una veteri accipere vellent, res autem suas, et animalia longe carius, quam ante cusionem novae monetae solitum fuit, venderent, unde haec summa rerum omnium caritas, et penuria cum publico totius Regni nostri incommodo sit consecuta; cum autem nos hanc novam monetam perdere nullomodo intendamus, si enim illa periret, ob defectum pecuniarum longe major caristia rerum omnium fieret, est igitur voluntas nostra, et totius Consilii nostri deliberatio firma, ut secundum ordinationem factam duae novae monetae pro una antiqua in omnibus commerciis dentur, ac recipiantur. Quam ob rem fidelitati vestrae harum serie firmiter mandamus, ut acceptis praesentibus in ista civitate

nostra generaliter omnibus ex mandato nostro committatis, et etiam publicari, et proclamari faciatis, ut sub poena confiscationis universorum bonorum, ac rerum suarum praedictam ordinationem et edictum nostrum de supradicto usu, et valore dictae novae monetae, anteaque promulgatum, unusquisque observare, conservare, resque omnes, merces, victualia, et animalia nemo carius, quam ante cusionem novae monetae solitum fuit, vendere, aut emere, aut aliquos contractus, et solutiones aliter quam est institutum, facere istis novis monetis praesumat. Si qui autem usu hujusmodi novae monetae sese quovis modo gravari putarent, quantum namque de illa habeant, ad Camerarium nostrum Budensem deferre poterunt, ubi ab ipsis permutatione antiquae monetae, quam nunc ibidem cudi facimus, redimetur; praeter Camerarium tamen nostrum Budensem novas istas monetas vel redimere, vel aliis sive internis, sive externis permutare, poena sub praenotata ammissionis omnium bonorum, nemo audeat. Praesens itaque Edictum nostrum, de quo observando, et publicando ad aliasque civitates nostras scripsimus, in ista civitate observare, et observari facere debeatis, temerarios transgressores, ut praemissum est, authoritate nostra Regia praesentibus in hac parte vobis concessa puniatis. Secus non facturi. Datum Budae in Festo Beati Vincentii Martyris Anno Domini 1526.

XXI.

1528. Rex Ferdinandus I. confirmat privilegium civitatis Cremniciensis, ut in illa prae aliis civitatibus montanis, regales monetae cudentur.

Nos Ferdinandus Dei Gratia Rex Hungariae, et Bohemiae cet. Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae et Slesiae, Marchio Moraviae, Comes Tyrolis cet. Sacri Romani Imperii Locumtenens generalis cet. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod pro parte, et in personis fidelium nostrorum Prudentium, et Circumspectorum, Judicis, et Juratorum, ceterorumque civium, et totius communitatis civitatis nostrae Cremniciensis, exhibitae sunt Nobis, et productae quaedam Literae nostrae in pergameno, super cusione monetarum patenter confectae tenoris infrascripti, supplicantes Nobis, ut easdem Literas nostras, ac omnia et singula in eis contenta, ratas, gratas, et accepta habendo literisque nostris privilegialibus verbotenus inseri faciendo, iisdem civibus Civitatis nostrae Cremniciensis, confirmare dignaremur. Quarum quidem Literarum tenor talis est: Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Hungariae et Bohemiae etc. Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae cet. Memoriae commendamus tenore praesentium quibus expedit universis. Cum nos ex supplicatione fidelium nostrorum, Prudentum,

et Circumspectorum, Judicis et Juratorum civium civitatis nostrae Cremniciensis, et ex literis Serenissimi quondam Principis Domini Lvdovici Regis Sororii, et praedecessoris nostri etc. felicis memoriae, intelligamus hanc esse praerogativam ejusdem civitatis nostrae Cremniciensis, a divis Regibus, nostris praedecessoribus, illis concessam, et in hunc usque diem observatam, ut Monetae nostrae Regales non in aliis civitatibus nostris montanis, sed in ipsa civitate nostra Cremniciensi cudantur, et hanc eandem praerogativam ob eam maxime causam eidem civitati nostrae Cremniciensi esse datam, ut, quemadmodum ea est inter alias civitates montanas primaria, ac magis insignis, ita etiam hoc privilegio cusionis monetae Regio ceteras excelleret. Quod privilegium praedictae civitatis super sede, et loco cusionis monetariae Nos quoque ratum habentes, annuendum duximus, et concedendum, ut sicuti hactenus, ita etiam in posterum monetae nostrae ordinarie non in aliis civitatibus nostris montanis, sed in ipsa civitate nostra Cremniciensi cudantur, et Camera nostra monetaria illic habeatur, salvis aliarum civitatum nostrarum juribus. Immo annuimus, concedimus harum nostrarum vigore, et testimonio literarum mediante. Datum Strigonii feria secunda proxima post festum Beati Thomae Apostoli, Anno Domini Millesimo Quingentesimo vigesimo septimo. Nos igitur supplicatione pro parte praefatorum ci-

vium nostrorum Cremniciensium nobis modo, quo supra, porrecta, Regia benignitate exaudita clementer et admissa, praescriptas Literas Nostras non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, praesentibus Literis nostris verbo tenus insertas, quoad omnes earum continentias, clausulas, et articulos, eatenus, quatenus eaedem rite, et legitime existunt emanatae, viribusque earum veritas suffragatur, acceptamus, approbamus, et ratificamus, easque et omnia in eis contenta praefatis Judici, et Juratis civibus civitatis nostrae Cremniciensis confirmamus, salvis juribus alienis, harum nostrarum, quas secreto Sigillo nostro, quo ut Rex Hungariae utimur, impendenti communiri fecimus, vigore, et testimonio literarum mediante. Datum Strigonii Die Dominico proximo post festum Beati Pauli primi Eremitae, anno Domini Millesimo quingentesimo Vigesimo octavo: Regnorum nostrorum praedictorum anno secundo.

XXII.

1529. Rex JOANNES de Zapolya mandat civitati Cremniciensi, ut sibi Budam quantocyus mittat viginti Cusores monetarum.

JOANNES Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae cet. Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti, committimus vobis harum serie firmissime, quatenus statim visis praesen-

tibus, viginti cusores monetarum huc Budam Majestati nostrae modis omnibus mittere debeatis, et teneamini, curantes omnino, ut hac in re aliqua mora ne committatur, secus non facturi. Datum Budae feria quinta proxima ante festum Beatae Elisabethae viduae, Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo nono.

XXIII.

Eod. anno idem Rex denuo praecipit Civitati Cremniciensi, ut sibi Budam illico viginti Cusores monetarum mittantur.

Joannes Dei Gratia &c. *ut supra.* Prudentes et Circumspecti fideles nobis dilecti, per alias Literas nostras perceptas pridem ad vos datas, vobis in eo mandaveramus, ut vos statim visis eisdem Literis nostris viginti Cusores monetarum huc Budam ad nos mitteretis. Quare fidelitati vestrae harum serie firmissime committimus, et mandamus, quatenus statim acceptis praesentibus, omni mora, et occasione postposita praescriptos viginti Cusores monetarum die noctuque isthuc mittere debeatis, et teneamini, nec secus ulla ratione facere praesumatis. Datum Budae in festo Beatae Catharinae Virginis et Martyris Anno Domini 1529.



XXIV.

1534. Rex Ferdinandus I. inter alia significat Cremniciensi civitati, quaenam sit ratio, cur argentum majori, quam hactenus pretio per Cameram redimi nequeat, et quaenam factae sint dispositiones de conservatione Montanarum civitatum, harumque commodis.

Ferdinandus Divina favente Clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae cet. Rex, semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae &c. Prudentes et Circumspecti fideles dilecti! Exposuerunt Nobis Nuncii vestri diligenter, quibus per haec tempora calamitatibus affecti estis, quae item ruina, nisi succurratur, impendeat, et qua ratione futuris incommodis sit obviandum. Quum igitur in eo omne studium nostrum sit positum, ut vos, et ceteros fideles nostros ab his, quae hactenus estis perpessi, jacturis et periculis, Dei optimi auxilio liberemus, mandavimus his, qui vobis in Teloneis, commeatibus, et insolitis exactionibus impedimento fuerunt, ne deinceps aliquibus vos afficere incommodis audeant; quin potius in cultura Montanarum toti Regno nostro maxime utili, ac necessaria adjumento vobis esse debeant. Quod vero ad argenti pretium augendum attinet, in ea quoque re supplicationibus vestris locum dare non gravaremur, nisi Consiliarii, et Camerarii Serenissimae Dominae Mariae Reginae, Sororis nostrae charissimae,

assererent, minores esse proventus Camerae, quam ut argentum pluris, quam hactenus, redimeretur, aut aliquod vobis majus subsidium praestare posset. Fecerunt Nuncii vestri de locatione istius Camerae Cremniciensis mentionem, de qua quum nos amplius tractare cum eis vellemus, negarunt sibi tantam esse auctoritatem a vobis datam, ut de ea re nobiscum concludere, aut transigere possent. Remisimus itaque eos, ut in vestris Consiliis secretis tum de ipsius Camerae Cremniciensis locatione, tum de aliis rebus, quae ad conservationem Montanarum pertinere existimatis, maturius deliberetis, et nos per nuncios vestros, auctoritate vestra, et pleno Mandato instructos, primo quoque tempore faciatis certiores. Interim mandavimus Camerariis dictae Camerae Cremniciensis, ut sumptus consuetos ad artificia, culturas, et Stolnas Cremnicienses, Schemnicienses, et aliarum Civitatum Montanarum nullo modo intermittant. Datum Viennae in die Beatae Benedictae Virginis, Anno Domini MDXXXIIII.

XXV.

1551. Mandatum Regis ejusdem ad septem civitates Montanas de acceptanda veteri aeque ac nova moneta Hungarica.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae cet. Rex



semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae cet. Fidelibus nostris prudentibus, et circumspectis, Judici, et juratis Civibus septem Civitatum nostrarum Montanarum Salutem, et Gratiam. Intelligimus, apud vos veterem monetam Hungaricam in Camera nostra Cremniciensi cusam nequaquam in pretium victualium, et aliarum rerum venalium recipi, unde tum in Castris nostris, quae nunc aliquot Regni locis ad defensionem Ditionis, fideliumque nostrorum posita sunt, tum etiam alibi in istis civitatibus nostris magni saepe in commeatibus et aliis rebus ad quotidianum usum necessariis contingunt defectus. Cum autem in postremo Posoniensi Conventu decretum sit, ut moneta in dicta Camera nostra Cremniciensi cusa tam vetus quam nova in omnibus Regni nostri partibus in usu sit, et eadem ratione pro omnibus rebus venalibus sub poena amissionis rerum ipsarum venalium ubique accipiatur, committimus et mandamus vobis harum serie firmissime, ut acceptis praesentibus praedictam constitutionem publicam super monetae ipsius veteris libero usu nostro nomine promulgari curare, et observare, monetamque ipsam, veterem aeque ut novam, pro omnibus rebus, et mercibus venalibus accipere, et accipi facere debeatis. Nam alioquin habent in mandatis a nobis fideles nostri Locumtenentes, et supremi Regni nostri Capitanei, ut in eos, qui post hujusmodi Edictum minus obedientes,

et dictae publicae Constitutionis, nostrique praesentis Mandati transgressores forent, poena praemissa animadvertere, contraque illos omnibus remediis opportunis procedere debeant; secus igitur nullo modo facere praesumatis. Datum Viennae 6. mensis Augusti Anno Domini 1551.

XXVI.

1544. Aliae ejusdem Regis Literae, quibus reprehenditur Capitaneus et Comes Zoliensis, quod e sola suspicione eductionis argenti non cusi multos cives montanos graviter vexaverit.

Ferdinandvs divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae cet. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae cet. Fideli nostro egregio Nicolao Prossenoczky de Vishav, Equiti aurato, Capitaneo, et Comiti Zoliensi salutem et gratiam. Ex gravibus querelis fidelium nostrorum prudentum, et circumspectorum, Judicum, et Juratorum, ceterorumque Civium septem Civitatum montanarum intelligimus, qualiter, cum vigore cujusdam Mandati Nostri, et Serenissimae Principis Dominae Mariae Reginae cet. sororis nostrae charissimae, generalis, plerosque ipsorum civium nostrorum propter suspicionem eductionis argenti, ultra quam par esset, et honestum, vexares, turbares, et impedires. Diebus etiam superioribus, uti ipsi

intellexissent, ex tua commissione per Servito-res Joannis Dubowczky duo aut tres cives civitatis nostrae Novizoliensis dum Vratislaviam negotiorum suorum peragendorum gratia proficiscerentur, in via publica vi invasi fuissent, quorum duo interfecti etiam fuissent, et duo eorum adhuc in captivitate isthic detinerentur. Haec autem omnia nonnisi ex suspicione simplici eductionis argenti facta essent: nihil enim argenti non cusi apud eos repertum fuisset. Supplicatione itaque eorum humili accepta, quum talia tua facta quae non in defensionem, aut promotionem ipsorum civium nostrorum, sed potius Montanarum ipsarum ruinam, et desolationem vergant, Nobisque id, et praefatae Sorori nostrae charissimae, ac Regno universo sit admodum damnosum, non possunt Nobis non displicere. Invigilandum quidem est et per loca tributorum, ac teloneorum, et alia publica strata observandum, ne argentum in damnum Camerae educatur, et si quid apud quempiam reperietur, is mulctetur, et puniatur juxta Decretum, et Edictum nostrum, sed a nece et interemptione abstinendum a te est omnino, atque propter suspiciones leves, rumoresque nequaquam Cives ipsi nostri turbandi, aut damnificandi. Quam ob rem tibi firmiter committimus, et mandamus, ut a modo deinceps ab hujusmodi severis actibus abstineas, neque eos, in subditos nostros, et Serenissimae Sororis nostrae, aut tu exerceas, aut ab aliis

fieri patiaris: id enim nequaquam tibi admittere patiemur. Captivos etiam, qui sunt apud Joannem Dubowczky tuo jussu detenti, cum pecuniis eorum, quae ab eis isthic ablatae sunt, ad cautionem fidejussoriam, quod se ab suspicione praemissa expurgabunt, dimitti omnino facias. Et in observatione, atque custodia argenti, ne per quempiam educi possit, ita, ut praemisimus, procedas. Ipsosque subditos nostros et Serenissimae Sororis nostrae defendas potius, uti fides, et officium tuum requirit, quam aut tu indebite opprimas, aut per alios opprimi patiaris. Nam alioquin certus sis, quod id a te fieri non patiemur. Aliud igitur ne feceris. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Pragae decima octava Julii Anno Domini Millesimo Quingentesimo quadragesimo quarto.

XXVII.

Eodem anno aliae ejusdem Regis Literae, quibus prohibetur civium montanarum vexatio propter leves suspiciones eductionis argenti non cusi.

Ferdinandus &c. *ut in praeced.* Fidelibus nostris egregiis Roberto Haller de Hallerstein, Georgio Croaco Secretario, Consiliariis, et Commissariis, nec non Balthasari Himmelreich Vice-Camerario Serenissimae Principis Dominae Mariae Reginae, Sororis nostrae charissimae, Cremniciae constitutis, Salutem, et Gra-

tiam. Ex gravibus querelis fidelium nostrorum Prudentum, et Circumspectorum Judicum, et Juratorum, ceterorumque civium civitatum nostrarum montanarum intelligimus, qualiter Capitaneus Zoliensis vestro, ut arbitrarentur, consilio, eos mirum in modum vexaret, et turbaret, ultra quam par esset, et honestum: nam propter suspicionem solam eductionis argenti plerosque eorum concives per Joannem Doboczky capi, et detineri fecisset, ex quibus duo etiam interfecti fuissent: id autem ea fiducia illum facere, quod Nos, et praefata Soror nostra charissima vigore Literarum, et Edicti nostri custodiam argenti ei demandassemus. Nos accepta eorum supplicatione humili, nolentes ipsos subditos nostros indebite vexari: licet enim commiserimus, ut argenti eductio observaretur, ne nostrum, et ipsius Sororis nostrae, ac totius Regni damnum hinc sequi posset, non tamen commisimus, ut cives nostri trucidentur, et ob levem suspicionem capiantur, incommodisque et malis afficiantur: civium enim ipsorum oppressio non aliud parit, quam Montanarum ruinam, et nostrum, ae Sororis nostrae charissimae, totiusque Regni nostri damnum. Custodia quidem, et vigilantia diligens adhibenda est in locis publicis, et ad id aptis, ne argentum distrahi, et educi possit; et si quis in hoc facto deprehendatur, etiam castigandus omnino erit juxta Decretum nostrum, sed non propterea caedes, et homici-

dia sunt patranda. Quare fidelitati vestrae harum serie firmiter committimus, quatenus acceptis praesentibus, a praefatis severis actibus et ipsum Capitaneum Zoliensem, ad quem et Nos hac de re mandatum dedimus, prohibeatis, et vos quoque nequaquam eos faciatis, atque ipsos subditos nostros, et Sororis nostrae in eorum justis libertatibus conservetis. In exigendis quoque antiquis debitis Serenissimae Sororis nostrae, de quibus etiam ipsi cives nostri conqueruntur, atque aliis actionibus vestris, quas isthic habetis, eum modum, et modestiam observetis, ne ipsi Subditi nostri opprimantur, sed ut Montanas ipsas in Regni, nostrumque, et Serenissimae Sororis nostrae commodum colere possint. Aliud igitur in praemissis ne feceritis. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Pragae Decima octava Julii anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

XXVIII.

Eod. ann. ejusd. Regis Literae de eodem argumento.

Ferdinandus &c. *ut supra.* Fidelibus nostris Magnificis, Baronibus, Comitibus, Egregiis Castellanis, Nobilibus, ipsorumque Officialibus, Tricesimatoribus, Tributariis, TelonEatoribus, atque aliis cujuscunque status, conditionis, et possessionatis hominibus, ac quibusvis Subditis nostris, praesentes visuris, Salu-

tem et Gratiam. Ex querelis et supplicatione fidelium nostrorum Prudentum, et Circumspectorum Judicum, et juratorum civium septem civitatum nostrarum montanarum intelligimus, qualiter nonnulli essent ex vobis, qui concives eorum, et etiam alios forenses homines ac mercatores in usum nostrorum, et Serenissimae Principis Dominae MARIAE Reginae, Sororis nostrae charissimae subditorum, res, et merces ad montanas civitates nostras convehentes, in viis publicis vi adorirentur, atque Equis, pecuniis, ac rebus omnibus spoliarent, nonnunquam caperent, et in dura captivitate tenerent. Id autem eo praetextu facerent, quasi ipsi argentum educerent, cum tamen nihil apud eos argenti non cusi reperirent, et nihilominus eos rebus suis spoliarent, et captos tenerent. Hac igitur ipsorum subditorum nostrorum supplicatione accepta, nolumus, ut quispiam eorum indebite opprimatur, calamitateque afficiatur ob vanae suspicionis praetextum, aut alicujus sinistram, falsamque delationem. Quare vobis, et fidelitati vestrae, ac vestrum cuilibet harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus praefatos cives subditos nostros, ac Serenissimae Sororis nostrae, aliosque exteros, qui negotiorum suorum peragendorum gratia ad civitates nostras montanas commeare solent, hujusmodi interfectionibus, et captionibus in publica via afficere non debeatis, sed siqui suspecti esse super eductione argenti videbuntur,

eos

eos in oppidis, tricesimis, teloneis, tributis, perlustretis, perquiratis, et excutiatis: atque si apud quospiam aliquid reperietur argenti non cusi, ita contra eos juxta Decretum et Mandatum nostrum superinde editum procedere, ipsosque punire, castigareque poteritis. Aliud igitur nullo modo facere praesumatis. Praesentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Pragae vigesima octava Julii anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

XXIX.

Eod. ann. Regis ejusd. Literae datae ad Joannem Dubovecz Comitem Comitatus Arvensis de eodem argumento.

Ferdinandus etc. *ut supra.* Fideli nostro Magnifico Joanni de Dubovecz Comiti Comitatus de Arva Salutem, et Gratiam. Conqueruntur nobis fideles nostri Prudentes et Circumspecti Judices, et Jurati cives civitatum nostrarum montanarum, qualiter tu diebus superioribus quosdam eorum concives dum Vratislaviam versus certorum suorum negotiorum curandorum gratia proficiscerentur, in via publica, et non quidem in tuo, sed in alieno territorio per tuos Servitores adoriri, invadique jussisses, ex quibus unus etiam et alter, ut intellexissent, interfectus esset, et alii pecuniis suis privati apud te nunc quoque tenerentur in captivitate; haec autem omnia per te ob suspicionem solam



eductionis argenti commissa fuissent, cum tamen nihil argenti non cusi apud eos repertum esset, unde supplicatione eorum humili accepta noluimus, ut ipsi Subditi nostri, et Serenissimae Reginae Mariæ Sororis nostrae charissimae hac calamitate, et oppressione adficiantur; horum enim Montanistarum nostrorum oppressio non aliud parit, quam Montanarum rüinam, totiusque Regni, nostrum, et dictae Sororis nostrae damnum; providendum quidem est, et observandum in locis ad id necessariis, et aptis ne argentum educatur, et si quis in ipso facto cum argento non cuso deprehenditur, castigandus etiam est juxta Decretum, sed non per neces atque trucidationes. Quapropter tibi firmiter committimus, et mandamus, quatenus captivos illos subditos nostros statim acceptis praesentibus, restitutis eis integre pecuniis eorum, et rebus quibus privati sunt, ad fide jussoriam cautionem, quod se suspicione contra eos concepta ubi opus fuerit, expurgabunt, liberos dimittere debeas et tenearis, ac de cetero ipsos subditos nostros, ac Serenissimae Sororis nostrae his, et similibus calamitatibus nullo modo afficias, afficereque permittas: nam certus sis, quod id nec a te, nec ab aliis fieri patiemur. Aliud igitur facere non praesumas. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Pragae 28. Julii anno Domini 1544.

XXX.

Eod. anno, sed alio mense ac die, datae iterum Regis Ferdinandi Literae in eodem argumento ad Nicolaum Prossenotzky Capitaneum et Comitem Veterizoliensem.

Ferdinandus &c. *ut supra.* Fideli nostro Egregio Nicolao Prossenotzky de Vyzkaw et Syrovicz, Capitaneo et Comiti Veteri-Zoliensi Salutem, et Gratiam. Expositum est Majestati nostrae in personis fidelium nostrorum Prudentum, ac Circumspectorum civium civitatum nostrarum montanarum querelis acerbissimis, quomodo his potissimum perturbatis temporibus ipsi Cives nostri non modo in tricesimis, et teloniis contra jura et libertates eorum molestarentur, verum etiam ob nudam et simplicem eductionis de Regno argenti suspicionem in publica via, dum hinc inde pro adducendis rebus ad culturam montanam necessariis proficiscuntur, captivantur, affliguntur, et quibuslibet oppressionibus, ipsa etiam morte afficiuntur, ita ut jam tantarum oppressionum metu nullus fere extraneorum negotiatorum ad Montanas civitates cum rebus ingredi, nec ipsi vicissim exponentes absque periculo exire audeant, magno dictarum civitatum nostrarum detrimento, et praejudicio. Supplicatum itaque est nobis, ut eisdem exponentibus superinde de opportuno Juris remedio providere dignaremur. Cum autem Nos pro nostro Regio

officio teneamur fideles subditos nostros in eorum justis juribus, et antiquis libertatibus protegere, providereque, ne quis in eos vim exerceat, aut eosdem indebite opprimat, tuque a Serenissima Regina MARIA Sorore nostra charissima in Capitaneum Veterosoliensem in hoc ipsum sis constitutus, ut praefatos cives in eorum juribus, et libertatibus defenderes, nec committeres quempiam in eos violentiam exercere, supplicatione eorum exaudita fidelitati tuae harum serie mandamus firmiter, quatenus acceptis praesentibus, et praemissis sic stantibus, praenominatos cives civitatum nostrarum montanarum in suis justis juribus, et libertatibus contra quosvis violentos impetitores defendere, neque quemquam eorum ad simplicem delationem cujuspiam, aut clam educti argenti levem suspicionem, vel tu ipse, vel aliis impedire, aut captivare permittere debeas, verum si quipiam in ipso recenti facto eductionis argenti deprehensi fuerint, in tales juxta priorem nostram commissionem animadvertas. Secus igitur nullo modo facere audeas. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Viennae 19. mensis Decembr. anno Dni 1544.

XXXI.

1545. Regina MARIA confirmat praecautionum leges, ac ordinem a montanis civitatibus elaboratum ad impediendas argenti non cusi surreptiones.

Wir MARIA von Gottes Gnaden zu Hungarn, und Beheimb Königin, des römischen Kaysers Statthalterin, und Gubernantin der Niederlanden, bekennen hiemit öffentlich, und thuen kund männiglich, als sich die Ehrsamen Unsere lieben Getreuen N. Richter, und Räthe, samt allen Waldtbürgern unser 7 Hungarischen Bergstädt, neben und hinbenanten unseren verordneten Commissarien, Haupt, und Amtleüthen dasselbst auf den Römisch und zu Hungarn, Böheimb König —— unseren freündlichen liebsten Herrn, und Bruders, und unseren sonderlichen Befehl als die gehorsamen Unterthanen einer Ordnung, dardurch die Verschwärzung des Silbers, so ringsher unserem Kammer-Gut zur merklichen Schmälerung, und Nachtheil getrieben, hinfüran verhüttet soll mögen, werden nach satlicher Erwägung allerley Umstände abgeredet, verglichen, und allso auf unser Wohlgefallen zu- oder abschreiben, einhelliglich beschlossen, welche Abred und Ordnung lauth von Wort für Wort, wie hienach folget.

Wir Richter, und Räthe samt allen Weltbürgern der sieben hungarischen Bergstädt thuen kund, und bekennen öffentlich, dafs wir

auf Befehl der Römisch Königl. Majestät unseres allergnädigsten Herrn, und königlicher Majesät Königin Maria, und unser allergnädigsten Frauen mit Wissen, und Willen, Rath, und mithätigen Verstand hochgedachter Königl. Majestät unserer allergnädigsten Frauen, Räth, und Commissarien der gestrengen Edlen, und Festen Herrn Ruprechten Haller von Hallerstein, H. George Krabate von Jahrendorff, H. Niclasen Prosinovsky von Wischau auf Szirovitz Ritter, Span, und Hauptmann auf Alten-Sohl, Herr Balthasar Himlreich Unter Kammer-Graf auf der Kremnitz und Herr Peter Hungerfeindt Unterkammer Graf auf der Schemnitz, unserer günstigen Herrn Ihrer königl. Majestät Kammers und Nachtheil und Schaden die Verschwärzung der Silber verhüttet mag werden, die hernach folgende Ordnung über das, was sich alle, und jede Waldbürger Ihrer Königl. Majestät Schaden zu verhütten, bei ihrem Eyd, und Treüen erbiethen, aufgericht, und dieselbe auf Ihre Königliche Majestët gnädige Gefallen zu mindern, oder zu mehren festiglich zu halten, gesazt, gemacht, geordnet, zugesagt, und versprochen haben.

Erstlichen, dafs kein Waldtburger, Gewerk, Überreüther, Bergschafer, Hutman, oder wer Er seyn mag, niemand ausgenomen, bey seinem Eyd: kein gehauen, oder gewunen, es sey Rumpl, oder ander Erz, von keinem Orth von dem Berg, es sey Stollen, Schacht, oder

Zechenkram, oder wo es wohl wenig, noch viele Abtheile, oder von Berg führen, oder abführen lassen soll, es sey dann zuvor in Gegenwart und in Beysein des geschwornen königlichen Rumpl Schreiber getheilet, und durch Sie beschrieben: wie viel Ertzt an selben Orth getheilet, und gemacht seye, auch wer und wie viel jeder Gewerk theil daran hat, und keineswegs kein Rumpl Erz ohne Vorwissen der Waldtbürger und Gewerken zusammen gesparet soll werden. Wo aber ein klein Feldt Gebäu wäre, da man nicht alle Wochen arbeitet, und ein Wochen nicht mehr, sonder minder dann 40 Rümpl Ertzt allda gemacht wurden, die mag man, sofern der Rumpl Schreiber nicht dazu komt, oder kommen möchte, abtheilen, und abführen: doch soll der, oder die Gewerken von selben Feldtgebau dieselbe Wochen einen Rumpl Schreiber auf sein Begehren in Wahrheit anzeigen, wieviel? und von was Orth Er dieselbe Wochen allso abgetheilet, und weggeführet hat, doch wo die Rumpl Schreiber zu demselben Feldtgebäu kommen könnten, so sollen Sie an anderen Orth theilen und beschreiben, auch soll von den Gewerken dem Rumpl Schreiber von jedem Jochwerk, und sonderlich bey allen Handlen wo man ein Wochen bis in 40. oder mehr Rumpl macht, ein bestimter, und bequemer Tag und Zeit benannt werden, daran man abtheilen, damit die Rumpl Schreiber allenthalben dabey seyn mögen, auch

die Waldtbürger nicht in ihren Hütten gesaumt, oder gehindert werden. Wo aber einer oder mehr solches freventlich oder muthwillig übertrette, derselbe vor wegen Ihr Königl. Majestät durch Richter und Rath mit Wissen, und Beysein des Unterkammer Grafen als Actor Ihr Königl. Majestät nach Gelegenheit der Verwürkung ernstlich gestraffet wurden.

Zum andern, soll kein Waldburger, Gewerk, Hutman, Schafer, Schmölzer, Überreuter, Abtreiber, oder wer der seye, niemand ausgenomen, weder in der Hütten, noch minder anders, kein reich Bley oder Silber, es sey viel oder wenig, abtreiben. Er habe es dann einen Hutreiter, der ihn alle Tage fragen soll, einen halben Tag ohngefährlich zuvor angezeiget, was Stund Er treiben will, damit der geschworne Hutreiter dabey seyn mag, und ohne des Hutreiters Gegenwärtigkeit soll keiner treiben, und sobald solch Silber abgetrieben, so soll es der geschworne Hutreiter mit seinem Hammer, darauf Ihro Königl. Majestät Wapen, zeichnen, und nachmals wägen, und das Gewicht auch wem es gehöret, fleissig aufzeichnen. Wo aber befunden, daſs einiges Silber, ausser des Hutreiter Beysein getrieben wurde, und der Waldtburger, Hutschafer, oder Abtreiber den Hutreiter den Tag oder Nacht angezeiget hätten, soll der, oder die, so daran Schuld sind, an Leib und Guth von Ihr Königl. Majestät gestrafet werden; wo aber der

Hutreiter säumig seyn, und nicht fragen, oder auf den Hutschafers, oder Waldtburgers Anzeigen nicht kommen würde, so soll, und mag der Waldburger treiben, doch soll der Abtreiber, Überreiter, oder Gewerk nichts desto minder alsdann schuldig seyn, denselben Blike Silber, so Er in Anwesenheit des Hutreiters abgetrieben, dieselbe Wochen in die Kammer zugeben, auch den Hutreiter auf sein Begehren anzeigen, was Stund ohngefährlich Er denselben Blik getrieben habe.

Ferner soll auch ein jeder Gewerk, oder Waldtburger bey seinem Eid alle die Silber, so Er alle Wochen abtreibt, oder machet, dieselbe Wochen, als die Schemnitzer, Bukanzer, Diltner, Königsberger, und alle andere derselben Gegend Waldtbürger, wie von Alters, in die Kammer Schemnitz, und die Kremnitzer, Neüsohler, Libether, Prifsner, Jofsner, und auch alle andere Waldtbürger derselben Gegend in die Kammer Kremnitz geben, und keineswegs nicht in Vorrath behalten, es wäre dann, dafs ihnen der Unterkammergraf was zu seiner Haus-Nothdurft bewilliget. Wann aber der Waldtburger am Samstag mit einen oder mehreren Blik Silbers zu spät fertig wurde, die Er nicht brennen noch scheiden möchte, soll Er nicht — — — dieselben Blik die nächsten Wochen mit anderen hinweggeben; welcher aber hierüber sein Silber außer hiervor bemelten Ursachen in sein Haus halten oder verschwärzen,

und nicht in die Kammer reichen würde, der soll von Königl. Majestät unsern allergnädigster Frauen an Leib und Guth gestrafet, gleicher Gestalt soll es auch mit dem Goldtal Zimeņt gehalten werden; die geschwornen Hutreiter sollen auch alle Stund bey Tag und Nacht, wann es sie Noth, oder guth dünkt, oft, und wan sie wollen, in alle Hütten, und Mühlen gehen, oder reitten, auch so lang ihme gelegen, darin bleiben, und zusehen, mögen auch von jeder Stadt ernstlich ob ihnen gehalten, und Sie die Hutreiter, Rumplschreiber, und andere Ihr Königlen Majestät Amtleüthe ohngehindert mäniglich ihr Amt brauchen lassen, und wo ihnen was gewaltigst oder beschwerlichst darunter zugefüget würde, und das auf den Gewalthäter genügsam beigebracht, so soll es Richter, und Rath mit Wissen, und in Beysein des Unterkammergraffen als Actor ihr Königl. Majestät nach Gelegenheit der Verwürkung ernstlich strafen, doch sollen die Hutreiter, und Rumplschreiber die Arbeiter in Hütten, noch Berg nicht unbillig beschweren, noch zu Unwillen Ursach geben.

Weiter, dafs die Waldtburger, noch niemand ander, an keinen Orth ninderst ausgenohmen, kein Silber oder Goldt probiren, brennen, scheiden, noch anfrischen möge, allein im Kammerhof, durch Ihr Königl. Majestät Amtleüth, wo aber die Waldtburger auch ihren eigenen Probirer haben, oder halten wol-

ten, der innig und neben Ihr Königl. Majestät Probirer probiret, damit die Waldtburger auch wissen mögen, ob ihn gleich beschehe, der soll ihn auf ihr Besoldung, wie vor Alters in Kammerhof zu probiren zugelassen werden, es soll auch an keinen Orth heimlich, noch öffentlich allein in Hüten abgetrieben werden, und sollen auch auf allen Orthen alle Probierofen, Scheidt- und Brenn Gaden, wo die ausserhalb des Kammerhofs seyn, zu brechen, und abgethan, auch nicht wieder - - aufgebauet, noch von niemand andres probirt, allein den Waldtbürgern, die ihre eigene Hüten und Mühlen haben, dann soll es zugelassen werden, daſs Sie ihnen selbst, und niemand anderen probiren, auch bei Leib und Guth kein Goldt oder Silberproben machen, oder einerley Handstein ansieden mögen: wo aber die kleine Weltburger auch Erzproben machen wollen, so mögen sie es durch Ihr Majestät, oder ihren Waldtburger-Probirer machen lassen, und ninder anders.

Wer daher Probwaäg Scheidt- oder Bergwasser, id est, Saliter, oder anders, so zu solcher verbothenen Arbeit dienstlich, und zu des Handwerks, dabey man es Käul nicht nothdurftig, der soll es dem Unterkammergraf überantworten, der es nach seinem Würcken zu, und keinem anderen von solchem Zeug zugelassen werden allein von soviel die obbemelten Waldtbürger zu der Ertzprob bedurfen und ha-

ben müssen, bey Ihr Königl. Majestät unter schwerer Strafe, und Ungnad.

Es soll kein Kaufman, Waldtburger, noch niemand anders, kein frisch Bley bringen, kaufen, noch verkaufen, allein soviel eine jede Stadt durch Richter und Rath kaufen, und wider verkaufen läst, doch soll eine jede Stadt darum sehen, damit die Waldtburger mit den Kauf nicht erschweret, auch in ihren Handel durch Mangel Bley nicht gestokt und gehindert werden, und was also eine jede Stadt alle Wochen dem Waldtburger giebt, das soll ihn geschworen Bleywäger dem Unterkammergraffen alle Wochen scriftlich anzeigen, wem, und wie viele Er dieselbe Wochen Bley gegeben hat.

Es soll hinfüran kein Überreiter, Schafer, noch Hutman, und sonderlich kein Hauer, Scheider, noch alle andere Arbeiter, obgleich einer einen eigenen Theil, und Bergwerk hat, kein Handstein von der Berg-Wagen, noch selbst nehmen, und vergeben, wie bisher geschehen, ausgenomen wo ein Hutman bei einer Gruben etwas neues auf einen, oder mehr Orthen erbauet, daher soll er den Gewerken, und sonst niemand, dem armen, als dem reichen nach Gelegenheit der Theil ein zimlich Wahrzeichen bringen, wenn aber solches überfuhr, oder gefährlich befunden worden, der soll von dem Bergmeister nothdürftiglich gestrafet werden. Es sollen, und wollen Rich-

ter und Rath in allen Bergstädten alle Jahr diese Ordnung der ganzen Gemeine lassen öffentlich anzeigen, damit sich niemand hinführan der Verschwärzung der Silber gebrauche, dann wo man einen betrette, der ungearbeit Gold oder Silber auf dem Amt verführet, und auf frischer That ergrifen, oder mit genügsamen und rechtmässigen Zeugen dessen überwiesen wurde, oder jemand ihme des verhilfe, so soll der Verführer, und Helfer, einer wie der andere von Königl. Majestät, und unser allergnädigsten Frauen an Leib und Guth gestrafet werden, und solle sich keines Beistandes, Hilf, oder Trostes bey Richter, und Rath versehen, wie dann die Waldtburger dermassen bey ihren Treüen und Ehren solches hinführan weiter nicht zu treiben, gelobt, und versprochen haben.

Auch soll ein jeder Richter, und Rath in einer jeden Stadt in den Eid, dem Sie Gott, Ihr K. Majestät, und der heiligen Kronn Ungarn geschworen, auf die Waldtburger, und Kaufleüth ein treues Aufsehen, was ihr Handlung, und Thun ist, und acht haben, damit Verschwärzung der Silber kein Statt gegeben werde.

So haben sich auch alle Waldburger bey ihrem Eyd verpflichtet, daſs sie selbst daran seyn, auch allen ihren Überreitern, Hutt- und Bergschafer, Huttleüthen, und allen anderen ihren Dienern mit Ernst zu befehlen, und bey



ihrem Eyd einzubinden, damit die überall getreülich, und ehrlich sowohl Ihr Königl Majestät unserer allergnädigsten Frauen Kamerguth, als den Waldbürgern, und den Armen, wie den Reichen zu gutten, und Aufnehmung der Bergwerk auch dieser Ordnung gemäſs handlen, und hinwider nicht thun. Wann wo einer oder mehr diese Ordnung übertretten, so wird Er von Königl. Majestät unser allergnädigsten Frauen nach allen Ungnaden nach Gelegenheit der Verwürkung gestraffet werden.

Dieweil den auch etwelche Miſsbräuche in der Bergordnung seynd, sollen die Ehrbare Bergstädt mit ersten, so möglich, und die Zeit erleiden mag, einen Tag bestimmen, und zusammen kommen, und mit Rath der Königl. Majestät Rath und Kommissär sehen, und ein Ordnung fürnehmen, und machen, damit dieselben Miſsbräuch abgethan, und eine gutte, und nüzliche Ordnung zum Aufnehmen der Waldtburger, auch Erhaltung, und Erweckung der Bergwerke gemachet werde.

Dem allen und jeglichen, so in oberzählter aufgerichter Ordnung begrifen, zu wahrer, und treflicher Urkunde, auch Jederman derselben gehorsamlich zuzuleben ein Wissen trug, haben wir obgenannte Richter, und Rath der sieben hungarischen Bergstädt jezt gedachte Ordnung und derselben Artikel mit unserem gewöhnlichen Stadt Sigil verfertiget. Actum

Schemnitz den andern Julii im Tausend fünfhundert und fünf und vierzigsten Jahr.

Dieweil Wir nun diese hier abgeschriebene Ordnung dem Buchstaben nach auch bey uns selbst zur Fürkommung des Silberverführens zum Theil für gut und genügsam befinden, derohalben so acceptiren, und bestättigen Wir von Obrigkeit wegen diese Ordnung hiemit, und in Kraft dieses Briefes wissentlich dergestalt, daſs Wir uns derselben aufgerichten Ordnung dieser Zeit gänzlich begnügen, und dabey bleiben lassen wollen, doch mit dem ausdrücklichen Vorbehalt, mehrgedachte Ordnung hinfüran so oft, und viel es Uns gelegen, und für gut angesehen wird, zu schärfen, zu mindern, oder zu mehren. Und gebiethen hier auf allen, und jeden unseren Unterthan, Waldtburger, Gewerken, und gemeiniglich allen anderen, so in unseren Bergstädten wohnhaft seyn, ernstlich meynen, und wollen, daſs ihr Eüch dieser Ordnung, aller Arglist, und gefährde hindangesezt, gänzlich halten, gebrauchen, geloben, und derselben nicht zuwider fürnehmen, handlen, oder anderen zu thun gestatten sollet, noch wollet, falls lieb einen jeden seye unserer schweren Ungnade, darzu die Poen, und Strafe in der Ordnung begrifen, zu vermeiden, das meynen Wir ernstlich.

Mit Urkund dieses Briefes, den wir mit eigener Hand unterschrieben, und unser Königlich Insigill hinfür drucken haben lassen. Ge-

geben zu Loewen den 20. Tag Augusti nach Christi Geburt im Fünfzehen Hundert und in den 45. Jahr.

Maria Königin mp.

v. Schaarberg mp.

XXXII.

1550. Regiorum Commissariorum suae Majestatis FERDINANDI I. Literae, quibus Petrus Rosenauer edocetur, quibusnam conditionibus Officium separationis auri ad ejus posteritatem masculam transferri possit.

Die königlichen Commissarii wollen Seiner Majestät Scheider hie Petern Rosenauer auf Seiner Königl. Majestät Befehl hiemit erinnern, daſs Seine Königl. Majestät seine vermeynten Gerechtigkeiten, so er des Scheidens halber verschiedenen Jahren fürgebracht, ersehen lassen, und befunden, daſs solch Scheidwerk der Münz anhängig, und damit als Königlich Regal ist, und Wayland König Matthiaschen dermassen zu vergeben nicht gebührt, noch Macht gehabt, zudem so hab er Peter Rossenauer, noch seine Eltern auch syder Matthiasch Absterben keine Confirmation von keinem nachfolgenden König, noch von Seiner Königl. Majestät selbst auch nicht fürzubringen. Sie seyen aud in die Possess nach hungarischen Rechten anfangs, noch hernach nie wie sich gebührt

angewies

angewiesen worden. Derohalben Seine Königl. Majestät solch Scheidwerk mit gutem Fug, und mehr gegründeten Ursachen, wohl zu derselben Kammer einziehen möchte. Dieweil aber seine Eltern, und Freundt, als die Königl. Majestät bericht, etlich und viel Jahr hievor als Unterkammergrafen, und andere Diensten Seiner Königl. Majestät vor forderen Königen in Hungarn bey derselben Kammer Kremnitz gedient: so bewilligen ihme Seine Königl. Majestät aus keiner Gerechtigkeit, aber allein aus sondern Gnaden, daſs Seine Königliche Majestät ihme und seinen ehrlichen Leibs Erben von Manns Stamme solchen Scheidt Gaden auf Seiner Majestät Wohlgefallen in Handen lassen, und darüber Verschreibung fertigen wollen; solchergestalt, wovor er und berührt seine männliche Leibs-Erben das Scheidtwerk wohl nothdürftiglich und fleissig, wie sich gebührt, verwalten, verrichten, und dermassen scheiden, daſs nicht ungebührlicher Abgang, des sich die Waldtburger hoch beschweren mögen, befinden, daſs bein ihnen angezeigt Scheidtwerk bleiben solle, doch mit dieser gnädigen Vorbehaltung, und Erbieten, wo es darzu kömmt, und Ursachen fürfielen, daſs Seine Königl. Majestät, oder derselben Erben und Nachkommen Könige in Hungarn gedacht Scheidtwerk selbst mit aller Nothdurft unterhalten, und zu der Kammer nehmen wollten, oder würden, daſs Seine Königl. Majestät oder



derselben Nachkommende Könige in Hungarn gemeldten Peter Rosenauer und seine männliche ehrliche Leibserben, sofern sie dem Amt genugsam vorstehen können, alsdann mit gebührlicher Besoldung für andere darzu brauchen sollen und wolten. Auf sollch gnädigst Bewilligen und Erbiethen versehen sich die königl. Commissarii, werde Peter Rosenauer sich unterthänigst beweisen, und zu gehorsamen Dankbarkeit annehmen, wo nicht, ist zu besorgen, Seine Königl. Majestät wurde mit Recht, oder andere gebührlichen wegen was Seine Königl. Majestät befugt fürgehen lassen, derhalben sich ernennter Schaider wohl bedenken, und eine unterthänigste Antwort geben soll. Actum Kremnitz den 26. Julii anno 1550.

XXXIII.

Eod. anno Generale Mandatum Regium per Commissarios Regios promulgatum contra abusus in auri redemptione, et probatione admitti solitos.

Wir N. des Allerdurchlauchtigsten, Grofsmächtigsten Fürsten, und Herrn Herrn Ferdinandi Römischen, zu Hungarn, und Böheim cet. König cet. unsers Allergnädigsten Herrn Räthe, und verordnete Commissarii General-Befehl- und Gewalthaber in derselben Hungarischen Berg-Städten, thuen kund und zu wissen Allen und jeden, was Standes, Würdens, oder Wesens die in gedachten Berg-

Städten, und anderen daselbst umliegenden Schlössern, und Flecken gesessen, und wohnhaft seynd, fürnemlich auch den — — auf der Kremnitz, und anderst, so sich des Goldeinstreichens, und Einlösung bisher gebraucht haben, denen dieser offener Befehl fürbracht, oder verkundt würde, daſs der Hochgedachte — — zu mehrmahlen fürkomme. Wie Ihr bisher alle Gölder, und göldige Silber von Waschwerk, und anderen, so Euch zugetragen, und Ihr bekommen mögen, eingestrichen, und eingelösen, demselben diejenigen, so Euch ihre Gölder geantwort, mit den — — Nadelstrich und den — — — der Ihr dreyerley, als den ganzen, halben, und KammerWexel habt, eures Gefallens vexirt, und mit der Bezahlung beschwert, und mit wenig Verdacht, oder — — — gibt, daſs der Ursachen auch viel Gölder heimlich vertuscht, aus dem Land geführt, und verschwärzt werden, daſs Ihr Königl. Majestät als regierender Herr und König, Seiner Königl. Majestät Kammer, auch derselben getreüen Unterthanen, Waldtbürgern, Goldwascherey, und männiglich zu Guten, und Fürderung gemeines Nutzen, weiter nicht mehr zu sehen, oder gestatten kann, noch will, sondern gnädiglich entschlossen ist, und ernstlichen Befehl geben hat, alle die, so sich des Gold-Einlösens, und Einstreichens bey der Ziment auf der Kremnitz, den andern Bergstädten, auch ausserhalb derselben, auf den Schlös-

sern, und anderen Orten gebrauchen, straks, und ohne Verzug abzustellen, und abzuschaffen. Und weil das an Königliche Regal, und an Kammerhandlung das billich alle Gold und Silber in die königliche Kammer eingereicht sollen, und müssen werden, nun hinführan alle Gelder von Bergwerken, Waschwerken auch gescheiden, und ungescheiden, sowohl als die Silber bey derselben Ihrer Majestät Kammern, Kremnitz, Schemnitz, und Neusohl einlösen, einstreichen, und bezahlen zu lassen. Dermassen furthin den armen Waldbürgern, Goldwaschern, und anderen zu Nutz und Gutten, die zween geringe Wexel, als der ganz und halbe Wexel nicht mehr gebraucht, sondern männiglich — — Gold allwege dem höchsten Wexel nach, wieder in der Kammer gestellt ohn einigen Vortheil, und verdächtlich vorsehen, soviel des Gold dem rechten ehrbaren Nadlstrich Karat halt, und werth ist, baar — — — soll werden. Auf solchen Ihr Königl. Majestät ernstlichen Befehl und in Kraft unsers von Ihr Majestät habenden Vollmachts und Gewalts, gebiethen wir von Hoch ernennt Königl. Majestät wegen Euch allen, und jeden Zimentern, und andern inn- und ausser der Bergstädt sesshaft, und wohnend, die sich bisher des Gold Einstreichens, und Einlösens gebraucht, hiemit ernstlich, dass Ihr und männiglich Euch desselben Nutz hinführan gänzlich enthaltet, und kein Gold, und goldiger

Silber, wenig oder viel, mehr annehmt, einlöset, und einstreichet, bey Vermeidung Ihr Königl. Majestät schwere Leibs, und Guts-Straff, die den Übertrettern unnachläſslich angethan soll werden. Sondern wo Eüch einige Wasch-und andere Golder zukommen, dieselben in der Königl. Majestät Kammern zu der Kremnitz, Schemnitz, und Neusohl, welche Kammer unter den dreyen einem jeden Waldburger Gewerken, Goldwaschern, und denen so also Golder machen, am nächsten gelegen ist, zu bringen, weiset, und Ihr die also Golder von Berg-und Waschwerken machen, und haben, dieselben also gleichwohl so, als die Silber in benennte drey Kammer, und sonst ausser derselben niemanden zubringet, und überantwortet, daselbst es einen jeden den rechten ehrbaren Nadelstrich nach, als hievor bemelt, an einig verdächtig fürsehen, eingestrichen, und dem Karat nach wie viel es halt, und wie der Kammer Wexel vermag, ein Vortheil baar vergenügt, und bezahlt ist worden, damit sich aber diejenigen; so vielleicht syder nächst gehaltener Ziment etlichen Persohnen auf Ihre Golder Geld geliehen, und erst zu gehaltenen Ziment künftig desselben mit den Goldern wieder vorgenügt werden sollen, desto weniger zu beschweren haben, und nicht zu schaden kämen, verwilligen Wir ihnen denselben Goldeinstreichern, und geben ihnen einen Termin bis auf Maria Geburth den achten Tag

September nächst kommend, zwischen welcher Zeit dann die nächst Ziment einreichen, und folgend des Goldeinstreichens sich bey schwerer Leibs und Guts-Straff nicht mehr gebrauchen. Und — — — auch etliche Waldtbürger, so kein Verlag aus Ihrer Majestät Kammer haben, hören sollen lassen, weil ihnen mit allweg ihrer gefallenes genugsam Geld aus der Königl. Majestät Kammer vorgeliehen, wollten sie vermeynen nicht schuldig zu seyn ihre Golder in die Kammer zu verantworten; so kann doch die hocherwähnt Königl. Majestät solches in Bedenken, dafs dardurch die Verschmelzung der Gelder zu Schmälerung des Königl. Kammer-Guts geübet wird, nicht weiter zusehen, sondern gebieten hiemit abermal in Nahmen, und hochernennt Königl. Majestät wegen dieselben Waldtbürger, sie haben, oder nehmen aus der Kammer Verlag, oder nicht, nicht weniger alle ihre Golder und Silber, wie andere, in der Königl. Majestät Kammer gehorsamlich einreichen, und sich des nicht verwidern, dafs welcher sich des weigeren, und sein Gold oder Silber also verschwärzen, und damit betretten, oder man es sonst auf einem erfahren, oder innen wurde — — — dieselben sollen unnachläfslich nach Inhalt der aufgesezten Poen an Leib und Gut gestrafft werden, niemand verschont werden. Wollten — — — hochernennt Königl. Majestät Befehl und auch Ordnung vor Seiner Königl. Majestäten män-

niglich sich darnach zu achten, obbemelten allen gehorsamlich nachzukommen, und vorn Schaden wissen zu verhüten, allso verkünden — — nit verhalten — — hochgedachten Königl. Majestät ernstlichen Willen, und Meynung. Gegeben auf der Kremnitz den dreyssigsten Tag Julii Anno fünfzig.

XXXIV.

Eod. anno Rex FERDINANDVS iterum prohibet omnem auri argentique non cusi ex montanis civitatibus eductionem clandestinam.

Wir FERDINAND von Gottes Gnaden Römischer König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs in Germanien, zu Hungarn, Böheim, Dalmatien, Croatien und Sclavonien cet. König, Infant in Hispanien, Erzherzog zu Oesterreich, Herzog zu Burgund, Stayer, Krayn, und Würtemberg etc. Graf zu Tyrol cet. entbiethen N. allen und jeden Geistlichen, und Weltlichen, sonderbar auch unseren Getreuen lieben N. Richtern, Räthen, Waldburgern, Gewerken, Bergmeistern, Überreütern, Berg- und Hüttschaffern, Huttleuthen, Schmölzern, Berg- und Erzheüern, Mühlarbeitern, und ingemein allen auch Inwohnern unserer hungarischen Bergstaaten, auch denen ausländischen Persohnen, so ab und zugehen ihre Gewerk Handthierung treiben, und Nahrung bey gedachten unseren hungarischen Bergstädten suchen, was

Condition, Stands, oder Weesens die seynd, unsere königliche Gnad und alles Gutte, und geben Euch hiemit zu erkennen, dafs uns viel-mahlen fürkommen, und zu verstehen geben ist worden, wie Uns unser Königliche Einkommen, und Gefäll bey unsern Kammer in unseren Bergstädten durch Inn- und Ausländische Personen, zum Theil unsere Waldtbürger, auch Burger selbst, so es andere verbreiten sollen über unsere Begnadung, so wir ihnen vor Jahren der Silber Verführung halber gethan, auch Ihr unserer Bergstädte gefertigte, und der Durchlauchtigen hochgebohrnen Fürstin und Frauen Frauen Mariä, zu Hungarn und Böheim etc. Königin &c. unserer freundlichen geliebten Schwester ubergebene Verschreibung, mit Verschwärzung, und heimlichen Verkaufung der Silber fast entzogen, geschmälert, und entfremdt sollten seyn worden, darob Wir dann, und nicht unbillich ganz ungnädiges Mifsfallen tragen, und gebiethen darauf hiemit allen und jeden hievor gedachten unseren getreuen Unterthanen, insonderheit Richtern, Räthen, und Bergmeistern unserer Bergstädt, Kremnitz, Schemnitz, und Neuensohl, Bukanz, Königsberg, Dilln, und Liebethen ernstlich, und wollen, dafs Ihr die Waldburger Gewerken derselben Überreüter, Hütt- und Mühl-Schafer, auch Berg-Hauer und andere in denselben Bergstädten wohnend, wie die genannt werden, auch die ausländischen Hand-

thierenden Persohnen, so sich bey Euch in den Städten aufhalten, wieder, nicht einmahl, sondern oft warnet, vermahnet, auferlegt, und zustehet, daſs sie auch ihr selbst weder wenig, noch viel, ungeschaiden, unverarbeith, oder unvermünzt Silber, oder Gold, es sey vom Berg auch Waschgold, oder anderes, ausser unseren Kammern, verkaufen, verführen, und verschwärzen, sondern dasselb alles in unsere Kammer, wie von Alten her, getreülich, ohne Abgang, gegen der gewöhnlichen, und geordnirten Einlösung und Bezahlung, zu jeder, und rechter Zeit überantworten, dann wo hierüber einen, oder mehr betretten, erkundiget, und erfahren würde, der wenig, oder viel ungeschaiden, ungearbeitet, oder ungemünzt Silber oder Goldt, es sey von Bergen, oder Waschwerkes, ausser unsern Kammern, andern heimlich, oder öffentlich verkaufen, vergeben, verschwärzen, oder verführen, und nicht in unsere Kammern alles überantworten würden, der, oder dieselben, Inhalt und vermög voriger ausgegangener General Mandaten ohne alle Begnadigung an Leib und Guth gestrafft werden; demnach weiſs sich Eüer jeder darvon zu hütten, und hiemit von uns zum Überflus wiederum allso gnädiglich vermahnt, und gewahrnt seyn wollet, und Ihr vollbringt auch hieran unsern ernstlichen Willen und Meinung. Geben in unser Stadt Wien den 28. Tag des Monaths Maji, Anno C. im fünfzigsten,

unserer Reiche des Römischen im zwanzigsten, und der anderen im Vierundzwanzigsten.

XXXV.

1551. Idem Rex mandat septem Civitatibus Montanis, ut Moneta Hungarica Cremnicii cusa tam vetus quam nova ubivis acceptetur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae &c. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae cet. Fidelibus Nostris prudentibus, et circumspectis Judici, et juratis Civibus septem Civitatum nostrarum Montanarum Salutem, et gratiam. Intelligimus apud vos veterem monetam hungaricam, in Camera nostra Cremniciensi cusam, nequaquam in pretium victualium, et aliarum rerum venalium recipi, unde tum in castris nostris, quae nunc aliquot Regni nostri locis ad defensionem Ditionis, fideliumque nostrorum posita sunt, tum etiam alibi in istis Civitatibus nostris magni saepe in commeatibus, et aliis rebus ad quotidianum usum necessariis contingant defectus. Cum autem in postremo Posoniensi Conventu decretum sit, ut Moneta in dicta Camera nostra Cremniciensi cusa tam vetus, quam nova in omnibus Regni nostri partibus in usu sit, et eadem ratione pro omnibus rebus venalibus sub poena amissionis rerum ipsarum venalium ubique accipiatur; committimus, et mandamus vo-

bis harum serie firmissime, ut acceptis praesentibus praedictam constitutionem publicam super monetae ipsius veteris libero usu nostro nomine promulgari curare, et observare, monetamque ipsam veterem aeque ut novam pro omnibus rebus et mercibus venalibus accipere, et accipi facere debeatis. Nam alioquin habent in mandatis a Nobis fideles Nostri Locumtenentes, et Supremi Regni nostri Capitanei, ut in eos, qui post hujusmodi Edictum minus obedientes, et dictae publicae Constitutionis, nostrique praesentis Mandati transgressores forent, poena praemissa animadvertere, contraque illos omnibus remediis opportunis procedere debeant; secus igitur nullo modo facere praesumatis. Datum Viennae 6. Mensis Augusti Anno Domini 1551.

XXXVI.

1558. A Camera Inferioris Austriae significatur Cremniciensi Camerae Regiae, confirmari antiquam consuetudinem seponendi ex quavis probatione argenti quinque denarios, et ex quavis Cimentatione auri unum florenum, et hanc pecuniam sub sigillo post biennii spatium convertendi in publicos Civitatis usus.

Unser Dienst zuvor Ehrsambweis; nachdem bey der Römisch Kayserl. Majestät Kammer auf der Kremnitz bisher der Gebrauch gewesen, daſs euch von einen jeden Werk zu

mehrer Versicherung der Prob fünf Pfenning, und zu jeder Zimmenth ein Goldgulden versekretirt gegeben worden, und euch heimfallen, lassen es Ihr Kayserl. Majestät hinführen bey solchen alten Gebrauch gnädiglich bleiben, doch dafs ihr solch Prob-Geld allweg aufs wenigst zwey Jahr, damit man sich, wo in solcher Zeit Mängel und Irrung an der Münz fürfiel, auf dieselbe Prob referiren könnte, verpetschirt behaltet, und alsdann erst nach Verscheinung derselben Zeit, mit Wissen eines Unterkammergrafen wiederumben eröfnet, und zu gemeiner Stadt-Nutz gebrauchet, welches wir auch also im Nahmen und aus Befehl der Römisch Kayserl. Majestät hiemit aufgelegt haben wollen. Datum Wien den 17. Maji Anno 1558.

XXXVII.

1561. ab eadem Camera ad Schemnicensem Vice Cammergraffium Nicolaum Kreuschl, de postulata elevatione valoris argenti responsum annuens sub quibusdam conditionibus.

Unsern Grufs zuvor. lieber Unterkammer-Graff, wir geben euch zu vernehmen, dafs die Römisch Kayserl. Majestät unser allergnädigster Herr N. den Waldburgern auf der Schemnitz auf ihr ferner unterthäniges Suppliciren, und die darüber erforderten, und empfangenen Bericht, den ihnen an der hievon gethanen

Silbersteugerungs-Grad, aufgehebten halben Gulden hiewiederum zu passiren, und ihnen jede Mark nachdem vorzugelassenen Silberkauf um 6 fl. 75 den. gegen wieder Aufhebung, oder Abziehung von jeden Mark 25 den. für das Scheidlohn behalten zu lassen gnädigst bewilligen.

Doch also und dergestalt, daſs Sie die Waldburger entgegen von allen Gebäuden, so mit Gewinn oder Überschuſs gebauet werden, Seiner Kayserl. Majestät vermög der neuen Bergwerk Ordnung das Zehent Maaſs zu Urbar, oder Fron schütten und reichen.

Item: daſs sie ihr Silber nach der Prob wie ander Orten gebräuchig, einreichen, und auf 15½ Loth gebrennt liefern.

Daſs ihre Gebäue so sie in Fristung haben, und nicht bauen, auflassen.

Daſs ihren Arbeitern nicht übrigen Lohn raitten, noch sie ein drey oder vier Tag in der Stadt beim Wein sitzen lassen, und dennoch ein reichlich Wochenlohn zahlen.

Darzu berührte neue Bergwerks Ordnung, so ihnen zu guten kömmt, annehmen, und sich nicht wiederspennig, sondern gehorsam halten, und erzeigen.

Und dann daſs Seine Kayserl. Majestät den Unkösten, welche Seine Majestät ihnen den Waldburgern bisher auf Mitbauung des vierten Theils am Blanzen Berg gegen Empfahung

des Bleyerzt dargeben lassen, ferner zu reichen einstellen.

Demnach ist im Nahmen Seiner Kayserl. Majestät unser Befehl an euch, dafs ihr gedachten Waldburgern gehörte, Seiner Majestät ihnen gethane conditionirte gnädigste Bewilligung also verkündet, und da sie sich die Artikel, welche Seine Kayserl. Majestät gegen den bewilligten Silberkauf von ihnen den Waldtburgern zu leisten begehret, gehorsamlich zu vollziehen, und denselben nachzukommen, und zu geleben anerbieten, dann ihnen, aber nicht eher, jede Mark Silber, wie gemeldt, um 6 fl. 75 den. gegen wieder Aufhebung, oder Abziehung von Mark 25 den. für das Scheidlohn, aus den Gefällen der Kammer Schemnitz bezahlt, welches auch hierauf in Raittung für gute Ausgab passiret werden solle; auch eüer fleifsig Aufmerken habt, und darob seyet, damit von allen mit Gewinn, oder Überschus gebauten Bergwerken Seiner Kayserl. Majestät das Zehent Maafs zu Urbar oder Fron durch sie die Waldtbürger zu euren Händen geschütt, und gereicht werde, und ihr dasselb Urbar ordentlich einbringet, und veraitet, desgleichen bey ihnen verfüget, dafs sie ihre Silber nach der Prob und auf 15½ Loth geprennt in die Kammer liefern, ferner auch auf Mitbauung des vierten Theils an Blanzen Berg nach Vernehmung dieses Befehls von Seiner Kayserl. Majestät wegen, mehr raichet noch

dargebet, und Innhalt Seiner Majestät gnädigster Verordnung den Waldtburger Bergwerks Theil gegen solchen Grad neben euren Mitamtleüthen oft befahret, und sonderlich fleissige Achtung geben wollet, auf daſs eingereichte Gnad allein den Bergwerken zu Nutz, und Gutten angelegt werde. Wo aber sie die Waldtbürger sich der Vollziehung obbemeldter Artikl verwiederen würden, so wollet ihnen ihre Silber nicht höcher dann bisher beschehen, bezahlen, und uns gestalt der Sachen um fernern Bescheid fürderlich zuschreiben; da man vollziehet ihr höchsternennter Kayserl. Willen und Meinung, und wir wollen uns des von Seiner Kayserl. Majestät wegen also zu eüch vorsehen, Datum Wien den 13. Martii anno 1561.

XXXVIII.

1562. Ejusdem Camerae Austriae Inferioris ad Vice-Cammergraffium Schemnicensem Literae, quibus praecipitur, ut Felicis Willhaben Ars nova separandi auri per Commissarios intelligentes repetitis experimentis, et probationibus exploretur, ac de successu accurata relatio, et opinio altissimo loco substernatur.

Unsern Gruſs zuvor. Wir geben eüch zu vernehmen, daſs die Römisch Kayserl. Majestät cet. unser allergnädigster Herr, uns durch derselben Befehl noch von vierzehenten Tag Septembris jezt verschiedenes ein und sechzig

sten Jahrs gnädigst angezeigt, wie sich Wilhalben Felix ob der bey seiner hievor in der hungarischen Bergstädten gethanen Goldscheid Prob gewesten Commissarii Relation hoch beschwert, und sich erbothen, wo Seine Kayserl. Majestät ihm das Goldscheiden in den Bergstädten übergeben, dafs er Seiner Majestät jährlich dreytausend Gulden mehr Münzung, oder Besandt Geld, als Seine Kayserl. Majestät vorhie gehabt, reichen, und allweg in 24 Stunden das geschaidte Gold antworten wölle, dafs auch er Felix Seiner Kayserl. Majestät daneben sein Scheidtkunst mit allen Umständen schriftlich übergeben, und dieweil er Felix jeder erst-Anzeiger sey, und damit Seine Majestät der Sachen zu gewisser und endlicher Erfahrung kommen mögen, so haben uns derwegen Seine Kayserl. Majestät gnädigst auferlegt, dafs wir fürderlich etliche unverwandt, doch des Scheidwerks erfahrne und kundige Persohnen zu Commissarien verordnen, und durch dieselben nochmahlen nach seiner Willhalben Felixen übergebenen schriftlichen Schaidtkunst, so ihr hieneben signo A. zu empfahen habt, ein Schaidtprob in seinen des Felixen Beysein mit allen Fleifs halten und vollziehen, auch eigentlich, und gründlich sehen, und nachraitten lassen sollen, ob, und wie hoch Seine Kayserl. Majestät solche fürgebene Goldschaidt-Kunst fürträglich, und nüzlich seyn möchte, oder nicht, und dann Seine Majestät desselben

mit

mit nothdürftiger Ausführung zu berichten. Nun hat sich die Vollziehung dieser Seiner Königl. Majestät gnädigsten Verordnung eines theils wegen den Commissarien, so hierzu gebraucht hätten werden sollen, dann auch des Orts, oder Stell allda berührte Prob beschehen sollen, und sonderlichen daſs die Nothdurft, Gold und Silber hiezu allhier nicht zu bekommen, gewest ist, bisher verzogen, derwegen dann die Königl. Majestät zu Böheimb uns ferner durch Befehl gnädigst auferlegt, wo solche Nothdurften über allen angewendten Fleiſs allhie nicht zu bekommen wären, sondern erst, aus den Bergstädten mit schwerer Zehrung und grosser Gefahr gebracht werden müssen, daſs die angezeigte Scheidtprob nochmahlen in den Bergstädten, allda die Nothdurft hiezu vorhanden, durch des Schaidtwerks erfahrne und verständige Persohnen in des Felixens Beysein, und befohlenermassen zu halten, und einst an ein und zubringen, damit man wie sein fürgebene Kunst in Grund geschaffen, ein eigentliches Wissen haben könnte, verordnen, und Seine Kayserl. Majestät hernach gestalt aller Sachen berichten sollen: Hierauf, und weil wir über unser gehaltene Erkundigung befunden, daſs die Nothdurft Gold und Silber zu dieser Scheidprob allhie nicht zu bekommen, so haben wir von gedachten Willhaben Felixen, ob ihme solche Prob in den Bergstädten zu thun gelegen, seinen Bericht erfordert, der

uns denselben, und folgendes die Persohnen so zu solcher Prob, wo die allhie angericht hat werden können, verordnet gewest, darüber auch ihren. Bericht auf was Orten auf der Schemnitz dieselb, und durch wem bericht werden möchte, hiebey mit B. bezeichnet übergeben; demnach haben wir eüch hiezu von Seiner Kayserl Majestät wegen zu Commissarien fürgenommen, und verordnet, und ist im Nahmen Seiner Kayserl. Majestät unser Befehl, daſs ihr eüch eines fürderlichen Tags zur Vornehmung solcher Prob entschliesset, auch ihr Unterkammergraf die Nothdurft Gold — Silber und anders, so man dazu bedürftig, und begehrt würde, dargebet, doch daſs dieses alles samt den darauf laufenden Unkösten ordentlich beschrieben, und darumen gute Raittung gehalten werde, und zu gründlicher Erfahrung der nun bemeldter, und mit A. bezeichneter übergebenen schriftlichen Schaidkunst, nach derselben, darzu was er daneben mündlichen fürzunehmen anzeigen würdet, und dann des Berichts mit B. etlich Proben auf Gold und Silber ein Viertl Jahr lang, in seinem des Felixen, und seines Beystandes Beysein, ihr selbes an die Hand nehmet, und alles Fleiſs verrichtet, auch darinnen kein Verhinderung, sondern gute Beförderung thut, aber allen Betrug, und Fortl zur Verblendung des wahren Grunds verhüttet. Und wie ihr berührte Proben nach deren Vollendung in

Grund befindet, auch wo sich in denselben Proben einiger Abgang in seiner des Felixen Schaidkunst, daſs weniger herauskommen, als darzu empfangen worden, erzeigen würde, dann üns desselben, auch wie hoch sich derselb Abgang erstreckt, und was in'Geld bringt, darzu ob und wieviel der gegen der alten bisher gebrauchten Schaiderey und Zimment grösser ist, alsbald nach verrichten Proben ausführlichen und lauter sammt eüren Gutbedünken Inschrift berichtet, und den Einschluſs mitschicket.

Nachdem auch in Vermeldten mit B. signirten Bericht angezeigt wurde, daſs die mindere Gölder alle auf der Kremnitz in den Kammerhof geantwortet werden, und auch das Geldschaiden von wegen des Aqua Regis ein sonders Orth bedürftig, daſs die Gold und Silber Scheidwasser nicht durcheinander — — — und verderbt werden, darzu dann auch besondere Commissarii die jeder Zeit an der Hand seyn mögen, verordnet werden müssen. So haben wir Innhalt solchen Berichts ein sondern Befehl an höchsternannten Kayserl. Majestät Unterkammergrafen Gegenschreiber, auch den Wardein allda auf der Kremnitz, und an eüch Plummenegger, Azuner, und Hauptpetter ausgehen lassen, damit wo vonnöthen, und nicht umgangen werden kann, daſs die Scheidprob der minderen Gölder auf der Kremnitz beschehen solle, solches gleichermassen Inn-

halt obstehender Verordnung zum treü und fleissigsten bericht mög werden; darzu dann ihr Amtleüth auf der Schemnitz, ihnen den Amtleüthen auf der Kremnitz allen güten nothdürftigen Bericht, sammt der schriftlich übergebenen Schaidkunst, und andere Schriften geben wollet. An den allen vollzieht ihr Seiner Majestät ernstlichen Willen und Meinung. Datum Wien den 23. Tag Julii Anno cet. in zwey und sechzigsten.

XXXIX.

1781. Declaratio jurium metallicorum in Hungaria per Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium promulgatur.

Illustrissimi &c.

Nemini ignotum est, experientiaque ipsa testatum reddit, Partes Montosas Regnorum Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, et Slavoniae, insigni Dei beneficio, et providentia, omnis generis mineris, et metallis in visceribus montium latentibus abunde provisas esse, ex quibus per culturam Fodinarum a pluribus jam saeculis non modo in Aerarium Regium ac Statum publicum, sed et Privatos, qui nimirum penes specialem concessionem Regiam, aut Officiorum Regiorum montanisticorum jurisdictionem eatenus delegatam exercentium, exquirendis mineris operam impenderunt, maxima

emolumenta, et opes redundarunt; quod ipsum pro futuro quoque tanto firmius sperare licet, quo certius est, praeter Fodinas actu florentes, alias longe plures, non propter earundem sterilitatem, ast ob perturbatum bellis, et revolutionibus Regni statum olim desertas, actu quoque desolatas jacere, quae rursus cum fructu, et utilitate restaurari possunt, neque dubium est, quin in plurimis ejusmodi montibus, in quibus hactenus cultura Fodinarum neque tentata est, eadem pari cum emolumento altissimi aerarii Regii, quam et eorum, qui ad hanc industriam animum adjiciunt, totiusque publici absque minimo suae Majestatis subditorum aggravio exerceri valeat, ita quidem, ut pro ratione quantitatis minerarum ex visceribus terrae eruendarum non modo status publicus Regnorum Caesareo-Regiorum incrementum capiat, sed et miseris contribuentibus ad culturam Fodinarum adhibendis occasio merendi, et ad meliorem subsistentiam perveniendi suppeditetur, insuper vero per multiplicationem Urburariorum, et Metalli fossorum intraneorum aeque, ac extraneorum impopulatio notabiliter promovenda, proinde per majorem consumptionem proventus etiam Dominorum terrestrium, in quorum bonis fodinae colentur, aut qui bona fodinis advicinata possident, notabiliter augendi sunt. Quibus accedit, quod ipsa producta fodinalia non postremum Commercii objectum constituant, per quorum ad exteras provincias

distractionem notabilis omnino pecuniae vis i Regnum influit, et generatim nervus reru gerendarum cum status publici incremento no mediocriter augetur.

Hac de causa suae Majestatis sacratissima Praedecessores Hungariae Reges jam ab oli fodinas semper pro peculiari Regni thesaur habendo, non modo easdem tamquam Regal solius terrae Principis, sed et Jus, bona priva torum minerosa erga dandum aequivalens cam biandi, et Juri Regio applicandi juxta Articu los 13. 1351. et 13. Sigismundi Decreti tertii de anno 1405. 49. 1486. 30. 1492. — 39. 1523 aliasque Regni leges pro se expresse reser varunt.

Ex cujusmodi legibus id quoque luculenter eruitur: quod Jus fodinarum culturam erga praestationem Urburae sive ipsi Fundi Domino, sive vero extraneo cuivis tam in publicis, seu regalibus, quam et privatorum bonis concedendi itidem soli Regiae Majestati competat, teste interim experientia, cultura haec fodinarum publico adeo utilis per nonnullos privatos Dominos terrestres non modo non promovetur, quin potius ex erronea ejusmodi opinione, quasi fodinae, et minerae inter alia beneficia terrestralia ad fundi possessorem pertinentia referendae venirent, atque adeo Dominium terrestrale ad has quoque semet extenderet, variis modis impeditur, ac alii quidem Urburarios in territoriis ipsorum venas minerarum perquirentes, et

semet cum investitura a Regio Officio montano accepta culturae fodinarum accingentes, vi et potentia mediante dispellunt, aut ad sedes suas dominales citari faciunt, alii vero absque ejusmodi Investitura montanistica in territoriis suis varias fodinas ferri, ac aliorum metallorum propria dumtaxat authoritate colunt, urburamque Regiae Majestatis ex universis metallis de lege Regni competentem denegant, ac eatenus semet praecise usu antiquo tuentur.

Cum autem in ordine ad ea, quae per positivas Regni leges pro Regalibus summi terrae Principis a Corona Regni nulla ratione separabilibus constituta sunt, usus quamcunque longi temporis nemini suffragari possit, ast usus ejusmodi in obversum Jurium Sacrae Coronae, positivarumque Regni legum introductus, pro abusu quantocyus tollendo considerandus sit;

Hinc ut parte ex una Jus Regale montanisticum omnino illaesum, et ab involationibus, usurpationibusque quorumvis tutum conservetur, parte vero ex altera Juribus etiam, et praerogativis fidelium Statuum, et Ordinum Regni Hungariae, Partiumque eidem adnexarum, quibus per praesentes nec in minimo derogatum esse, clementer vult Sua Majestas Sacratissima, suus perstet vigor, et integritas, altefata Sua Majestas Sacratissima sequentia, salvis usque ulteriorem Benignam dispositionem Regiam quoad Civitates Montanas, oppidumque Felsö Bánya, annis 1747. 1764. et 1766.

emanatis Benignis Resolutionibus Regiis, pro Norma dehinc observanda cum praemissorum Declaratione publicari benigne jubet, et quidem

1-*mo*. Siquidem uti in praeviis declaratum est, Jus culturam fodinarum in bonis quorumcunque Dominorum terrestrium concedendi per Regni Leges soli Regiae Majestati delatum habeatur, nemini cujuscunque status, et conditionis, per consequens neque ipsis Dominis terrestribus seu in propriis, aut aliorum privatis, seu vero publicis regalibus, quippe et coronalibus bonis absque petita praevie ab Officiis Regiis Montanis, quae ultra jam praeexistentia pro ratione necessitatis in Partibus illis, ubi Fodinae colentur, plura adhuc constituentur, facultate, obtentaque scripta Investitura, seu fodinas colere, seu officinas fusorias, et liquefactorias, aliasque eo pertinentes machinas, et aedificia erigere, sub poena confiscationis ejusmodi fodinarum, aliorumque praerecensitorum aedificiorum, et machinarum licebit.

2-*do*. Clementer vult sua Majestas Sacratissima, ut cultura Fodinarum non tantum Fundi Domino, sed cuivis alteri, tam intraneo, quam extraneo honestae conditionis erga obtentam Judicii Mantani investituram praevia apud Fundi Dominum pro notitia dumtaxat ejusdem, convenienti insinuatione indiscriminatim admittatur, neque Fundi Domino praetextus ejusmodi, quod is fodinam talem jam praevie cultivandi

intentionem habuerit, vel quod talem jam olim cultivaverit, quin tamen cultivationem ejusmodi juxta ordinem montanisticum continuaverit, aut pro continuatione ejusdem a Judicio Montano terminos obtinuerit, praelationem prae alio extraneo tribuat, quo in passu nihilominus in favorem Dominorum terrestrium clementer statuitur, ut iisdem ex qualibet fodina, quae in bonis eorum in futurum cultivanda assumetur (exclusis fodinis sub actuali jam cultura constitutis, prout et illis, quae in gremio Territorii civitatum tam Montanarum, quam et aliarum liberarum, et Regiarum, velut peculiorum Regiorum, in futurum cultivandae assumentur) duae partes haereditariae fodinales, seu ita dictae Kuxae, quod si vero iidem ligna quoque ad fodinas necessaria gratis suppeditaverint, aliae adhuc duae partes fodinales gratis cedant, et per urburarios ad rationem eorundem Dominorum terrestrium gratis cultiventur.

3-tio. Quoniam ad debitam fodinarum culturam non modo illa terrae superficies, ubi fodina aperitur, sed diversa etiam aedificia, Aquae ductus, machinae hydraulicae, et aliae; ligna praeterea tam pro praemissis, quam et foco indispensabiliter requirantur, et sine his tamquam essentialibus requisitis cultura fodinarum subsistere nequeat, hinc quilibet Dominus terrestris urburariis, semet cum investitura Officii Montani insinuaturis, non modo culturam

fodinarum, sed etiam aedificiorum quorumvis ad eam necessariorum, utpote Officinarum tusoriarum, et liquefactoriarum, malleaturae, et aliarum quarumvis machinarum erectionem cum necessariis aquae ductibus, accessibus, item et recessibus, per consequens etiam viis, et pontibus admittere, fundosque pro his, in quantum iis citra notabile damnum suum, et proventuum diminutionem carere possunt, id quod per Jurisdictionem provincialem montanisticam in mutuo concursu cognoscendum veniet, ita et ligna praecise talia, quae pro propria Domini terrestris, et subditorum necessitate haud requiruntur, adeoque citra praemetuendam lignorum ejusmodi necessariorum penuriam pretio distrahi possunt, urburariis erga pretium ex communi per Jurisdictionem provincialem, et montanisticam, tam quoad fundos ejusmodi, quam et ligna suscipienda, condigna aestimatione eruendum, erga contractum praeferenter cedere tenebitur.

Quod si vero Domini terrestres nec fundis pro praemissis aedificiis, machinis, et aquae ductibus necessariis, nec lignis ad culturam fodinarum requisitis absque notabili proventuum suorum jactura, silvarumque pro propria, et subditorum necessitate deservientium, manifesto defectu carere possunt, quod itidem in concursu provincialis, et montanae Jurisdictionis cognoscendum erit, tali in casu liberum Domino terrestri arbitrium relinquatur, an, et

qualiter cum Urburariis contractum tam respectu fundorum, quam et lignorum inire velit? cujusmodi ineundae conventiones libris, seu Protocollis Montanisticis semper inserendae, fineque hoc concernentibus Officiis Montanis illico praesentandae, secus vero pro invigorosis habendae erunt, neque intuitu illarum secus per Judicia Montanistica ulla assistentia praebebitur. Si nihilominus in terreno tali fodinas colere Publici absolute interesse judicaretur, Dominus autem terrestris nulla prorsus ratione contractum inire vellet, facta idcirco per utriusque ordinis Jurisdictionem ad suam competentiam relatione, hacque ad respectiva Dicasteria Aulica sua via repraesentata, et necessitate eiusmodi Suae Majestati Sacratissimae demisse proposita, juxta Regni legem, signanter Articulorum 13. 1351. et. 13. Sigismundi Decreti tertii tenorem, Possessoribus ejusmodi bonorum alia bona, quoad valorem, et fructuositatem (praescindendo tamen a mineris) aequivalentia in forma cambii assignabuntur, et Possessiones ejusmodi minerosae Juri Regali applicabuntur.

4-to. Id quoque clementer ordinatur, ut universi Status Regni, et Domini terrestres, ac alii, cujuscunque conditionis, qui seu in propriis, seu aliorum terrenis fodinas colunt, aut ad culturam fodinarum quaqua ratione influunt, iis omnibus, et singulis, quae, circa modum, et formam fodinas, et respective partes fodi-

nales cum accessoriis legitime aquirendi, et in alios transferendi, easdemque juxta ordinem montanisticum colendi, circa item urburas, tam ex Regalibus, quam et privatorum quorumcunque Dominorum terrestrium bonis Regiae Majestati competentes, seu Decimam minerarum, non secus circa superiora, et inferiora Montanistica Fora, ordinemque Judiciorum ibi observari solitum, et per Articulum 108. 1723. juxta privatas eorundem leges ultra saeculum stabilitas, in suo esse relictum, observantur, semet exacte accommodent, Regale Montanisticum omni modo promoveant, neque illud mediate, vel immediate impediant, Jurisdictionique montanisticae quoad objecta praecise rem fodinalem, et mineralem tangentia subjecti sint, in reliquo autem iidem omnes tam in personalibus, quam in realibus, Nobiles aeque ac Ignobiles juxta Regni leges sub Jurisdictione concernenti ultro quoque clementer relinquuntur. Officiales nihilominus Cameratici, et Montani, qui fundos non possident, sed ex Salario dumtaxat suo vivunt, a Jurisdictione civili penitus exempti manebunt, salvis tamen, respectu damnorum, et violentiarum in casibus extramineralibus per quoscunque Officiales commissorum, Regni legibus, signanter Articulis 48. 1659. et 31. 1552.

5-to. In praemissorum cohaerentia clementer praecipitur, ne Jurisdictiones, seu Comitatenses, seu aliae provinciales quacunque ra-

tione semet in negotia fodinali immisceant, verum partes in negotiis ejusmodi ad Jurisdictiones praedictas recurrentes ad concernentia Judicia Montanistica relegent, in casibus vero ubi per Judicia Montana Jurisdictiones ejusmodi provinciales, per subsidionales, seu compassuales requirerentur, erga reciprocationem per Judicia quoque Montana praestandam, promptam assistentiam praebere teneantur.

6-to. Cum non levi, ut jam praemissum, Jurium Regalium praejudicio hactenus observatum est, quod nonnulli Domini terrestres citra legalem Investituram, privata duntaxat autoritate, in propriis territoriis suis absque praestatione Urburae complures ferri, aliorumque metallorum, et minerarum fodinas coluerint, ac penes illas diversas malleaturas, et Officinas liquefactorias erexerint, cujusmodi abusus siquidem manifestam legum praevaricationem, ac indebitam Jurium Regalium usurpationem redoleat, quae relate ad cujusvis speciei mineras, signanter vero etiam ferri, tamquam absque ullo discrimine, ad eandem cum aliis mineris classem per Regni leges, relati, penitus tolli, et abrogari jubetur; hinc clementer decernit Sua Majestas Sacratissima, ut omnes illi, qui hucusque seu ferri, seu aliorum metallorum fodinas absque solita investitura, praestationeque urburae cultivarunt, intra sex mensium spatium, a die publicationis benignae hujus ordinationis computandum, se-



met apud concernens Officium Montanum pro concedenda solita Investitura insinuent, quae ipsis prompte, et absque difficultate concedetur; quin et ad casum, quo authentice legitimaverint, se ex fodinis talibus exiguum, aut nullum lucrum habere, pro ratione circumstantiarum ipsis urbura quoque in toto, vel in parte relaxabitur: casum in contrarium iidem praescripto Articuli 19. 1574. Actore Fisco Regio in jus vocabuntur, et taliter Jura Regalia ab involationibus, et usurpationibus privatorum omnino vindicabuntur.

Quam B. Resolutionem Regiam praetitulatis Dominationibus vestris fine illo hisce intimat Consilium istud Regium Locumtenentiale, quatenus eandem pro exacta observatione in sui gremio quantocyus publicam reddere noverint. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico Posonii die quinta mensis Novembris Anno Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Primo celebrato. Praetitulatarum Dominationum vestrarum ad Officia paratissimi.

C. Joannes Csáky mpr.
Ludovicus Boros mpr.

XL.

804. **Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale Hungaricum intimat, detectam esse in Moravia falsam Monetam septem cruciferorum, et quanam ratione a genuina dignosci possit, ostendit.**

Illustrissimi &c.

In Regno Moraviae falsa septem cruciferorum Moneta detecta habetur, quae a genuina in eo dignosci potest, quod nimium glabra sit, multo clariorem tinnitum, ac genuina reddat, in superiore plaga visibilia foramella referat, facile praeterea rumpatur, et frangatur; quo proinde omnis ex hinc in publicum dimanatura damnificatio antevertatur, Praetitulatis Dominationibus vestris committitur, ut praeattactam falsae hujus Monetae descriptionem in gremio sui actutum more solito publicari faciant, et quosvis in perceptione antiquae formae septenariorum attentos reddant. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico Budae die 7. mensis Febr. 1804. celebrato, Praeattactarum Dominationum vestrarum Benevolus, ad Officia paratissimi, Josephus Palatinus mpr. — Franciscus Darvas mpr. Josephus L. B. Pongrátz mpr.

INDEX Partis III.

Bassaraba

Index Partis III.

Index Partis III.

Index Partis III.

Index Partis III.

Index Partis III.

Index Partis III.

Errata				Corrige	
Pag. 36.	linea 13.	pro	MDCCXL	lege	MDCCXC.
— 71.	— 28.		Agri	—	Agni.
— 155.	lin. *ult.*		caedam	—	caedem.
— 189.	— 18.		1610	—	1619.
— 224.	— 25.		JOSEPHI II.	—	IOSEPHI I.